THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS
LINGVAE LATINAE

EDITVS AVCTORITATE ET CONSILIO
ACADEMIARVM QVINQVE GERMANICARVM
BEROLINENSIS GOTTINGENSIS LIPSIENSIS
MONACENSIS VINDOBONENSIS

VOLVMEN VI
PARS PRIOR

F

MDCCCCXII—MDCCCCXXVI
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AD CONFICIENDAM VOLVMINIS VI PARTEM PRIOREM LIBERALISSIME AVXILIA PRAESTITERVNT:

NOSTRATES

MINISTERIA RES AD STVDIA LIBERALIA PERTINENTES CVRANTIA AVSTRIACVM, BAVARICVM, BORVSSICVM, SAXONICVM

MINISTERIA EARVNDEM RERVM CVRAM GERENTIA IN R. P. BADENSI, VIRTEBERGENSI

MINISTERIVM ADMINISTRANS RES INTERNAS GERMANIAE

ORDO AMPLISSIMVS CVRATORVM LITTERARVM STVDIORVMQVE LIBERALIVM HAMBVRGENSIS

SOCIETAS AVXILIATRIX ET PATRONA STVDIORVM LITTERARVM LIBERALIVM IN GERMANIA GRAVITER NVNC PERICLITANTIVM QVIQVE EI PRAEEST VIR EXCELLENS D. Dr. R. SCHMIDT-OTT

SOCIETAS OPES AD STVDIA LITTERARVM AVGENDA COLLATAS ADMINISTRANS HAMBVRGENSIS

SOCIETAS LITTERARVM REGIMONTANA

Dr. A. GIESECKE DOMINVS AEDIVM B. G. TEVBNERI LIPSIENSIVM HVMANISSIMVS

EXTERNI

AMERICANI

GVILELMVS A. OLDFATHER PROFESSOR VNIVERSITATIS ILLINOIENSIS — CVM AMICIS
LANE COOPER PROFESSOR VNIVERSITATIS ITHACENSIS — QVI STIPES
FRANCISCVS H. FOBES PROFESSOR COLLEGII AMHERSTIANI — LIBERALITER
FRANCISCVS W. KELSEY PROFESSOR VNIVERSITATIS MICHIGANAE — CONTVLERVNT

VNIVERSITAS MICHIGANA

VNIVERSITAS PRINCETONIANA EIVSQVE BIBLIOTHECARIVS J. TH. GEROVLD VIR HVMANISSIMVS

LESSING ROSENTHAL — CIVES AMERICANI
Dr. LOVIS E. SCHMIDT — VRBIS QVAE VOCATVR CHICAGO
Dr. OTTO L. SCHMIDT — CIVIT. ILLIN.

G. A. SCHNVLL CIVIS AMERICANVS VRBIS INDIANAPOLIDIS CVM AMICIS VIRIS HVMANISSIMIS

JOHANNES M. WVLFING, HVGO A. KOEHLER CETERIQVE VIRI HVMANISSIMI SOCIETATEM SVSTINENTES CVI NOMEN EST ST. LOVIS EMERGENCY RELIEF COMMITTEE

SOCIETAS CVI NOMEN EST NEW YORK EMERGENCY SOCIETY FOR GERMAN AND AVSTRIAN SCIENCE AND ART EIVSQVE PRAESES FRANCISCVS BOAS PROFESSOR VNIVERSITATIS COLVMBIANAE NOVO-EBORACENSIS

SOCIETAS CVI NOMEN EST WISCONSIN EMERGENCY SOCIETY FOR GERMAN AND AVSTRIAN SCIENCE AND ART EIVSQVE SECRETARIVS ERNESTVS BRVNCKEN

BATAVI

M. BOAS PHILOLOGIAE CLASSICAE DOCTOR AMSTELODAMENSIS ET AMICI CVM ALII TVM SOCIETAS CVI NOMEN EST PROVINCIAAL VTRECHTSCH GENOOTSCHAP VOOR KVNSTEN EN WETENSCHAPPEN

DANI

REGIA DANICA ACADEMIA LITTERARVM HAVNIENSIS
A. B. DRACHMANN PROFESSOR HAVNIENSIS ET AMICI

FENNI

A. H. SALONIVS PHILOLOGIAM CLASSICAM DOCENS IN VNIVERSITATE HELSINGFORDIENSI ET AMICI

HELVETII

J. WACKERNAGEL PROFESSOR BASILEENSIS ET AMICI

SVECI

E. LÖFSTEDT PROFESSOR LVNDENSIS ET AMICI
V. LVNDSTRÖM PROFESSOR GOTEBORGENSIS
P. PERSSON PROFESSOR VPSALIENSIS
H. SJÖGREN PROFESSOR VPSALIENSIS

QVORVM OMNIVM NOMINA GRATO ANIMO PROSEQVVNTVR QVI ACADEMIARVM IVSSV OPERI PRAESVNT

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Volumen sextum litteris F G H destinatum divisimus relegando litteras G H in alteram voluminis partem, ne nimia libri amplitudo evolventibus taedio esset officeretque legentium commoditati.

In parte hac priore conficienda operas praestiterunt Hermannus Ammann, Michael Bacherler, Guilelmus Bannier, Iohannes Baver, Edvardus Brandt, Eduardus Fraenkel, Alfredus Gvdeman, Oscarus Hey, Iohannes Baptista Hofmann, Guntherus Jachmann, Ida Kapp, Theophilus Klee (†), quem praematuro leto absumptum lugemus, Iohannes Lackenbacher, Vdalricus Leo, Fridericus Leonhardi (†), decora pro patria morte abreptus, Manu Levmann, Fridericus Mveller, Carolus Nelz, Carolus Pflvgbeil, Luisa Robbert, Iohannes Rvbenbaver, Carolus Simbeck, Aemilius Vetter, Curtius Wvlff. adiutor accessit egregius in vocabuli 1. *flaminis* et derivatorum memoria explicanda Ernestus Bickel, olim collegii nostri sodalis, nunc Regimontanus. notas etymologicas suppeditavit Aloisius Walde (†), acerbissima morte litteris praemature iam abreptus. redactorum officio functi sunt B. Mavrenbrecher (in plagulis 1—18), G. Dittmann (19—26. 67—70. 98—104), G. Jachmann (27—47), in reliquis **Fridericvs Vollmer** (†), qui indefessam curam ab ipsis operis cunabulis Thesauro suo dicatam vel inter gravissima valetudinis incommoda usque ad lugubrem vitae exitum impertire non desiit. pio semper animo memoriam viri gravissimi de Thesauro optime meriti recolemus, quicumque operi ab eo feliciter incohato ad finem perducendo operam studiumque navabimus.

Summa inter discrimina hanc Thesauri partem esse confectam non opus est monere lectores. gravissimum aliquotiens instabat periculum, ne imperfectum totum opus omitteretur.

Gratias agimus maximas fautoribus et amicis, quorum auxilio factum est, ut res Thesauri ex his difficultatibus ita expedirentur, ut iam in satis certa spe esse possimus opus prospere processurum.

In tabula huic parti praefixa scripti sunt, quibus hoc acceptum referimus. speramus eos Thesauro etiam in posterum non defuturos.

Kal. Dec. a. MDCCCCXXVI. G. Dittmann.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

VOLVMEN VI

F

f *littera sexta.* *de genere: usurpatur feminine*: TER. MAVR. 227. 826. 845 MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 14 PRISC. gramm. II 12, 1. 18. 22, 24 CARM. de alphab. 16. *neutr.*: ISID. orig. 16, 27, 2 *p. 2, 13.* **1** *de origine*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 14 F, quam musici digamma vocant. *cf.* 23, 26 F vero ... in Graecis etiam litteris fuisse et nunc esse ... F autem Aeoli⟨i⟩s dumtaxat idem valere quod apud nos V, cum pro consonanti scribitur, vocarique bau et digamma. PRISC. gramm. II 11, 5 apud antiquissimos Latinorum eandem vim, quam apud Aeoles habuit, eum autem prope sonum quem nunc habet, significabat p cum aspiratione. 12, 18 f et x postea (*sc. ad antiquum alphabetum*) additas et eas quoque ab eisdem (*Graecis*) sumptas. GLOSS. V 569, 25 f ⟨v⟩ulgus loco digammae, sed pro ⟨eo⟩ Latini modo u ponunt. ALC. gramm. VII 302, 6. *nota usum antiquissimum* fh *pro sono litterae* f: CORP. I² n. 3 fhe fhaked. *de usu posteriore digammae inversae* (ⅎ): QVINT. inst. 1, 7, 26 nec inutiliter Claudius (*imperator*) Aeolicam illam ad hos usus (*sc. pro* v *consonanti*) F litteram adiecerat. **2** *de pronuntiatione et usu*: TER. MAVR. 826 *inter semivocales. cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 23 f consonans semivocalis. 6, 24 CHAR. gramm. I 15, 5 DIOM. gramm. I 424, 15. 429, 3 CLEDON. gramm. V 29, 19. MART. CAP. 3, 240 F littera semivocalium prima. DOSITH. gramm. VII 383, 3. PRISC. gramm. II 9, 11 (*laudat inter semivocales*, sed f multis modis ostenditur muta magis). *qua de re fusius* 11, 12 *sqq.* 22, 24. 35, 13. CARM. de alphab. 16 semisonans dicor, liquidis ut muta ministro. GRAMM. suppl. 303, 8. *doctrinae de pronuntiatione*: TER. MAVR. 227 imum superis dentibus apprimens labellum spiramine leni, velut hirta Graia vites, hanc ore sonabis, modo quae locata prima est (*sc.* f. *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 34, 9 f litteram imum labium superis imprimentes dentibus reflexa ad palati fastigium lingua leni spiramine proferemus. MART. CAP. 3, 261 f dentes labrum inferius deprimentes *faciunt.* GRAMM. suppl. 307, 25). MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 4 f ... p et eadem aspiratione (h) compleretur. 18, 15 cognatae *consonantes sunt* quae simili figuratione oris dicuntur, ut est b f m p. PRISC. gramm. II 12, 1 hoc tamen scire debemus, quod non fixis labris est pronuntianda f, quomodo p h, atque hoc solum interest (*cf. etiam infra l. 47 sqq.*). 19, 10. 35, 17 habebat autem haec f littera hunc sonum, quem nunc habet u loco consonantis posita. *de usu in vocibus syllabisque*: TER. MAVR. 826 *sq.* prima (*sc.* f) mutas nec sequetur nec potest praecedere, ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest *eqs.* 854 praeter udas ergo, supra iam duas quas rettuli (*sc. l et r*) haec (*f*) sibi nullam ligare semivocalis potest. *similia* CHAR. gramm. I 9, 7. 15, 5 *sqq.* DIOM. gramm. I 423, 5. 424, 15 MART. CAP. 3, 240 CLEDON. gramm. V 28, 3. 29, 19. 48, 21 nullum ... nomen f littera terminatur (PRISC. gramm. II 48, 4 in f nulla desinit syllaba). POMP. gramm. V 109, 32 MACR. exc. gramm. V 606, 29 DOSITH. gramm. VII 383, 3 CARM. de alphab. 16 *supra l. 24* GRAMM. suppl. 224, 26. *de orthographia vulgari, qua graeca* p h (φ) *litterā* f *exprimitur* (*cf. supra l. 34 sq. et v. Mommsen, Gesamm. Schriften VII 792*): TER. MAVR. 845 quippe nos si quando Graecum φ necesse est exprimi, p et h simul solemus, non latinam hanc (*sc. f*) ponere, cuius a Graeca recedit lēvis atque hebes sonus. SACERD. gramm. VI 451, 12 barbarismus est ... si philosophum per f scribas, cum per p et h scribere debeas vel si 'felix' scribas per p et h, cum f ratio exigat. *similia* DIOM. gramm. I 423, 28 GRAMM. suppl. 224, 30. *nota*: MART. CAP. 3, 311 nec f excludunt (*ante o finalem*), cum dicamus 'triumfo', quamquam a Graecis veniat et per p et h potius conscribatur (*contra*: POMP. gramm. V 239, 11 errant qui sic scribunt 'triumfo' per f ... ergo f ante o non invenio). *de antiquo usu pro mero aspirationis signo*: QVINT. inst. 1, 4, 14 quin ⟨in⟩ 'fordeum' 'faedos'que pro aspiratione f ut simili littera utentes *antiqui.* PRISC. gramm. II 35, 15 antiqui Romanorum Aeoles sequentes loco aspirationis eam (*f*) ponebant. *cf.* SERV. Aen. 7, 695 *Falisci* immutato h in f Falisci dicti sunt ... nam posteritas in multis nominibus f pro h posuit. *huc pertinet usus titulorum Praenestinorum quorundam saec. fere tertii a. Chr., velut* CORP. I² n. 166 Foratia. 564 Fercles. 566 Felena (*fortasse cf.* CORP. I² n. 559 fata *et* atos, *modo cum Büchelero pro* hata *et* (h)atos *ea sumas*). **3** *de forma litterae*: GRAMM. suppl. 303, 8 binis virgulis depingitur et una recta deducitur de medio eius. *cf.* 306, 18 *de eadem forma allegorica quaedam.* **4** *compendia et notae*: **a** *in mensuris*: ISID. orig. 16, 27, 2 F latinum significat obolos quattuor. *latet haec nota fort.* CORP. V 6414. 6415. **b** *in figuris geometricis*: VITR. 9, 7, 4 *bis.* 10, 10, 4. 5. *in logica*: PS. APVL. herm. p. 279 (*quater*). **c** *pro verborum notis*: CIC. de orat. 2, 280 *cum* in eius (*iudicii de ambitu facti*) tabulis ostenderet litteras A. F. P. R. idque diceret esse 'actum fide P. Rutili' Rutilius autem 'ante factum post relatum' ... "quid ergo", inquit Scaurus, "'Aemilius fecit, plectitur Rutilius'". *de singulis v.* PROB. litt. sing. gramm. IV 273 *sqq.* NOT. laterc. gramm. IV 278 *sqq.; de titulis v. Cagnat, Cours d'épigraphie latine³ (1898) p. 397 sqq. et indices* CORP. *notae usitatiores*: f(aber) f(acio) (*item* f(actum), f(io) *sim. et v. l. 19. 20*), F(alerna) f(amilia) f(astus) F(ebruarius) f(elix) (f(eliciter)) f(eriae) f(erio) f(ero) f(ides) (*vel* f(iducia) f(idus) f(idelis) *et v. l. 18*), f(igura) f(ilius *vel* -a) f(ines) f(iscus) f(lamen) F(lavius) f(lando) f(olium) f(ores) f(orma) F(ortuna) f(rater) f(raus) (*vel* f(raudare) f(raudatio)), f(rumentum) f(ui) f(unctus) f(undus) f(unus) f(utuo). *nota cum apice*: CORP. IX 2082ᵇ f'(ecit). **5** f *inversum* (ⅎ) *in notis pro* f(ilia) f(emina). *adde pro* h *supra l. 8, pro* v *p. 1, 15.* *Mbr.*

faatum *v.* fatum.

***faba**, -ae *f.* [*idem q. falisc.* haba *boruss.* babo. *cf. c. slavon.* bobъ '*faba*', *fortasse c. alban.* baθε '*faba*', *gr.* φακός '*lens, -tis*'; *v. Schrader, Reallexikon der idg. Altertumskunde s. v.* Bohne. *gr.* φάβα· ὄσπριον *(Hesych.) a Latinis tractum esse videtur. Th.*]. ISID. orig. 17, 4, 3 -a graeca etymologia a vescendo vocabulum sumpsit, quasi f a g a; φαγεῖν enim comedere graece dicitur. LYD. mens. 4, 152 φάβα 'Ρωμαίοις τὸ ἔτνος ἐδόκει καλεῖν ἀπὸ τοῦ ζεφύρου (*sc. a* 'favonio'). haba: VEL. gramm. VII 69, 12 (*ex Varrone?*) quam antiqui habam dicebant, nos -am dicimus (SCAVR. gramm. VII 23, 19. *cf. sim.* 13, 9 quam Falisci habam, nos -am appellamus). *singulare tantum esse volunt grammatici*: VARRO ling. 9, 38 neque propter usum, ut Terentius significat unum, plures Terentii, postulandum est ut sic dicamus -a et -ae. 10, 84 si est natura neque est usus id genus (*i. multitudo*) ut sit discriminandum, ut fit in -a. CHAR. gramm. I 34, 25 quae mensura constant ... quae numerari non possunt semper singularia sunt ... -a (*sim.* DIOM. gramm. I 328, 20 PRISC. gramm. II 176, 5 EXC. Bob. gramm. I 550, 28). CHAR. gramm. I 93, 13 Vergilius dicit 'vere -is satio' (*v. p. 4, 13*), sed nec ipsum admittitur, quia nec ferrum ... pluraliter quisquam ausus est pronuntiare. GRAMM. suppl. 85, 3 sunt semper singularia ... -a. GLOSS. II 356, 17 pluralia non habet. *legitur saepissime singularis collective positus; at pluralis: de herba*: VERG. georg. 1, 215 OV. fast. 5, 267 PLIN. nat. 11, 13. 18, 57. 245. *de fructibus*: OV. fast. 2, 576 septem (*cf.* PLIN. nat. 18, 95 centum). 5, 436. 438. 509. 6, 180 COLVM. 10, 113 GELL. 4, 11, 4 VEG. mulom. 2, 88, 14 HIER. in Ezech. 4, 9 p. 44 RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10 MACR. sat. 1, 12, 33 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 42 GREG. M. epist.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 65 p. 86, 11 GLOSS. III 256, 19. *fort.* EDICT. imp. Diocl. 1, 9. 10. *sensu translato i. q. globulus*: PLIN. nat. 19, 185 *v. p. 5, 80.* *de notione*: SERV. georg. 1, 215 genus seminis. IDIOM. gen. gramm. IV 576, 71 ἐρεγμός, ὁ κύαμος. EXC. Bob. gramm. I 553, 2 ὁ ἐρεγμός. DIOSC. 2, 105 W. κύαμος· Ῥωμαῖοι φάβα. GLOSS. φάβα. κύαμος. ἐρεγμός. *adde*: GLOSS. III 570, 47 lomentum de -a: oromum (ἐρεγμός). NOT. Tir. 68, 14. *est 'vicia faba' (Linn.). v. Olck, PW. III 609 sqq.* *legitur inde a* PLAVTO ENNIO CATONE. [*it.* fava, *francog.* fève, *hisp.* haba. *M.-L.*]

I *proprie nomen leguminis, et herbae et fructus* (*de quo v. fusius* PLIN. nat. 18, 48—62. 117—126). **A** *generatim*: VARRO ling. 5, 140 vehiculum in quo -a aliudve quid vehitur. rust. 1, 23, 3 ad siliquas non pervenit, ut -am legere expediat. CATVLL. 23, 21 id (*sc. quod cacas*) durius est -a et lapillis. HOR. epist. 1, 16, 55 de mille -ae modiis cum surripis unum. OV. fast. 5, 267 flore semel laeso pereunt viciaeque -aeque. PAVL. FEST. p. 101 hilum putant esse, quod grano -ae adhaeret. p. 166 naucum *esse* . . . -ae grani quod haereat in fabulo. p. 168 nauscit cum granum -ae se nascendi gratia aperit. p. 375 valvoli -ae folliculi appellati sunt. p. 379 vegrandem -am minutam dicebant (*cf.* GLOSS. V 613, 42 ve⟨grandis⟩ faba: parva -a). CELS. 4, 8 ex his quod -ae magnitudinem habet . . . liquatur (*sc. mensura medicorum; sim.*: 6, 6, 1 sumatur myrrhae ad -ae . . . magnitudinem. *ibid.* satis est . . . viro quod -ae magnitudinem impleat. SCRIB. LARG. 13. 74 -ae magnitudine globulum. 75 pilulas faciant magnitudinis -ae. 89. 138 PLIN. nat. 20, 104. 188. 261 *passim.* PELAGON. 91. 240. 303 hoc . . . prodest -ae magnitudinem . . . dedisse. VEG. mulom. 7, 76, 3 MARCELL. med. 28, 6. 8. 35. 29, 49 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 127. ORIBAS. syn. 1, 17 ad ciceris vel -ae magnitudinem). *cf.* CELS. 5, 28, 12 *ulcus* raro -ae magnitudinem excedit (PLIN. nat. 12, 23 nec -ae magnitudinem excedens *ficus Indica*). CELS. 5, 28, 15 neque enim ea *pusula* -a maior est. PLIN. nat. 13, 54 *fructus terebinthi* non grandior -a. 13, 105 magnitudo huic *fructui loti* -ae. 14, 43. 16, 27. 17, 254. 20, 209. 37, 144. CORP. IV 5430. 6722 -a m(odii) *tot.* COLVM. 2, 11, 10 duplici semine sunt . . . -a. 10, 113. PETRON. 76 oneravi rursus vinum, lardum, -am *eqs.* 136. PLIN. nat. 1, 18, 30. 12, 126 *galbanum* adulteratur -a aut sacopenio. 17, 72 tanto maiore . . . hordei grano, ne quis -am reputet. 17, 240 fabae putamina . . . venena sunt. 18, 95 inventus est iam scapus unus centum -is onustus. 18, 304 -a crassioribus tunicis operitur. 25, 140 psyllion . . . -ae granis in cacuminibus. 37, 188 cyamias . . . fracta ex se -ae similitudinem parit. MART. 12, 72, 5 -amque solebas vendere pragmaticus. 13, 9, 2 *lens* vilior est alica, carior illa -a. PLIN. epist. 1, 20, 16 -am ceteraque legumina sero. APVL. met. 6, 10. PAVL. dig. 50, 16, 77 pr. lupinum . . . et -am fruges potius dici *quam frumentum*, quia non arista, sed siliqua continentur. LAMPR. Heliog. 21, 3 -am cum electris . . . exhibens. ARNOB. nat. 2, 59 quid sit triticum dicite, far, . . . -a. CHIRON 412 de oculis eius (*iumenti*) exiet similitudo -ae. COD. Theod. 15, 10, 2 (*a. 381*) duo milia modiorum -ae . . . sollemni praebitione contulerint. *nota in proverbiis*: PLAVT. Aul. 819 quid repperisti? :: non quod pueri clamitant in -a se repperisse. TER. Eun. 381 istaec in me cudetur -a (SCHOL. Ter. p. 101, 25 teretur, malum et flagitium hoc in me revertetur). COM. pall. inc. 69 tam perit quam extrema -a (FEST. p. 363 in proverbio est, quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus). CIC. Att. 1, 16, 13 -am mimum futurum (SEN. apocol. 9 -am [famam *cod.*] mimum fecistis. *fortasse nomen mimi cuiusdam, v. Ribbeck, Scaen. II² p. 374; O. E. Schmidt, Philol. 56, 552).* *de herba*: ENN. ann. 556 perque -am repunt *grues* et mollia crura reponunt. VARRO rust. 3, 16, 13 quae maxime secuntur apes ea sunt . . . -a. frg. Serv. georg. 1, 75 Varro . . . alam culmum -ae dicit. PLIN. nat. 11, 13 ante -as florentes. 13, 107 *loti herba* provenit similis -ae caule foliisque. 18, 155. 22, 91 *condrion* radice -a simili . . . tuberculo -ae. 25, 46.

B *speciatim*: **1** *species, cf.* ISID. orig. 17, 4, 3 species duae *sunt*, altera communis, altera Aegyptia. nostra *vel* nostras (*v.* DIOSC. 2, 88): CELS. 5, 25, 9 ad magnitudinem -ae nostrae. 5, 25, 11 catapotia . . . ad nostrae -ae magnitudinem. SCRIB. LARG. 170 -ae nostratis magnitudine. Aegyptia(ca) (*v.* DIOSC. 2, 89. GLOSS. III 574, 7 poleticon): CELS. 5, 23, 2 quod Aegyptiae -ae magnitudinem impleat (5, 25, 6. 5, 27, 7. *saepius*: SCRIB. LARG. 95. 170. 173 MARCELL. med. 1, 20. 17, 13. 20, 128. 22, 8. 28, 7. *cf.* SCRIB. LARG. 125 datur quantum -a Aegyptia. 144). CELS. 6, 7, 1 id quod amarum in Aegyptia faba est conteritur. 6, 7, 2 ex Aegyptia faba partis interioris. MARCELL. med. 9, 54 -ae Aegyptiacae pulpam. 9, 55 grana purgata. CASS. FEL. 33, 72 facies collyria in modum -ae Aegyptiae. ORIBAS. syn. 4, 10. Marsica: COLVM. 2, 9, 8. nigra: MACR. sat. 7, 3, 13 cur ex -a nigra et alba pulmentum unius coloris edatur. MARCELL. med. 36, 13 -ae nigrae integrae sextarium moles. alba: MACR. sat. 7, 3, 13 *v. l. 76.* MARCELL. med. 14, 92. maior: GLOSS. κύαμος. [lupina: PS. APVL. herb. 5 (*i. q. hyoscyamos*) *v. p. 34, 76.*] *adde*: Graeca: PLIN. nat. 16, 123 -a Graeca quam Romae a suavitate fructus . . . loton appellant. 24, 6 lotos quae -a Graeca appellatur a nostris. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 72 -ae Graecae folia. Syriaca: SERV. georg. 2, 84 Lotus . . . in arborem conversa est, quae vulgo -a Syriaca dicitur. **2** *de cultura* (*v.* PLIN. nat. 18, 156—253 PALLAD. 12, 1): CATO agr. 35 -am in locis validis non calamitosis serito (ind. capit. 40 de -a, vicia . . . ubi serantur. VARRO rust. 1, 23, 5 idoneus locus eligendus . . . ubi -am potissimum seras. *cf.* COLVM. 2, 10, 5 -ae pinguissimus locus vel stercoratus destinatur. 2, 10, 6 sint qui negent locis frigidis occari -am. PALLAD. 1, 6, 5 -a tantummodo in umida *terra* debet aspargi). CATO agr. 27 sementim facito . . . -am. 37 quae segetem stercorent fruges . . . -a (COLVM. 2, 13, 1 stercorari *agros* . . . -a. 11, 2, 80 vicia et -a. PLIN. nat. 17, 56. 18, 259 restitui . . . *prata* -a in iis sata. *cf.* COLVM. 2, 2, 13 si eodem tempore stercores et . . . -a conseras . . . medearis agri vitio). CATO agr. 136 -am quinta *parte* modio dividat. VARRO rust. 1, 34, 2 -am optime seri in vergiliarum occasu (ind. capit. p. 5, 3. VERG. georg. 1, 215 vere -is satio [PROB. *ad l.* hoc *tempus* idoneum -ae sationi putant]. COLVM. 2, 10, 9 sit . . . trimestris -a, quae mense Februario seratur. MENOL. Colot. Dec. [Corp. I² p. 280] -a(m) serentes. Vall. Dec. [Corp. I² p. 281] -a seritur). VARRO rust. 1, 44, 1 seruntur -ae modii quattuor in iugero (ind. capit. p. 5, 29 quoteni modii serantur in iugero -ae. *cf.* COLVM. 2, 10, 8 iugerum agri . . . -ae sex occupant modii. 11, 2, 75 -ae modios sex serere oportet in areolis *eqs.* PLIN. nat. 18, 143 -ae modios X . . . in iugero . . . seri). VARRO rust. 1, 45, 1 -a . . . serius aliquanto prodit. OV. fast. 6, 180 *in Latio antiquis temporibus* terra -as tantum duraque farra dabat. SEN. epist. 86, 16 Iulius mensis est . . .; eodem die vidi -am metentes, milium serentes. COLVM. 2, 11, 4 -a et cetera legumina cum quattuor digitis a terra extiterint recte sarrientur (2, 11, 6 -am multi ne sarriendam quidem putant. 2, 11, 7 ter sarriri. 11, 2, 10). 2, 11, 6 sublata -a faenum ex eodem loco secari posse. 2, 12, 2 -ae modii quattuor . . . duas operas bubulcorum detinent, at in restibili unam. 2, 13, 2 si radices . . . inaruerint sucum omnem solo auferent. 2, 17, 4. 2, 19, 2. 11, 2, 85 plenilunio omnem, quam saturus es, -am uno die spargas. CATO agr. 134 prius quam hasce fruges condas, far, . . . -am (VARRO rust. 1 capit. ind. p. 6, 13 de -a et leguminibus condendis. *cf.* 1, 13, 1 fructus aridus, ut est -a . . ., in tabulatis *servatur.* 1, 58, 1 -a et legumina in olearis vasis . . . servantur. PLIN. nat. 18, 307). COLVM. 2, 10, 12 silente luna -am vellito ante lucem, deinde . . . in granarium conferto *eqs.* 2, 10, 14 -a . . . pura eo perveniet, quo ventilator eam iaculabitur. *ibid.* quae de siliquis cum -a resederint, aliter secernentur. 11, 2, 50 tertio kal. Iul. . . . -am serotinam ducere. PLIN. nat. 18, 257 -a metitur, dein cuditur. **3** *ad usum praeparatio*: CATO agr. 90 -am fresam puram. *cf.* PAVL. FEST. p. 91 frendere est frangere, unde et -a fresa. ISID. orig. 17, 4, 4 -a fresa dicit, quod eam homines frendant, id est frangant et molendo comminuant. 20, 16, 1 -a fressa quae molita est. GLOSS. ἐρεγμός. κύαμος. -a pilata: fresa. Plac. V 16, 24 defrensum: detritum; unde adhuc frensa -a, quae obtrita frangitur. CELS. 5, 18, 21 COLVM. 6, 3, 5. 6, 10, 1. 6, 24, 5. 7, 4, 2. 7, 10, 4 PLIN. nat. 27, 40 MART. 4, 46, 6. EDICT. imp. Diocl. 1, 9 -(a)e fressae. 1, 10 -ae non fress(a)e. VEG. mulom. 2, 129, 9. 4, 7, 1 farina -ae fresae. MARCELL. med. 16, 48 *saepius.* COLVM. 11, 2, 50 -am maturam conterere (CHIRON 432 -am . . . coctam conteris). SCRIB. LARG. 158 molita (PELAGON. 60. CHIRON 526 molitam minutam). PLIN. nat. 19, 40 fracta (20, 56 MARCELL. med. 8, 132 VEG. mulom. 2, 49, 4 CAEL. AVR. chron. 2, 7, 10 ANTHIM. 74. GLOSS. -a fracta: ἐρεγμός. *cf. supra l. 44*). PLIN. nat. 20, 89 trita (PELAGON. 13 -ae fresae hem(inam) bene tritae). 22, 140 -a . . . solida fricta (PLIN. med. 1, 23. VEG. mulom. 1, 11, 10. 3, 9, 1 frixae. *adde*: OV. medic. 70 *v. p. 5, 59.* GLOSS. III 539, 11 -a ririca id est platano, *ubi fortasse leg.* -a trita id est ptisano, *v. Sonny, Archiv 12 [1902] 126*). *cf.* CELS. 2, 33 farina . . . -ae (5, 28, 19 farinam ex -a. 6, 18, 6 CHIRON 611 ANON. med. ed. Piechotta 173). VEG. mulom. 2, 63 pulvis de -a combusta (3, 9, 4 pulveris ex -a). 3, 9, 1 addito -ae polline. *opp.* solida: PELAGON. 296. 365 VEG. mulom. 2, 88, 7. 14. 2, 112, 7 CHIRON 319 MARCELL. med. 16, 44. 29, 49. GLOSS. κύαμος. II 356, 17 faba grande, pluralia non habet, κύαμος. integra: ANTHIM. 65. CATO agr. 90 -am coctam tostam (COLVM. 7, 12, 10 VEG. mulom. 1, 44, 1. 1, 134, 2. 6. CHIRON 432 sine sale coctam. 611. 795 -am sine sale coques). COLVM. 8, 11, 6 torreas -am. EDICT. imp. Diocl. 6, 38 -ae viridis pu⟨rg⟩atae (MARCELL. med. 9, 55). VEG. mulom. 6, 63 pulvis de -a combusta (*cf.* 2, 57, 2). GLOSS. -ae acetosae: τὰ ὀξυκύαμα. -as acetatas: ὀξυκυάμια. **4** *usus: pro esca est hominibus* (*v. Fournier, Daremberg-Saglio II p. 1144*): CIC. div. 1, 62 Pythagoreis interdictum putatur, ne -a vescerentur. 2, 119 -a Pythagorei . . . abstinere, quasi vero eo cibo mens, non venter infletur (TERT. anim. 48 Pythagorici . . . -am respuunt onerosum et inflatui pabulum. *cf. p. 5, 8*). HOR. sat. 2, 6, 63 -a Pythagorae cognata (*v.* SCHOL. *ad l.*). TERT. anim. 31. *cf.* GELL. 4, 11, 4 Aristoxenos . . . nullo saepius legumento Pythagoram dicit usum quam -is, quoniam is cibus et subduceret sensim alvum et levigaret. HOR. sat. 2, 3, 182 in cicere atque -a bona tu perdas. OV. fast. 5, 509 minor inde (*i. calicum*) -as, holus alter habebat (PETRON. 135 in quo *panno* -a erat ad usum reposita). CELS. 2, 18 ex leguminibus . . . valentior -a . . . quam pisum. PLIN. nat. 18, 101 circumpadana Italia *panico utitur* addita -a. 19, 133. MART. 5, 78, 10 pallens -a cum rubente lardo (13, 7, 1 pallida). 7, 53, 5. 10, 14, 5 quando -ae modium nobis . . . dedisti? 10, 48, 16 -a fabrorum. 11, 31, 12. GELL. 4, 1, 7 penum esse vinum et triticum . . . et -am

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. met. 7, 14 *me* hordeo lecto -aque ... saginari. PORPH. Hor. ars 47 curculio apud Homerum (*an leg.* comicum*?*) est qui -am libenter vescitur. EDICT. imp. Diocl. 6, 35 -ae viridis (ORIBAS. syn. 4, 10. 17. 34. *opp.* matura: COLVM. 11, 2, 50). HIER. epist. 45, 5, 1 ego -a ventrem impleo. VVLG. II reg. 17, 28 obtulerunt ei ... frumentum et hordeum et farinam et polentam et -am et lentem et frixum cicer *aliaque*. Ezech. 4, 9 sume tibi frumentum ... et -am ... et facies tibi panes (*cf.* HIER. in Ezech. 17, 9 p. 44 pascuntur ... -is quibus comedentium venter inflatur. *cf. p. 4, 72 et infra l. 59. cf. etiam* ORIBAS. syn. 4, 2 -a fresa *spissos umores generat*). APIC. 5, 197 pisam Vitellianam sive -am. 5, 198 pisam sive -am (5, 199). 5, 201 pisam sive -am Vitellianam. ANTHIM. 65 -a ... integra ... melius congrua est quam illa -a fresa. 74 -a fracta ... gravat satis. ORIBAS. syn. 4, 12 cicer, -a nutriunt. VEN. FORT. vita Radeg. 4, 13 inter epulas regum ... -a vel lenticula delectabiliter vescebatur. GREG. M. epist. 1, 65 p. 86, 11 pro sustentatione eius ... -arum modios tot dare non differat. *pecudibus pabulum datur*: CATO agr. 60 bubus cibaria annua ... -ae m(odiis) XX ... seras. 90 *palumbo* -am coctam tostam primum dato, ... postea -am fresam puram *eqs.* VARRO rust. 2, 1, 17 hordeum et -a interdum sit quibusdam *pecudibus* obiciendum. 2, 4, 6 *sus* alitur maxime glande, deinde -a et hordeo *eqs.* (COLVM. 7, 9, 9 *suibus* -ae ..., cum vilitas permittit, facienda est potestas. 9, 1, 6. MART. 3, 47, 12 nondum ... victa lacteum -a porcum. *cf.* VARRO rust. 2, 4, 17 dicuntur *porci* nefrendes ab eo, quod nondum -am frendere possunt). COLVM. 6, 3, 5 potest ..., si proventus vilitatem facit, semodius -ae fresae praeberi pecudibus. 6, 24, 5 *Altina vacca* educatur ... -a fresa. 6, 30, 1 dum consuescat *pecus* -a et puro hordeo ali. 7, 3, 22. 7, 4, 2 *oves Graecae pascuntur* fresae cum suis volvulis -ae ... sextariis. 7, 12, 10 triticeo pane satiandi sunt *canes* admixto ... liquore coctae -ae. 8, 11, 6 favilla levi torreas -am tepidamque des *avibus*. *adde*: PETRON. 136 *anseres* per totum effusam pavimentum collegerant -am. *adhibetur in medicina* (*v.* ORIBAS. eup. 2 C 29): CELS. 2, 33 calfacit ... cataplasma ... *ex farina* -ae. 5, 18, 21 supprimit omne quod abscedit. 5, 18, 24 -a ... imposita proficit *contra livorem subcruentum*. 5, 28, 19 super vitiliginem inspergunt farinam ex -a. 6, 18, 6 *testiculorum inflammationi* imponenda ex -a farina (SCRIB. LARG. 223 testium et genitalium malis ... *brassicam* cum -a trita. MARCELL. med. 33, 52). COLVM. 6, 10, 1 *graminibus concisis* admixta fresa -a (*contra tussim*: PLIN. nat. 20, 56. 22, 140 tusses suppurationesque pectorum. 27, 40 PLIN. med. 1, 23 VEG. mulom. 1, 11, 10. 1, 134, 2. 2, 129, 9. 2, 134, 6. 3, 9, 1 addito -ae polline. 3, 9, 4 pulveris ex -a. 4, 7, 1 CHIRON 495. MARCELL. med. 16, 44 -ae solidae granum. 16, 48. *cf.* PLIN. nat. 20, 53 raucitatem extenuat *alium* ... in ... -ae sorbitione. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 100 *de catarrho*). COLVM. 7, 10, 4 nauseantibus *pecudibus* (*cf.* 7, 10, 5 PLIN. nat. 29, 63). SCRIB. LARG. 158 *ad podagram* -a molita cum suis valvulis (PLIN. nat. 36, 133). PLIN. nat. 20, 211 si procidant oculi. PELAGON. 13 ad morbum. 60 equus si cerebrum percussum habuerit (CHIRON 526). 296 ad robur (CHIRON 319 VEG. mulom. 2, 88, 7. 14). 365 ad lethargos (VEG. mulom. 2, 112, 7). CHIRON 432 de coeliaco. 611 contra ozaenas. 795 iumento ut maculam albam facias. VEG. mulom. 1, 56, 23. 2, 49, 4 de aquatilibus. 2, 57, 2 si exungulaverit animal. 2, 63 revocare pilos creditur pulvis de -a combusta. MARCELL. med. 8, 121 collyrium ad ulcera (*cf.* ANON. med. ed. Piechotta 173 ad omnem tumorem). 8, 132 oculos inde albugine occupatos ... circumline. ANON. med. ed. Piechotta 137 ad menstrua vocanda. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 42 *de paralysi buccae*. *adde*: GLOSS. III 570, 47 lomentum de -a: oromum (*ἐρεγμόν*). *varii usus*: COLVM. 2, 7, 1 leguminum genera ... maxime grata et in usu hominum videntur -a *eqs.* OV. medic. 70 inflantes corpora frige -as (MART. 6, 93, 10 *Thais* tegitur pingui terque quaterque -a. *cf.* PLIN. nat. 33, 109). COLVM. 8, 6, 1 multi ... ova fresā -ā coaggerant (*cf.* 12, 16, 3 *de uvis condendis*. 20, 203 *opium* optime servari ... in -a). PLIN. nat. 19, 157 *ruta* seritur ... surculo ... in perforatam -am indito (*cf. infra l. 80 sq.*). 21, 70 *apium* causa oportet serere ... -am. *cf. p. 3, 59.* **5** *in cultu et superstitione* (*v. Lenormant, Daremberg-Saglio IV p. 947*): VARRO frg. Non. p. 135, 15 -am iactant noctu ac dicunt se lemures domo extra ianuam elicere (*cf.* OV. fast. 5, 436. 438 redimo meque meosque -is. PAVL. FEST. p. 87 -am nec tangere nec nominare Diali flamini licet ..., nam et lemuralibus iacitur larvis *eqs.* SCHOL. Ter. p. 76, 5. *cf.* GELL. 10, 15, 12 [*ex Fab. Pict.*]). OV. fast. 2, 576 (*de sacris Tacitae*) septem nigras versat in ore -as. 4, 734 suffimen erit ... durae culmen inane -ae (PAVL. FEST. p. 349 suffimenta ... faciebant ex -a). 6, 170 cur illis (*i. Iuniis*) ... kalendis mixta ... cum calido sit -a farre (MACR. sat. 1, 12, 33 hoc mense [*i. Iunio*] adultae -ae divinis rebus adhibentur. *cf. p. 6, 31 sqq.*). FEST. p. 277 refriva -a dicitur ... quae ad sacrificium referri solet domum ... auspicii causa. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10 Orpheicas destruamus -as. *in benedictione ciborum*: LIB. pontif. p. 38, 5 ut fruges super altare tantum -ae et uvae benedici.

II *translate i. q. globulus*: PETRON. 67 ut tibi emerem -am vitream (*i. margaritam*). PLIN. nat. 19, 185 -is caprini fimi singulis cavatis ... semina *lapathi* inclusa serantur (*cf. l. 63*). 30, 67 fimum ... palumbinum in -a sumi. *cf.* PELAGON. 408 sinapi et laser in modum -ae.

deriv.: fabaceus, fabaginus, fabalis, fabarius, fabatus, fabulis. fabulus, faberrae, fabium (fabiolum). *fort. nom. gent.* Fabius (PLIN. nat. 18, 10), Fabucius. fabatium*?* fabeus*?*

fabāceus (fabācius), -a, -um [*a* faba. *Th.*]. *adiectivum: i. q. ad fabam pertinens*: PALLAD. 12, 1, 2 qui ager calamos -eae messis eduxit. VEG. mulom. 2, 129, 10 farinae -eae sext(arium) unum (ORIBAS. syn. 1, 35 fabace⟨am⟩ farina(m) cum afronitro teris). MACR. sat. 1, 12, 33 Iunoni pulte -ia ... sacrificatur (MARCELL. med. 8, 54 ad epiphoras oculorum pultem -iam sine sale ... illine). *subst. fem.* fabācia, -ae: *i. q. faba*: GLOSS. III 611, 60 -a id est (h)erba fava⟨e⟩ similis (624, 7). 590, 42 (h)erba favae simulans. APIC. 5, 210 -ae virides ex liquamine. *ibid.* -ae frictae ex liquamine inferuntur. *ibid.* -ae ... ex aceto inferuntur. *fort. n. pl.* fabācia (-ōrum): GLOSS. *κναμίδες*. [*corrupt.*: VEG. mulom. 2, 36, 2 *ubi leg.* faecaceus.] *cogn.* Fabacius *v. nom. propr.*

fabāginus, -a, -um [*a* faba. *Th.*]. *i. q. fabaceus*: CATO agr. 54, 2 paleas triticeas et hordeaceas, acus -um ... omnia condito.

fabālis, -e *a* faba. **1** *adiect. i. q. fabaceus*: OV. fast. 4, 725 de vitulo cinerem stipulasque -es saepe tuli [VARRO rust. 1, 31, 4 *v.* fabulis *p. 34, 61*]. **2** *subst. neutr. plur.* fabālia, -um: **a** *i. q. stipula fabacea*: CATO agr. 37, 2 stercus unde facias: stramenta, lupinum, paleas, -a. 138 *boves* arvehant ligna, -a *eqs.* COLVM. 2, 10, 9 malle se (*rusticos*) maturae fabae -a quam fructum trimestris (PLIN. nat. 18, 120). PLIN. nat. 22, 141 -um ... siliquarumque cinis ad coxendices *prodest*. **b** *fort. i. q. seges fabarum*: TERT. anim. 31 Pythagoras ... ne per -a quidem transeundum discipulis suis tradidit (*cf. p. 4, 70 sqq. et* SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 33).

fabāric(i)us, -a, -um [*a* (kalendae) fabariae. *Th.*]. PHILOCAL. fast. Iun. 1 (Corp. I² p. 266) fabarici c. m. XII. *cf.* POL. SILV. fast. Iun. 1 circenses fabricii. *v. etiam infra l. 31 sq.*

fabārius, -a, -um *a* faba. **1** *adiect. fere i. q. fabaceus*: CATO agr. 10, 5 pilum -um. MACR. Sat. 1, 12, 33 kalendae Iuniae -ae vulgo vocantur (*cf. l. 28 et p. 5, 73 sqq. fort. ita leg.* TERT. adv. Marc. 5, 10 p. 605, 17). CORP. VI 18, 4 negotiationis -ae. MENOL. Colot. Iul. (Corp. I² p. 280) messes hordia(riae) et fabar(iae) (Vall. Iul. [Corp. I² p. 281]). NOT. Tir. 94, 13. *nota in nom. aedificii*: REG. urb. 13 p. 19, 7 porticum -um (CVRIOS. urb. reg. 13 p. 18, 5). **2** *subst.*: **a** fabārius, -ī *m.* GLOSS. cantor. -i cantores. ISID. eccl. off. 2, 12, 3 antiqui ... legumine causa vocis assidue utebantur; unde et cantores apud gentiles -i dicti sunt. *vel idem vel is qui fabam vendit*: CORP. XII 4472 M. Paquius M. l. Dama -us. **b** fabāria, -ae *f.* *i. quae fabam vendit*: CORP. III 153 (6672) Antistia Victorina -a. *i. q. seges fabarum*: LEX Sal. 27, 7 si quis in napina, in -a, in pissaria ... in furtum ingressus fuerit. *nomen insulae*: PLIN. nat. 4, 97 Burcana, -a nostris dicta (*v. nom. propr.*). *cogn.* Fabārius *v. propr.*

deriv.: fabaric(i)us.

fabātārium, -ī *n.* [*a* fabatus *vel* (puls) fabata *derivatum esse videtur. Th.*]. **1** *i. q. lanx qua faba ministratur*: LAMPR. Heliog. 20, 7 *barbas mullorum* pro nasturtiis, apiastris ... exhiberet plenis -is et discis. **2** *i. q. holusculum fabatum*: GLOSS. III 186, 23 -a *λεπτολάχανον* (faratalia *confert Götz, q. v.*).

? **fabatrum** *φαβάτος κόκκος* GLOSS. II 75, 7. *fort. leg.* fabatum*?*

fabātus, -a, -um [*a* faba. *Th.*]. *i. q. e faba confectus*: VARRO frg. Non. p. 341 kalendis Iuniis et publice et private -am pultem dis mactant (FEST. p. 277 in sacrificiis publicis cum puls -a dis datur. PLIN. nat. 18, 118 prisco ritu puls -a [*var. lect.* pulsa faba] suae religionis diis in sacro est). *fort. add. supra l. 51.* *cogn.* Fabatus *v. nom. propr.*

deriv.: fabatarium. *Wulff*

fābella, -ae *f.* [*a* fabula *deminutive. Th.*]. PRISC. gramm. II 110, 16 eandem formam (*sc. l geminatam*) in 'la' ... desinentia ... servant, ut 'fabula fabella' *eqs.* (GRAMM. suppl. 70, 28). GRAMM. suppl. 96, 3 deminutiva nomina feminina in 'a' desinentia ... 'fabella' *eqs.* GLOSS. *ὁμιλία. μυθάριν*. -ae fabulae (*cf.* NON. p. 113, 16). *legitur apud* CIC. HOR. TIB. LIV. SEN. rhet. SEN. phil. PHAEDR. (*14^tes*, fabula *12^tes*) PLIN. nat. PLIN. epist. QVINT. *recentiores*. [*francog. vet.* favelle. *M.-L.*]

I *i. q. sermo*: QVEROL. p. 3, 16 -is atque mensis hunc libellum scripsimus.

II *i. q. narratio, apologus*: **A** *in universum*: CIC. fin. 5, 42 *parvuli* -arum ... auditione ducuntur (PLIN. epist. 5, 8, 4 *homines* sermunculis ... et -is). HOR. sat. 2, 6, 78 *ille* garrit aniles ex re -as (*seq. apologus Aesopius*). epist. 2, 1, 200 (*cf. proverbium p. 26, 25 sq.*) narrare ... asello -am surdo. TIB. 1, 3, 85 *anus* tibi -as referat. APVL. met. 6, 25 stilum non habebam, qui tam bellam -am praenotarem. VOPISC. Car. 14, 1 -am de *illo* ponere. CAPITOL. Gord. 10, 6 de cuius morte haec -a fertur. SPART. Carac. 8, 6 est. MART. CAP. 1, 2 -am tibi, quam olim Satira comminiscens ... lucernas edocuit, ... explicabo. 6, 576 *Satira* totam -am ab incohamentorum motu ... *suscepit*. SVLPICIA sat. 2 -am ... detexere paucis. 58 hoc -a modo pausam facit. *inest verbo quaedam vilitatis nota: i. q. malevolorum sermunculi, rumores vulgi*: LAMPR. Alex. 38, 6 vulgari ... de -a. CAPITOL. Aur. 19, 2 talem -am vulgari sermone contexunt. Maximin. 31, 4 *Cordus* haec omnia usque ad -am scripsit. HIER. adv. Rufin. 2, 20 cum mihi mea (*i. quae de me solet narrari*) ingeratur -a.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. narratio commenticia, incredibilis: Avg. in psalm. 145, 9 promittitur ... et quasi ad -am desperas.

B *de poetarum et scriptorum fabulis*: **1** *i. q. narratiuncula delectationis causa inserta*: Cic. de orat. 2, 240 si ... aliqua -a narratur (aliquae -ae narrantur *M*). Sen. contr. 3 praef. 18 hanc ... tibi -am rettuli, ut *eqs.* suas. 1, 7 longius me -arum dulcedo produxit. Phaedr. 2, 5, 6 hanc *nationem* emendare ... volo vera -a. Sen. nat. 1, 16, 1 volo tibi narrare -am. epist. 77, 10 in -am excessi non ingratam tibi. *ibid.* ne inutilis ... haec -a fuerit. Porph. Hor. epist. 1, 7, 46 -am de Volteio Maena ... exponit. **2** *fabula de deis et heroibus* (*ubique fere cum aliqua vilitatis nota*): Cic. Tusc. 1, 114 affertur ... de Sileno -a quaedam. nat. deor. 1, 41 Orphei ..., Hesiodi Homerique -as. 3, 12 nec -as aniles proferas *de Dioscuris*. 3, 13 an tibi -ae videntur? div. 2, 80 nihil debet esse in philosophia commenticiis -is loci. Min. Fel. 20, 2 antiquitas imperitorum -is suis delectata vel capta. Treb. Claud. 6, 5 quae -a istum numerum affinxit? Avg. conf. 1, 10 scalpi aures ... falsis -is. civ. 7, 19 p. 297, 24 sicut ... ipse -as interpretatur. *nota collective i. q. historia fabularis*: Ennod. epist. 1, 9, 2 p. 18, 15 -a senior (*i. antiqua*) ... loquitur (*seq. acc. c. inf.*). **3** *de apologis Aesopeis*: Phaedr. 1, 2, 9 Aesopus talem ... -am rettulit (Porph. Hor. epist. 1, 7 pr. *vulpeculae* -am). 1, 5, 2 testatur haec -a propositum meum. 1, 15, 3 id esse verum parva haec -a indicat. 1, 26, 2 nulli nocendum ... -a admonet (3, 17, 13. 4, 24, 1). 2 prol. 2 nec aliud quicquam per -as quaeritur quam *eqs.* 3 prol. 36 servitus ... affectus ... in -as transtulit. 3, 3, 3 *causa* notescet ... -a mea. 4, 2, 9 -am adiciam de mustela et muribus. 4, 7, 22 nec -ae te iuvant nec fabulae. 4, 24, 22 -a talis ... discernet notas. 5 prol. 10 ad -am talis exempli feror. Sen. dial. 12, 8, 3 -as ... et Aesopeos logos ... conectas. Plin. nat. 36, 82 Aesopi -arum philosophi. Qvint. inst. 1, 9, 2 Aesopi -as ... narrare. 5, 11, 19 illae ... -ae *Aesopeae* ... ducere animos solent. 5, 11, 21 *παροιμία* est velut -a brevior. Porph. Hor. epist. 1, 1, 74 Aesopia. 1, 3, 15 sub ... cornicis -a. **4** *i. q. fabula scaenica*: Cic. fin. 1, 4 -as Latinas ad verbum e Graecis expressas ... legant. Att. 7, 3, 10 *Terenti* -ae ... putabantur a C. Laelio scribi. ad Q. fr. 2, 15, 3 a te ⟨f⟩actam -am (*sc. Συνδείπνους Σοφοκλέους*) video esse festive. Liv. 7, 2, 11 histrionibus -arum actu relicto ... *exodia* conserta ... -is ... Atellanis sunt. Avson. 408, 15 protulit in scaenam quot dramata -arum *Terentius*. Ennod. epist. 1, 7, 3 p. 16, 12 quis poetarum -am fucis similibus ... instrueret? *in imagine*: Cic. Cael. 64 velut haec tota -a veteris et plurimarum fabularum poëtriae quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest!

syn. et iuxta posita: sermunculus, logus, fabula.

deriv.: fabellare.

fābellātio, -ōnis *f. a* fabellare. Gloss. *μυθολογία*. locutio falsa.

fābellātor, -ōris *m. a* fabellare. Gloss. sermocinator. *μυθολόγος*. *i. q. fabulator*: Itala Bar. 3, 23 (Vallic. Rem.) -es et exquisitores prudentiae (*μυθολόγοι*, Itala Legion. *et* Vvlg. fabulatores, Itala Sangerm. 16 fabularum inquisitores).

fābello, -āre [*a* fabella. *Th.*]. Gloss. II 382, 61 *ὁμιλῶ* sermocinor, -o (fav- *trad.*). IV 340, 30 fabulor -o[r] (*cf. Loewe, Gloss. nom. p. 155*). [*it.* favellare, *francog. vet.* faveller. *M.-L.*]

deriv.: fabellatio, fabellator. *Vetter.*

faber, -bra, -brum *adi. et* ✖**faber,** -brī *subst. m.* [*cf. paelign.* forte faber '*fortunae faber (?)*'. *idem esse videtur quod slavon.* dobrъ '*pulcher, bonus*', *theodisc.* tapfar '*gravis, solidus*', *anglice* dapper '*bellus*'; *cf. c. armen.* darbin '*faber ferrarius*' *et c. got.* ga-daban '*aptum esse*', gadōbs '*aptus*', *slavon.* po-doba '*decus*', doblji '*δόκιμος, ἄριστος*'. *v. Fick, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 19, 260 sq.; Berneker, Slav. Etymol. Wörterb. s. v.* doba. *Th.*]. Isid. orig. 19, 6, 1 -r a faciendo ferro impositum nomen habet. *de formis: nom. plur.* fabres: Corp. XIV 2876 (*Praeneste*). *c. apice*: fabrí: Corp. V 7487. *genet. plur.*: Cic. orat. 156 quam centuriam -um ..., ut censoriae tabulae loquuntur, audeo dicere, non -orum. *cf.* Plin. dub. serm. frg. Roman. Char. gramm. I 129 hoc (*sc. -um pro -orum*) recte ... usus ... M. Scaurus contra Brutum ... 'praefecti -um'. Prisc. gramm. II 307, 17 Cicero ... pro Murena (*73*): praefectum -um pro -orum. *legitur* praefectus -orum *rarissime*: Corp. II 5442, 2 (*Vrsone*) fabro(rum). XIII 6817, 3 (*Mogontiaci*). Gloss. *v. l. 81. saepius* collegium -orum: Plin. epist. 10, 33, 3. 10, 34, 1 paneg. 54. Corp. VI 9406, 4. XIV 3009, 4. IX 3148, 6. XIII 1978. VII 11, 6. V 60, 6. *notatur gen. plur. in titulis saepissime* fabr.: Corp. VI 9034, 3 *et passim, multo rarius* fabror.: Corp. IX 5568, 2 (*Tolentini*). 3148, 6 (*Corfinii*). XII 726, 2 (*Arelate*). XIII 1978 (*Lugduni*). fab.: Corp. VI 9415. XIV 407, 6. XI 6335, 5 (*Pisauro*). X 541, 6 (*Salerni*). II 2149* (*Obulcone*). fabro: Corp. II 5442, 2 (*Vrsone*). fabru(m): Corp. II 5617 (*Aquis Flaviis*). *semel* f(abrum): Corp. XIV 456 (*Ostiis*). *de prosodia: paenultima casuum obliquorum necnon nominativi pluralis producitur positione inde ab* Hor. epist. 1, 1, 87 *apud omnes poetas. de notione*: Gloss. magister. *τέκτων. τεχνίτης. χαλκεύς*. praefectus -is: *προτεταγμένος τῶν τεχνιτῶν*. praefectus -orum: *ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν*. *masc. subst. legitur inde ab* App. Clavd. *et* Plavto. *adi. ap.* Ov., Apvl. *posterioresque, at adverbium iam inde a* Plavto. *subst. deest ex. gr.*: Ter. Lvcil. Rhet. Her. Catvllo Pvblil. Lvcr. Bell. Alex. Afr. Hisp. Sall. Verg. Prop. Manil. Sen. rhet. Val. Max. Cvrt. Scrib. Largo Melae Lvcano Pers. Petron. Val. Fl. Sil. Stat. Frontino Tac. Floro Frontoni. [*val.* faurŭ, *it.* fabbro, *francog.* fèvre. *M.-L.*] *cogn.* Faber *et nom. oppidi* Fabri *v. nom. propr.*

substantivum*: I *generatim: *quilibet artifex qui materiem duram (velut metalla ligna lapides ebur) tractat. cf.* Non. p. 448 edolare -orum est verum verbum, cum materiarum complanatur asperitas. Mar. Victorin. rhet. 1, 5 p. 174, 5 -i materia est in eo, ubi facit, id est ferrum, quod tundit ... est item -i materia in eo, unde facit, id est ferrum, de quo tundit. *v. etiam Blümner, Technol. II 166 sq. IV 323.*

A *solum ponitur*: Plavt. Capt. 733 abducite istum ... ad Hippolytum -um, iubete huic crassas compedes impingier (*cf.* Avson. 326, 11 compedes quas ipse fecit, ipsus ut gestet -r). 1027. Men. 887 cogito, utrum me dicam ducere medicum an -um. Most. 103 laudant -um atque aedes probant. 112 tigna putefacit, perdit operam -i (136 Cato agr. 21, 5 Cic. Verr. 2, 147). Most. 114 haud est -i culpa. 892 -r qui cudere soles plumbeos nummos. Poen. 915 proba materies data est, si probum adhibes -um. Cato agr. 14, 1 villam aedificandam si locabis novam ab solo, -r haec faciat oportet. 21, 5 ferrum factum quod opus erit uti idem -r figat. Cic. Verr. 6, 48 Capitolium ... publice coactis -is ... aedificari ... potuit. Phil. 1, 12. Att. 4, 3, 2 expulsi sunt -i de area nostra. epist. 9, 15, 5 cum -is eam (*domum*) perspicias. ad Q. fr. 2, 4, 3 paulisper -is locum darem. Varro ling. 9, 34 quod ut quo⟨i⟩que -o lubitum sit possit facere partis scenae. frg. Non. p. 9 amussis est ... apud -os tabula quaedam *eqs.* (*cf.* Pavl. Fest. p. 80 amussis ... regula -orum est). Hor. sat. 1, 8, 1 olim truncus eram ficulnus ..., cum -r ... maluit esse deum. epist. 2, 1, 116 tractant fabrilia -i. Tib. 1, 3, 48 nec ensem ... duxerat arte -r (*cf.* Ivv. 15, 168 vomere lassi nescierint primi gladios extendere -i). Ov. met. 12, 278 ferrum ... forcipe curva ... -r eduxit. Aetna 198 nec tamen est dubium, penitus quid torreat Aetna, aut quis mirandus tantae -r imperat arti. Liv. 1, 56, 1 intentus perficiendo templo -is undique ex Etruria accitis ... pecunia ... ad id publica est usus. 1, 57, 2 delenire popularium animos studebat ... infestos ..., quod se in -orum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur. 26, 51, 7 urbs ... strepebat apparatu belli -is omnium generum in publica officina inclusis. 26, 51, 8 quaeque in officinis quaeque in armamentario ac navalibus -orum multitudo pluruma ... faciebat. 29, 6, 4 in eo captivorum numero -i quidam fuere assueti ... apud Poenos mercede opus in arce Locrorum facere. frg. 22 -os ⟨cum⟩ cura conquisitos undique exciverat. Vitr. 2, 1, 6 industria ... perfecit, ut qui fuerunt in his studiosiores -os esse se profiterentur. 4, 2, 2 antiqui -i quodam in loco aedificantes *eqs.* 9 praef. 6 quod magno labore -i normam facientes vix ad verum perducere possunt, id rationibus et methodis emendatum ex eius (*Pythagorae*) praeceptis explicatur. 10, 1, 6. 10, 13, 2. Pavl. Fest. p. 82 Epeus nomen cuiusdam -i, qui equum Dureum fecit. p. 108 impages dicuntur, quae a -is in tabulis figuntur. p. 132 lignum rotundum, quod circumagunt -i in operibus tornandis. Cels. 8, 3 alterum genus *terebrarum* simile ei quo -i utuntur. 8, 10, 7. Phaedr. 3 epil. 7 quamvis materiae tanta abundet copia, labori -r ut desit, non -o labor. 4, 8, 3 in officinam -i (Plin. nat. 35, 182 in ferrariis -orum officinis. Boeth. mus. 1, 10). Sen. benef. 6, 16, 1 turres ... excitaturus -r quid in diem mereat. nat. 6, 30, 4 *aedificia* a -is neglegentius ... composita. epist. 56, 4 inquilinum. 88, 25 aliquid nobis praestat geometriae ministerium: sic philosophiae necessaria est, quomodo ipsi -r. 95, 56 non est necesse -o de fabrica quaerere. frg. 120 -os qui illa (*simulacra deorum*) fecere contemnunt. Petron. 50 factae sunt *statuae* in unum aera miscellanea. ita ex hac massa -i sustulerunt et fecerunt catilla. Corp. IV 4256. Plin. nat. 16, 195 -orum ⟨in⟩ intestina opera medulla sectilis optima quadripertitis. 35, 35 *rubrica* -is utilissima Aegyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur tectoriis. Mart. 9, 27, 12 cuius refibulavit turgidum -r penem. 9, 68, 6 grave percussis incudibus aera resultant causidicum medio cum -r aptat equo. Qvint. inst. 2, 21, 16 non -r de fabrica melius aut de musice musicus *dicet*? 7, 10, 9 quis non -r vasculum aliquod, quale numquam viderat, fecit? Ivv. 1, 54 volantem (*i. Daedalum*). Scaev. dig. 6, 1, 67 *ad domus* refectionem -um induxit. Gaivs dig. 41, 1, 7, 12 si dominus ... nec solvat pretium materiae et mercedes -orum. Apvl. met. 9, 7 -r collo suo gerens dolium. 10, 30 erat mons ligneus ... summo cacumine de manibus -i fonte manante. Vlp. dig. 13, 6, 5, 7 Mela scripsit, si servus lapidario commodatus sub machina perierit, teneri -um commodati, qui neglegentius machinam colligavit. Pavl. dig. 14, 2, 2, 1 si -r incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei qui locaverit opus. 17, 1, 26, 8 -r ... emit servum ... et fabricam docuit. Itala Ier. 10, 3 (Cypr. testim. 3, 59) lignum de saltu excisum, opus -i (*τέκτονος*, Vvlg. artificis). Porph. Hor. sat. 1, 2, 30 oblimare conterere significat, ut quae a -is limantur. Comm. instr. 1, 5, 4 sceptra fecerat -r illi Pyracmon. Capitol. Maximin. 8, 4 numquam vivit, ⟨ut⟩ quis in exercitu miles -r aut alterius rei ... artifex esset. Arnob. nat. 3, 3 -orum figmenta puerilia. Hier. in Is. 54, 16 p. 642 diabolus -r pessimus immundo spiritu conflat vasa iniquitatis. Vvlg. iud. 5, 26 misit ... dexteram ad -orum malleos. sap. 13, 11 si quis artifex -r (*ὑλοτόμος τέκτων*) de silva lignum rectum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secuerit. Is. 40, 19 numquid sculptile conflavit -r? Ier. 24, 1. Rvfin. Orig. in Rom. 8, 2 parvulus si coeperit vel rationis iam capax esse vel aliquid fabrilis artis... tunc iam efficacia rationabilis dicitur vel -r. Cypr. Gall. iud. 113 exoras mutos, -orum pignora, divos. Clavd. 20, 495 *homines* -o meliore (*i. a Prometheo*) politi. 24, 323 -i nec tigna polire sufficiunt. Avg. civ. 4, 11 in -orum fornace (Isid. orig. 19, 6 tit.). 14, 24 folles -orum vel organorum. gen. c. Manich. 1, 6, 10 ligna ... adiuvant -um. Mart. Cap. 1, 7 Lemnius ... -r (*i. Vulcanus*). Boeth. arithm. 1 praef. p. 4, 7 picturae manibus tabula commissa -orum. Isid. orig. 19, 7 tit. de instrumentis -orum. Corp. VI 3969, 3. XI 5438, 2. X 4855, 2 cultorib(us) -orum. V 7487 -i fratres. 545, 5 q(uin)q(uennali) praef(ecto) fabr(um) Romae et Tergeste (*cf.* III 611, 5 -i tignuarii pr⟨ae⟩fecto suo perpet⟨uo⟩ ob merita eius ... posuerunt). *passim in* Inscr.

notabilia quaedam ad rem spectantia: fabri servi, pars familiae: Cic. Planc. 62 quamvis frugi hominem, si pro -o aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit. Hor. epist. 1, 1, 87 cras ferramenta Teanum tolletis, -i. Colvm. 11, 1, 5 mercari villicum tamquam -um. 11, 2, 13. 12, 3, 9 tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, ... ceteraque quae refectionem desiderant, -is concinnanda tradantur. Plin. epist. 3, 19, 3 inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium, topiariorum, -orum atque etiam venatorii instrumenti. Pavl. dig. 17, 1, 26, 8 *v. p. 8, 75*. Hist. Apoll. rec. A 25 erant ex servis eius -i. *cf. ex* Inscr.: Corp. VI 4443, 2 Tauriscu(s) -r. 4446, 2. 6363 Acasti -i tignuarii. 6364. 6365 *al.* *collegia, corpora sim. fabrum* (*cf. Kornemann, PW. VI 1893 sqq. 1905 sqq.*): Ascon. Corn. p. 75 Cl. collegia ... sunt sublata praeter pauca atque certa quae utilitas civitatis desiderasset, quasi ut -orum fictorumque (lictorumque *codd.*). Plin. nat. 34, 1 a rege Numa collegio tertio aerarium -um instituto. Plin. epist. 10, 33, 3 dispice an instituendum putes collegium -orum *eqs.* paneg. 54. Scaev. dig. 32, 93, 4 collegio -orum fundum ... legavit. Cod. Theod. 14, 8, 1 (*a. 315*). 12, 1, 62 (*a. 364*). *passim in* Inscr., *v. vol. III p. 1593, 24 sqq.* Call. dig. 27, 1, 17, 2 eos qui in corporibus sunt veluti -orum, immunitatem habere dicimus. 50, 6, 6, 12 ut -orum corpus est et si qua eandem rationem originis habent, id est idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. Corp. XIV 168, 4 (*Ostiis*) corpus -um navalium Ostiens(ium) quibus ex s. c. coire licet. 256, 1 (*ibid.*). 456 (*ibid.*). XIII 1734 (*Luguduni, saec. II*) genio splendidissimi corporis -orum tign⟨ariorum⟩. 5154, 5 (*Amsoldingen*). XII 726, 2 (*Arelate*) -or(um) tignarior(um) corpus Arel(atense). Corp. XI 6135, 3 (*Foro Sempronii*) sodalicium fabr(um) tig(nariorum). Corp. VI 9415[a] scolae ⟨fabrum tign⟩ariorum et ⟨intes⟩tinariorum ⟨...⟩ Palati. IX 5568, 2 (*Tolentini*) schola Aug⟨usta⟩ colleg(i) fabror(um). XIII 6308, 2 (*Aquis*) ⟨schol⟩am fab⟨rum⟩. III 8018, 3 (*Drobetis*).

iunguntur vel opponuntur fabri aliis artificibus: Plavt. Mil. 919 architecto assunt -i ad eam rem haud imperiti. si non nos materiarius remoratur, ... cito erit parata navis (Cic. epist. 9, 2, 5. Vitr. 6, 8, 10 haec ... recte instituuntur, cum is [*architectus*] et a -is et ab idiotis patiatur accipere se consilia. Colvm. 1 praef. 3 Ps. Avr. Vict. epit. 14, 5 Vvlg. Sirach 38, 28 Avg. civ. 12, 26 Corp. VI 33833, 9 *v. p. 10, 77*). Cic. Planc. 62 hominem, si pro -o aut tectore emimus (Avg. civ. 4, 22 dicens ... vivere ... neminem posse, si ignoret quisnam sit -r, quis pistor, quis tector). nat. deor. frg. 2 -r, cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur quae sit parata, fictorque item cera (Varro ling. 6, 78 Ascon. Corn. p. 75 Cl. *paulo aliter*: Iren. 1, 15, 5 *p. 10, 45*). Varro rust. 1, 16, 4 coloni potius anniversarios habent vicinos, quibus imperent, medicos, fullones, -os, quam in villa suos habeant (Arnob. nat. 6, 9 quod in vulgaribus proverbiis dicitur, -um c⟨a⟩edere cum ferias fullonem). 1, 16, 5 -os parant, quos habeant in villa, sic ceteros necessarios artifices (Hier. in Zach. 1, 1 p. 790 -os sive artifices, quos Graeci *τέκτονας* vocant. Avg. gen. c. Manich. 1, 8, 13 miseri homines, quibus displicet quod deo placuerunt opera sua, cum videant ... hominem artificem, verbi gratia lignarium -um ... tam diu lignum caedere atque tractare dolando ... quousque ad artis regulas perducatur ... et placeat artifici suo. *adde l. 78*). Sen. epist. 78, 20 *morbus* sutoris aut -i manus impediet. 90, 15 posse nos habitare sine marmorario ac -o. 90, 19 hinc textorum, hinc -orum officinae sunt. Colvm. 11, 1, 9 tam docendus est futurus villicus quam futurus figulus aut -r (Tert. nat. 1, 20 Avg. civ. 12, 26 Cod. Theod. 13, 1, 10 [*a. 374*]). Iavol. dig. 34, 2, 39 pr. vascularius aut -r argentarius. Apvl. apol. 29 scilicet ... phrygionibus aut -is negotium istud dandum fuisse. Vlp. dig. 39, 1, 5, 3 -is vel opificibus, qui eo loci operantur. 40, 4, 13, 1 si -is duobus vel pictoribus, si membrum depinxissent vel si fabricassent navem. Pavl. sent. 3, 6, 50 -i ferrarii, item tignarii et putatores. Vvlg. Bar. 6, 45 a -is autem et ab aurificibus facta sunt (*ὑπὸ τεκτόνων καὶ χρυσοχόων*. Itala Legion. artificibus). Ier. 24, 1 et -um et inclusorem (29, 2). Ps. Avr. Vict. epit. 14, 5 *Aelius Hadrianus* cum oppida ... augeret ordinibus. namque ad specimen legionum militarium -os, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum extruendum moenium seu decorandum in cohortes concenturiaverat. Rvfin. Adamant. 3, 13 si quis forte -r aut fusor statuam fuderit. -os ac structores Gloss. Plac. *v. p. 10, 26*. *in copiosa artificum enumeratione nominantur fabri*: Hier epist. 53, 6, 2 agricolae, caementarii, -i metallorum lignorumque caesores, lanarii quoque et fullones et ceteri, qui variam supellectilem et vilia opuscula fabricantur. Cod. Iust. 10, 66 (64), 1 (*a. 337*). *nominantur fabri inter homines pauperes, ignobiles, infimos*: Cic. ad Q. fr. 2, 8, 3 nos ... ita philosophi sumus, ut vel cum -is habitare possimus. *cf.* Hor. ars 32 Aemilium circa ludum -r imus (*cf.* Porph. *ad l.* hic demonstrat aerarium fuisse -um imum, hoc est: in angulo ludi tabernam habentem). Mart. 10, 48, 16 faba -orum prototomique rudes. 13, 13, 1 fatuae -orum prandia betae. Svet. Claud. 34 bestiaris meridianisque adeo delectabatur, ut ... praeter ... destinatos etiam levi subitaque de causa quosdam committeret *in arenam*, de -orum ac ministrorum atque id genus numero, si automatum vel pegma ... parum cessisset. Ivv. 7, 223 mediae ... noctis ab hora sedisti, qua nemo -r, qua nemo sederet qui docet obliquo lanam deducere ferro. 8, 175 (*Caesarem alloquitur*) invenies aliquo cum percussore iacentem *legatum*, permixtum nautis et furibus ac fugitivis, inter carnifices et -os sandapilarum. Tert. spect. 30 -i aut quaestuarii filius (*i. Iesus. cf.* Itala [codd. d e k q *δ*] *et* Vvlg. Matth. 13, 55 non(ne) hic (est) -i filius [Itala g[1]: filius Ioseph -i; *τέκτονος*]? Ivvenc. 3, 25 -i suboles. Hil. in Matth. 14, 2 *Iesum* paternae artis quodam opprobrio lacessunt. sed plane hic -i erat filius, ferrum igne vincentis. Petr. Chrys. serm. 48 p. 334[c] dicebant -i filius, ut arte vili ars lateret auctoris). *in proverbio* (*v. etiam p. 9, 59 sq.*): Gloss. Plac. V 21, 38 (68, 5) fab⟨r⟩i Cora (*em. Bücheler*) proverbium in eos ⟨qui⟩ domesticis alimentis usi aliis laborarent. dictum ab eo quod Capitolium aedificanti Tarquinio -os ac structores Corni (*i.* Corani) cum suo victu miserunt. *in imagine* (*cf. etiam infra l. 43 sq.*): Plavt. Most. 131 abeunt *liberi* a -is (*i. parentibus. cf.* 134 probus fui, in -orum potestate dum fui). Cic. epist. 9, 2, 5 non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut -os, ad aedificandam rem publicam. Itala (Legion. Cassiod. in psalm. 134, 18 Firm. err. 28, 4) *et* Vvlg. Bar. 6, 7 lingua eorum rasa (Vvlg. polita) (a) -o. Avg. civ. 4, 7 si proprios *deos* habuerunt Assyrii, quasi peritiores -os imperii construendi atque servandi. *adde subeunte notione sollertis, vafri*: Ivv. 14, 116 hunc ... egregium populus putat acquirendi artificem; quippe his crescunt patrimonia -is ... maioraque fiunt incude assidua semperque ardente camino.

B *accedit genetivus: rei quam faber comparat*: Ivv. 8, 175 sandapilarum. Gell. 19, 10, 2 -i aedium ... balneis novis emoliendis adhibiti. Corp. VI 6354, 2 -r struct⟨urae⟩ parietar⟨iae⟩. Vvlg. I reg. 8, 12 armorum (*cf.* Gloss. armorum -r *ὁπλοποιός*) et curruum suorum. Avg. civ. 12, 27 compedum carcerumque nostrorum. Gloss. -r navium *ναυπηγός*. clavorum -r *ἡλοκόπος*. *in imagine*: Ps. Sall. rep. 1, 1, 2 Appius ait (*App. Claud. carm. 3*) -um esse suae quemque fortunae (*cf. p. 7, 54 sq.*). Plavt. Most. 120 parentes -i liberum sunt. Iren. 1, 15, 5 Daedalus fictor et -r malus factus sublimissimae virtutis (*ψευστὴς καὶ τέκτων*). *materiae in qua faber operam collocat*: Hor. epist. 2, 1, 96 marmoris aut eboris ... aut aeris (Vvlg. II par. 24, 12). Tert. nat. 1, 10 in Vulcano -r ferri consecratur (Vvlg. II par. 24, 12 Rvfin. hist. mon. 15). Vvlg. IV reg. 12, 11 lignorum (Ps. Matth. euang. 10, 1 ligni). Lex Visig. 7, 6, 4 quorumcumque metallorum.

C *genus fabrorum epithetis distinguitur*: aerarius: Gloss. -r aerarius *χαλκεύς. χαλκοτύπος. rell. v. vol. I p. 1054, 12 sqq.* argentarius: Gloss. -r argentarius *ἀργυροκόπος. v. vol. II p. 516, 27 sqq.* automatarius: *v. vol. II p. 1600, 32.* balneator (*cf. Kornemann, PW. VI 66 sqq.*): Corp. VI 9395. 9396. dolabrarius: Inscr. Röm. germ. Korr.-Blatt 1908 p. 5 (*Augustae Treverorum*) ⟨collegii fabrum dol⟩abrar⟨iorum⟩. eborarius: Corp. VI 9397. 33423. ferrarius (Gloss. -r ferrarius *σιδηριουργός. σιδηροκόπος. χαλκεύς*): Plavt. Rud. 531 Cato agr. 7, 2 Cels. 4, 16. 5, 28, 2 Plin. nat. 14, 46 Pavl. sent. 3, 6, 50 Edict. imp. Diocl. 7, 11 Capitol. Max. Balb. 5, 1 Treb. trig. tyr. 8, 1 Veg. mil. 1, 7 Vvlg. I reg. 13, 19. Sirach 38, 29 (*χαλκεύς*). Is. 44, 12 Herm. vis. Pal. 1, 32 *al.* Corp. XI 4236 (*Interamnae*). 4237 (*ibid.*). VIII 4487 (*Tubunis*). ferrius: Corp. VI 9400. figulator: Gloss. -r figulator *κεραμεύς*. frenarius: Gloss. -r frenarius *χαλινοποιός*. intestinarius: Edict. imp. Diocl. 7, 3 -o intestin⟨ario⟩. Corp. VI 8173, 3 -i intestinar(ii). 9415[a]. X 1922, 3 (*Puteolis*). 3957, 3 (*Capuae*). lapidarius: Corp. XI 6838 (*Bononiae*). Inscr. Rev. épigr. 1902 n. 1442 (*Narbone*). lectarius: Corp. VI 7882, 2. XI 5439, 2 (*Asisii*) -o lect⟨ario⟩. lectuarius: Gloss. -r lectuarius *κλινουργός. κραββατοποιός*. lignarius (Gloss. -r lignarius *τέκτων. τέκτων οἰκοδόμος*): Avg. gen. c. Manich. 1, 8, 13 Op. imp. in Matth. 1 p. 630 Isid. orig. 19, 6, 1. limarius: Corp. XII 4475 (*Narbone*). marmorarius (*?*): Corp. VI 9102[b], 12. materiarius: Papyr. Tebtun. II n. 686 (*saec. II/III*). navalis (Gloss. -r navalis *ναυπηγός*. navis opifex. qui navem fabricat): Liv. 28, 8, 14 Hist. Apoll. rec. B 25. Corp. XI 139 (*Ravennae*) -r navalis. VI 33833, 9 harchitecto eabro nabali (*sic*). XIV 168, 4 (*Ostiis*). 456 (*ibid.*). XI 1436, 5 (*Pisis*) coll(egio) fabr(um) naval(ium). XII 700, 7 (*Arelate*) patron(i) corpor(is) fabror(um) naval(ium) utriclar(iorum) et centonar(iorum). *al.* ocularius: Corp. VI 9402. pectinarius: Corp. V 98, 8 (*Polae*). plaustrarius: Gloss. -r plaustrarius *ἁμαξοπώλης*. soliarius baxiarius: Corp. VI 9404, 4 quinquennali collegi perpetuo -um soliarium baxiarium. subaedianus: Corp. XII 4393, 8 (*Narbone*). II 2211, 9 (*Cordubae, a. 348*) -i subidiani (*sic*). tignarius (Gloss. -r

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tignarius λεπτουργός. τέκτων): Cic. rep. 2,39. Gaivs dig. 50,16,235,1 -os tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna (*trad.* digna *et* ligna) dolarent, sed omnes qui aedificarent. Corp. VI 996, 5. 148, 5. 9415. XIV 2630, 4 (*Tusculi*). XIII 1734 *p. 9, 39. passim in* Inscr.
tignuarius: Cic. Brut. 257 ego me Phidiam esse mallem quam vel optimum -um tignuarium. Corp. VI 6363. 6365. 9034, 3. XIV 160, 11 (*Ostiis*). XIII 5154, 4. III 611, 5. *passim in* Inscr.

II ***speciatim:*** *in exercitu* (*cf. Kornemann, PW. VI 1918 sqq.*): Cic. rep. 2,39 centuria, quae ad summum usum urbis -is tignariis est data (orat. 156. Liv. 1, 43, 3 additae huic classi duae -um centuriae, quae sine armis stipendia facerent; datum munus, ut machinas in bello ferrent). Caes. Gall. 5, 11, 3 ex legionibus -os deligit et ex continenti alios arcessi iubet. Tarr. Pat. dig. 50, 6, 7 (6) quibusdam aliquam vacationem munerum graviorum condicio tribuit, ut sunt . . . -i, sagittarii, aerarii *eqs.* Veg. mil. 2, 11 habet . . . legio -os tignarios structores carpentarios *eqs.* Corp. III 3566, 4 (*Aquinci*) ⟨d⟩oc(toris?) fabr(um) leg(ionis) II. *nota titulos sepulcrales fabrorum classiariorum*: Corp. X 3418—3427 (*Miseni*). praefectus fabrum (*cf. Kornemann, PW. VI 1920 sqq.*): Scavr. or. frg. Roman. Char. gramm. I 129, 12 praefecti fabrum. Cic. Mur. 73 praefectum -um semel locum tribulibus suis dedisse. Balb. 63 in praetura, in consulatu praefectum -um detulit. 64. epist. 3, 7, 4 Q. Leptam, praefectum -um meum. Varro rust. 1, 2, 7 Libo Martius, praefectus -um tuus. Caes. civ. 1, 24, 4 Cn. Pompei. Nep. Att. 12, 4 Antonii. *al.* Corp. XI 1934, 2 (*Perusiae*) praef(ectus) fabr⟨um⟩ delat(us) a co(n)s(ule). III 398 (*Pergami, a. 26*) M'. Aemilius . . . Proculo praef(ecto) fabr(um) M'. Lepidi. 6687, 15 (*Beryti*). XIV 3665, 5 (*Tiburi*). *passim in* Inscr. *nota*: Gloss. praefectus -is, *v. p. 7, 80.*

III ***translate:*** *nomen piscis*: Ov. hal. 111 rarus. Colvm. 8, 16, 9 -r qui et in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine zeum appellamus. Plin. nat. 9, 68 zeus, idem -r appellatus. 11, 180 novissima asperitas ut scobina -i (fabris *codd.*, fabrilis *Urlichs*). 32, 148. *fort. nomen herbae chelidonion?* Diosc. 2, 180 W. *v. p. 12, 19. 21* (*e coniectura Wellmanni*).

***adiectivum*:** **faber,** -bra, -brum. Gloss. -um perfectum. *superl. v. l. 42.* **1** *de rebus*: **a** *i. q. ad fabrum pertinens*: Ov. met. 8, 159 Daedalus ingenio -ae celeberrimus artis ponit opus (fast. 3, 383 Mamurius, morum -aene exactior artis difficilest . . . dicere, clausit opus). **b** *i. q. scite perfectus, excogitatus*: Apvl. apol. 14 levitas . . . speculi -a et splendor opifex. flor. 9 p. 93 anulum in laeva -rimo signaculo quem ostendebat. Prvd. apoth. 1034 solus homo emeruit domini formabile dextra os capere et -o deitatis figmine nasci. Sidon. epist. 8, 1, 2 sententiae artifices et eloquia -a. **2** *de homine, acced.* in: Vvlg. gen. 4, 22 Tubalcain . . . fuit malleator et -r in cuncta opera aeris et ferri (*an subst.? cf.* LXX σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου).

adv. **fabrē.** *superl.* faberrime: Apvl. flor. 15 p. 56 met. 2, 4. 11, 11. 16 Diom. gramm. I 478, 16 Amm. 20, 11, 11. 29, 3, 4. Fvlg. serm. ant. 51 -e dicitur perfecte. Gloss. artificiose. docte. ingeniose perfecte. τεχνικῶς. -e factum: ornate compositum. ornatum compositum. *cf.* Pavl. Fest. p. 28 adfabrum -e factum. *v. vol. I p. 1170, 81.* **1** *i. q. scite, sollerter, facete*: Plavt. Cas. 861 nec fallaciam astutiorem ullus fecit poeta atque ut haec est -e facta ab nobis (Men. 132 hoc facinus pulchrumst, hoc probumst, hoc lepidumst, hoc factumst -e. Stich. 570 apologum fecit quam -e. Caec. frg. 1, 1 nec quicquam factumst nisi -e. *cf. l. 61 sqq.*). Ven. Fort. carm. frg. 5 quid ibi -e dictum sit. **2** *i. q. dextre, eleganter, apte, convenienter*: Mela 2, 9 capita ubi -e expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. Apvl. flor. 15 p. 56 gemmis -rime sculpendis. 22 p. 102 navem bonam, -e factam (met. 11, 16 navem -rime factam. *adde*: Lact. inst. 2, 8, 66 in domo -e facta et ornata [*cf.* Ps. Arnob. conf. 1, 13 p. 260^{C} in aedificiis -e factis atque picturis ipsa *sapientia* cernitur]. Hier. in Ezech. 12, 41 p. 502 tam -e factae erant caelaturae, ut non sculptae sed appositae viderentur. epist. 22, 27, 8 sunt, quae ciliciis vestiuntur et cucullis -e factis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas et bubones. Avg. serm. 15, 1 non in -e factis parietibus et tectis, non in nitore marmorum et laquearibus aureis. Rvfin. Orig. princ. 2, 11, 4 si quid praecipue -e factum prospexerit. Sidon. epist. 2, 2, 5 -e factum lacunar). Apvl. met. 2, 4 uvae -rime politae (4, 32 simulacrum -e politum. Opt. Porf. carm. 26, 2 Amm. 19, 5, 4. 23, 5, 1. 29, 3, 4). 2, 19 vitrum -e sigillatum. 11, 11 urnula -rime cavata. Ivl. Val. 1, 3 ⟨opus⟩ adeo -e absolutum, ut. 3, 28 portarum valvis aere vel ferro ad firmitudinem . . . impendio -e possessis. Diom. gramm. I 478, 16 *dactylus* a tactu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem -rime affectabant. Amm. 20, 11, 11 *moles arietis* aptata -rime. 31, 13, 14 agrestem casam secunda contignatione -e munitam. Fvlg. serm. ant. 15 -e compactum animal. Ambr. Noe 9, 29 (*de corpore humano agit*) haec cum ita -e naturali institutione ad dei praeceptionem composita videntur. Hier. epist. 64, 13 *pilleolum* sic -e opertum linteolo, ut *eqs.* Vvlg. exod. 35, 33 implevit . . . sapientia et intelligentia et scientia et omni doctrina . . .: quidquid -e adinveniri potest. 36, 1 operari. Oros. hist. 1, 20, 3 aeris artifex . . . taurum aeneum fecit, cui -e ianuam e latere composuit. Sidon. epist. 8, 4, 1 parietibus . . . -e locatis. *c. adiectivo*: Sil. 14, 320 trabs -e teres. *accedit* **ad**: Plavt. Poen. 577 basilice exornatus incedit et -e ad fallaciam.

deriv.: fabrica (-us), fabrilis. fabrire. *fort. nom. propr.* Fabrinius, Fabrius. *compos.*: fabrefacere. affaber (-re), malefaber. infabre. *Jachmann.*

faberrae φάβα Gloss. II 75, 8. *cf. c.* faba.

*?**fabeus** sordes aurium Gloss. II 579, 33. *interpretari possis vel 'globulus fabae similis' (ut sit a* faba *derivatum voc.) vel scribere* favus, faveus (*velut 'sordes favo similes'*). *varia coni. Löwe gloss. nom. p. XIII.*

fabicora *v.* faber *p. 10, 24 sqq.*

*?**fabiolum** (-ī) *n. fort. a* faba *vel* fabium. *nomen herbae*: Diosc. 4, 65 W. μήκων κερατῖτις . . . Ῥωμαῖοι φαβίολουμ μαρίνουμ (*at* Marcell. med. 27, 13 p. 275 ceratitidos, quam herbam no⟨s⟩ violam [no- violam *cod., corr. Helmreich. an* herbam fabiolam mar.*?*] marinam appellamus).

*?**fabium** (-ī *n.*) *cf. c.* faba. *nomen herbae*: Diosc. 2, 180 W. χελιδόνιον μέγα . . . οἱ δὲ (Ῥωμαῖοι *coni. Wellmann*) φαβίον⟨μ⟩ (*sic Stadler, Archiv 10 [1898] 96,* φάβρον⟨μ⟩ *Wellmann*), ⟨οἱ δ⟩ὲ πίον⟨μ⟩ φάβιον⟨μ⟩ (*sc.* fabium pium; ἐπιονφαβίον *codd., οἱ δὲ* πίον⟨μ⟩ φάβρον⟨μ⟩ *Wellmann*).

fabrāteria (-ae) *f. cf. c.* faber. Gloss. -a fabricatio. domus ubi fabricae sunt. est fabrica, qua sedent fabri [vel ornatus equorum (*sc. contaminatum c.* phalerae)]. *nomen oppidi v. nom. propr. cf.* Prisc. gramm. II 81, 5 in 'teria' etiam desinentia faciunt derivativum similiter (*sc. in* 'ternus'): -a Fabrāternus (*utrumque ad oppidum potius spectare videtur quam ad voc. appell.*). *non huc pertinere videtur appell.* sabrateria (Gloss. V 578, 10 Prisc. gramm. II 81, 5) *q. v.* *Mbr.*

fabrē *v. p. 11, 48 sqq.*

fabrēfacio, -fēcī, -ere; *pass.* **fabrēfīo,** -factus sum, -fierī [*ex* fabre facio, fio *coaluit. Th.*]. fabri- *traditur* Rvfin. Basil. reg. 3 p. 495^{D} *v. l. 56.* fabre facere *disiuncte legitur ap.* Plavt. *p. 11, 53 sqq. et ap.* Apvl. *posterioresque p. 11, 60 sqq., coaluisse videtur fere inde a* Livio. *legitur plerumque passive, activum*: Vir. ill. 38, 1 Rvfin. Basil. reg. 3 p. 495^{D}.

i. q. per artem fabri facere, conficere: **1** *de iis quae ex aere fiunt*: Liv. 26, 21, 8 argenti aerisque -cti vis. 34, 52, 6 ex aere multa -cta. Chalc. comm. 290 aes, aurum, ferrum et cetera huius modi silva est eorum quae ex isdem -iunt (*cf.* Vvlg. exod. 31, 4 quidquid -ieri potest ex auro et argento et aere. Hier. epist. 52, 10, 1 scyphos, mortariola et cetera ex auro -cta. Rvfin. hist. 9, 9 p. 829, 12 signum . . . crucis ex auro -ctum). Amm. 29, 1, 30 lance rotunda ex diversis metallicis materiis -cta. Ambr. Tob. 3, 10 frangam propter te argentum, quod -cti (-factum *et* fabricatum *codd. sequiores*) est. Vvlg. III reg. 7, 35 in summitate . . . basis erat quaedam rotunditas . . . ita -cta, ut luter desuper posset imponi. Ezech. 27, 19 ferrum -ctum (*cf.* Hier. in Ezech. 8, 27 p. 317). Hier. in Ezech. 12, 40 p. 488 rivus -ctus. **2** *de iis quae ex quacumque materie fiunt*: Liv. 37, 27, 5 celeritate superabant levioribus et ad id -ctis navigiis. Vir. ill. 38, 1 classem validam -ecit. Dict. 3, 5 signum ligno -ctum (5, 9 equum ligno -ctum). Vvlg. exod. 28, 28 stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, ut maneat iunctura -cta (III reg. 6, 18 cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas et iuncturas suas -ctas). II reg. 6, 5 ludebant . . . in omnibus lignis -ctis. Rvfin. Basil. reg. 3 p. 495^{D} qui semper fabrile artificium discunt, numquam tamen fabrifaciunt opus. Clavd. Mam. anim. p. 65, 16 ad aliquid scribendum vel -endum. epist. p. 205, 10 apicula caelitus deciduum haustu capiens -ctis manso florigeris infundit. **3** *speciatim de simulacris, statuis sim.*: Lact. inst. 2, 4, 2 simulacris -ctis id est hominum plane similibus. *cf.* epit. 20, 13 quotiens -cta signa laudamus vivere illa et spirare dicimus. Vvlg. Ezech. 41, 18 -cta (γεγλυμμένα) Cherubim et palmae. Pass. Paul. 11 stipitem . . . -ctum (-ctam *A*) adorent. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 16 ex lapide -ctam similitudinem veri panis ostendet. *fort. huc trahas*: Inscr. Revue archéol. 4. sér. XII 1908 p. 464 (*Africa*) hec facilis patet aula sanctis. ingrediens -e factum parvis ⟨sumpt⟩ibus videbi(s) opus. *Jachmann.*

bulbi Afri sibae (*i.* sive) **fa⟨b⟩riānī** maximi Edict. imp. Diocl. 6, 41. *ex nom. proprio potius ortum esse videtur adi. quam ex* faber. *Mbr.*

✖**fabrica,** -ae *f.* [*a* faber. *Th.*]. *de formis*: Corp. III 12872 (*Dalmatia*) fabrece. *formae Graecae*: Novell. Iust. 85, 1 φάβριξιν (83, 3 pr.). 85, 3 pr. φαβρίκων. φάβρικες. Malalas p. 343, 3 Dind. φαβρίκα. *al.* p. 307, 21 φαβρικάς. Lyd. de mag. 2, 10 φαβρικῶν. *notatur in* Inscr. (*in instrumento domestico*): fabr.: Corp. X 236. fab.: Corp. III 7309, 1. 20. V 8721, 1. *de prosodia: nom. sing. in versibus dactylicis antepaenultima positione producta usurpatur his locis*: Carm. epigr. 1802, 2 (*saec. IV*). Sidon. epist. 4, 18, 5 vers. 14 Coripp. Ioh. 4, 1082 Iust. 4, 12. 52. Corp. XI 301, 1 (*Ravennae, saec. VI*). Felix anth. 211, 1 Arator act. 2, 637. *de notione*: Gloss. constat (*i.* fabricat: construit*?*). *de usu cf.* Qvint. inst. 8, 3, 34 piraticam . . . ut musicam et -am dici . . . vetabant mei praeceptores; *legitur apud* Plavt. Ter. Cic. Lvcr. Vitr. Val. Max. Sen. epist. Plin. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Qvint. inst. Apvl. *et passim apud posteriores.* [*it.* fabbrica, *francog.* forge, *hisp.* fragua. *M.-L.*]

I *spectat ad notionem adiect.* faber '*callidus, versutus*', *i. q. dolus, astutia*: Plavt. Bacch. 366 erili filio hanc -am dabo super auro amicaque eius inventa Bacchide. Cist. 539 quot illi blanditias, quod illi promisi boni, quot admoenivi -as, quot fallacias in quaestione. Epid. 690 tragulam in te inicere adornat, nescio quam -am facit. Mil. 147 ei nos facetis -is et doctis dolis glaucumam ob oculos obicimus. 772 rationem mearum -arum dabo. 875 hanc -am fallaciasque, minus si tenetis, denuo volo percipiatis plane. Poen. 1099 hoc consilium capio et hanc -am apparo. Ter. Haut. 545 ad senem aliquam -am fingit. Amm. 14, 9, 4 -arum culpasse tribunos ut adminicula futurae molitioni pollicitos. Ennod. epist. 1, 9, 2 p. 18, 17 per callidi hostis -am. opusc. 2, 35 p. 298, 13 doli -am ... componit.

II *res ad fabrum pertinens*: **A** *i. q. officina fabri*; Gloss. *τεκτονεῖον*: Ter. Ad. 584 est pistrilla et exadvorsum -a. 716 neque -a illi ulla erat. Lvcil. 1165 velut in -a[m] cum marculus ferrum ... tundit. Varro frg. Serv. Aen. 1, 172 *harena* si ab haerendo *dicitur*, ut in -is videmus, *aspiratur*. Cic. nat. deor. 3, 55 *Vulcanus tertius* Lemni -ae traditur praefuisse. Lampr. Alex. 21, 2 vectigalia civitatibus ad proprias -as deputavit. Treb. Gall. 5, 3. Lact. mort. pers. 7, 9 armorum. Corp. X 236 fabr(ica) Ap(pii) R(uli). III 7309, 1. 20 (*in instrumento domestico*). *in exercitu et re publica* (*cf. Seeck, PW. VI 1925 sqq.*): Hyg. mun. castr. 4 *-a in castris*. Tarr. Pat. dig. 50, 6, 7 (6) optio -ae. Cod. Theod. 12, 1, 37 (*a. 344*) calcariensibus et fabricensibus et argentariis ... quicumque obnoxii officiis vel muneribus civilibus ex supradictis -is fuerint. Amm. 14, 7, 18 tribunos -arum promittentes armorum ⟨vim⟩ (14, 9, 4 *al.*). 29, 3, 4 praepositum -ae. Veg. mil. 2, 11 habebant ... -as scutarias loricarias arcuarias *eqs.* Cod. Theod. 7, 20, 10 (*a. 369*) si quis praepositus fuerit aut -ae aut classi. 10, 22, 2 (*a. 388*) omnibus -is non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri ... praecipimus. 10, 22, 3 (*a. 390*) primicerium -ae. 7, 8, 8 (*a. 400*) civitatum -is (Corp. IX 1590, 6 [*Beneventi*] comiti ⟨f⟩abricarum totius civitatis Ben(eventanae) urbis). Not. dign. or. 11, 18 *sqq.* 44 subadiuvae ... -arum (*cf.* occ. 9, 43). occ. 9, 16 *sqq.* Cod. Iust. 11, 10, 6 (*imp. Leone*) fabricenses sacrae -ae. Novell. Iust. 85, 3 pr. (*a. 539*) locis in quibus sunt publicae -ae. Corp. III 8202 legionis. V 8721, 1 (*Concordiae*) p(rae)p(ositus) fab(ricae) sagit(tariae). 8742, 2 (*ibid.*) veteranus militavit in -a sagittaria. VII 49, 8 ex colegio fabrice elatus. *latiore sensu*: Macr. somn. 1, 17, 12 cum globus ipse, quod caelum est, animae sit -a. *in imagine de aulicis dolos fingentibus*: Amm. 18, 4, 2 comitatensis -a eandem incudem ... diu noctuque tundendo. *inde i. q. apparatus, instrumenta fabri*; Gloss. *ἐπισκευή*: Apvl. mund. 27 machinatores -arum astutia unius conversionis multa ... pariter administrant. Caper gramm. VII 104, 8 errant qui proscenia appellant ... operosam -am ex adverso caveae. *cf.* Corp. X 6565, 4 (*saec. IV*) at statum pristinum red⟨u⟩c(sit) amphiteatrum cum portis, posticiis et omnem fabric⟨am⟩ (*i. omni fabrica*) arene. Isid. orig. 19, 6, 4 -a duabus rebus constat, ventis et flamma. *adde*: Hier. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^{B} ipsa organa et genitalium -a.

B *nomen actionis*: **1** *active*: **a** *i. q. facultas, vis fabricandi*: Cic. Arat. 303 nemo, cui sancta manu doctissima Pallas sollertem ipsa dedit -ae rationibus artem, tam tornare cate ... possiet orbes. ac. 2, 87 hoc affirmare potes ... esse aliquam vim, ... quae fabricata sit hominem? qualis ista -a est? ubi adhibita? nat. deor. 1, 19 quibus ... oculis [animi] intueri potuit ... Plato -am illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit? 1, 47 artificium effingitis -amque divinam. 1, 53 docuit ... nos ... natura effectum esse mundum, nihil opus fuisse -a. 2, 35 pictura et -a ceteraeque artes. 2, 138 explicetur incredibilis -a naturae (off. 1, 127 hanc naturae tam diligentem -am imitata est hominum verecundia). div. 1, 116 nec ... materia ... quicquam iuvaret, nisi consectionis eius -am haberemus. **b** *ars fabricandi, aedificandi sim.*: *α generatim*: Lvcr. 4, 513 in -a, si pravast regula prima, ... omnia mendose fieri atque obstipa necessest prava cubantia prona supina atque absona tecta. Vitr. 1, 1, 1 *architecti scientia* nascitur e -a et ratiocinatione. -a est continuata ac trita usus meditatio, qua manibus perficitur e materia cuiuscumque generis opus [est] ad propositum deformationis. 6 praef. 6 qui non modo architecturae sed omnino ne -ae quidem notitiam habent. Val. Max. 3, 7 ext. 4 simulacro ... Iovis ... perfecto, quo nullum praestantius ... humanae -ae munus (manus *codd.*). Sen. epist. 90, 7 artes ... a philosophia inventas, quibus in cotidiana vita utitur, non concesserim *Posidonio* nec illi (*sc. philosophiae*) -ae asseram gloriam. 95, 56 non est necesse fabro de -a quaerere ..., non magis quam pantomimo de arte saltandi. Plin. nat. 7, 197 aerariam -am alii Chalybas, alii Cyclopas *monstrasse putant* (Comment. Lucan. 3, 158 -am aerariam ... didicit). 7, 198 -am ferream (*cf.* Corp. XIII 2036, 7 [*Lugudumi*] artis -ae ferrariae) invenerunt Cyclopes, ... -am materiariam Daedalus, et in ea serram, asciam *eqs.* 16, 34 in carpentariis ... -is. 33, 12 -ae ... deum (*i. Vulcanum*). Qvint. inst. 2, 17, 10 nec -a sit ars: casas enim primi illi sine arte fecerunt. 2, 21, 10 si quaeram quae sit *materia* excusoris, id est -ae eius quam Graeci *χαλκευτικήν* vocant, ... aes esse respondeat: atqui plurimum statuis differunt vasa. 2, 21, 16 non faber de -a melius? Apvl. apol. 61 quod (*sigillum*) me aiunt ad magica maleficia occulta -a ligno exquisitissimo comparasse. met. 5, 2 horrea sublimi -a perfecta (10, 30 mons ligneus ... sublimi instructus -a). 6, 3 fanum sollerti -a structum. 6, 6 currum ... Vulcanus aurifex subtili -a ... poliverat. Pavl. dig. 17, 1, 26, 8 faber ... emit servum decem et -am docuit. Lact. inst. 1, 18, 21 artes inventoribus suis immortalitatem peperisse dicuntur, ut ... Vulcano -a. Hier. adv. Pelag. 1, 9 medicina et -a et artes ceterae. Ennod. opusc. 2, 107 p. 320, 12. Greg. M. moral. 11, 34 ubi ... non dolosa locutio, sed sensus veritatis est, quasi munita moles non ex -a, sed ex natura consurgit. *in imagine*: Hier. in Is. 18, 2 p. 199 *Eusebius* ita separata consociat, ut mirer cum nova sermonis -a in unum corpus lapidem ferrumque consociare. *accedit genetivus*: Cic. nat. deor. 1, 150 extructiones ... tectorum, tegumenta corporum vel texta vel suta omnemque -am aeris et ferri. Vlp. dig. 13, 4, 2, 7 mihi videtur summae solutio distare a -a insulae (*praecedit* si quis insulam ... fecisset). Pavl. dig. 49, 18, 5 pr. veteranos ... rescripsit a navium -a liberari (Vvlg. II Macc. 4, 20 [*κατασκευάς*]). Non. p. 448 usi sunt eo (*verbo quod est edolare*) ... scriptores vetustatis etiam ad alias -as rerum. Serv. Aen. 2, 610 murorum. Corp. XI 5926 (*Iguvii*) ad -am b⟨asil⟩icae. 5939, 6 ad balinei -am. Pavl. Nol. epist. 20, 3 operaris in -is ecclesiarum. 44, 3 in arcae -am. Rvric. epist. 2, 11 p. 389, 22 -ae turris illius ... strenuus aedificator insistas. Greg. Tvr. Franc. 3, 17 vir ... utilis in -a operis lignarii. Anthim. praef. p. 8, 1 in -a domus. *adde*: Ivst. 36, 4, 4 ab hoc studio aerariae artis -ae se tradit, cerisque fingendis et aere fundendo ... oblectatur. *β speciatim de creatione divina*: Hilarian. pasch. 3 p. 1107^{C} in memoriam -ae dei. Ennod. opusc. 10, 6 p. 420, 25 ad -am nostram materiam humus praebuit. *accedit genetivus*: Arnob. nat. 2, 52 *Plato* hominis -am indignam esse rebatur deo (*praecedit* hominis fictionem deo removit). Chalc. comm. 278 *deus* silvestres impensas mundi -ae sufficientes utilesque constituit (Lact. inst. 2, 8, 7 exorsus deus -am mundi. Ps. Hil. libell. 4. Hilarian. curs. temp. p. 156, 20 cursum annorum a -a mundi. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 25 ante -am mundi. *al. passim*). Lact. inst. 2, 10, 16 animantium. Macr. somn. 1, 12, 6 Plato in Timaeo cum de mundanae animae -a loqueretur. **c** *latiore sensu i. q. fabricatio, aedificatio sim.*: Porph. Hor. sat. 1, 8, 1 haec materia (*sc. lignum*) nullis -is idonea est. Cet. Fav. 10 p. 296 cetera genera *terrae* ... -is inutilia videntur. 12 p. 297 materies arborum quae ad utilitatem -ae parabitur. *ibid.* laricis ... materia in omni -a maximas habet utilitates. *ibid.* populus ... salix et tilia ... in -a utiles, in sculpturis gratae inveniuntur. Capitol. Pert. 8, 6 vehicula arte -ae nova perplexis ... rotarum orbibus (Carm. epigr. 483, 1 ars cui summa fuit -ae). Lampr. Alex. 32, 3 quas *operas* ratio -ae requirebat. Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 7 -as civitatum (*κτίσεις τῶν πόλεων*). Schol. Hor. epist. 2, 2, 72 geruli ... portant ea quae necessaria sunt ad -am. Corp. VI 7652, 1 ⟨si quis s⟩ibi huic loco (*i. hunc locum*) in omne(m) -a(m) impe⟨traverit⟩ ... aut ossua mea amoverit.

2 *passive i. q. (apta) compositio, constitutio, constructio*: Cic. nat. deor. 2, 121 enumerare possum ... quae sit in figuris animantium et quam sollers subtilisque descriptio partium quamque admirabilis -a membrorum (*cf.* Ven. Fort. vita Germ. 37, 107 virt. Hil. 3, 8). Symph. 250 concordi -a quas (*scalas*) unus continet ordo. Veg. mulom. 4, 25, 1 machinae ... describenda est -a. Optat. 4, 9 p. 115, 14 lacus ... cuius -a vexatio est, ut aquam nec de se habeat et acceptam continere non possit. Clavd. Don. Aen. 1, 522 surgebat ... non -a speciei alicuius levissimae, sed ingentis magnitudo civitatis. Hier. epist. 64, 18, 7. Prvd. perist. 10, 803 unam labantis dissipare tam diu vos non potesse -am corpusculi. Not. urb. Const. 4, 11 porticum semirotundam quae ex similitudine -ae sigma ... nuncupatur. Greg. Tvr. Franc. 10, 16 ne lavantibus nocerit novitas ipsius -ae *balnei*.

C *metonymice i. q. opus fabricatum (sive fabricandum), praecipue aedificium*: Sol. 11, 12 Euboea ... per -am brevissimae machinae (*sc. pontis*) aditur pede. 40, 2 templum Dianae, Amazonum -a. 40, 3. Vopisc. Tac. 11, 4 -arum peritissimus fuit, marmorum cupidus. Cet. Fav. 11 p. 296 merito ... latericiam habere non potuit, ne pondere cito corrupta -a laberetur. 13 p. 299 si quid ... nitidius facere volueris, exempla de urbanis -is sumes. 19 p. 303. Cledon. gramm. V 12, 28 qui superpositus fuerit a praefecto vel -ae praetorii vel victualibus civitatis. Pallad. 1, 7, 4 si vicinus est fluvius, ubi statuimus -ae sedem parare. 1, 8, 3 -ae tractus. 1, 9, 2 in -is planis earum (*mansionum*) observandum est, ut. 1, 12, 1 in agresti -a. Itin. [Silv.] 8, 1 *Ramessen civitas* et ingens fuit per girum et multas -as habuit. 13, 4 -am quam vides ecclesia est. 25, 9 Ps. Hil. dedic. eccl. p. 883^{B} terrestris domus -a ([*seq.* supernae habitationis]. Greg. M. dial. 4, 37 domus ipsius -a sabbato crescebat. Lvcif. Athan. 2, 5 p. 156, 20 neque ... poteris supra petram te aedificasse domum tuam dicere, cum omnis sapiens videat -am stultitiae tuae. Serm. Arrian. frg. 5 p. 633^{C} ponere fundamenta et erigere -am. Serv. georg. 2, 417 ante sunt eminentes lapides vel columnae ultimae, quibus -a sustinetur. Clavd. Don. Aen. 2, 245 factum est, ut in sede religiosa crudelis -ae (*sc. equi lignei*) latebrae conderentur. Anon. de mach. bell. 18

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae (*sc. balistae*) ... magnitudo. AMBR. hex. 2, 4, 15 *ut nomine caeli* omnem caelestis creaturae -am comprehenderet. COD. Theod. 6, 4, 13 pr. (*a. 361*) duo ... argentum inferant eiusdem urbis ⟨fabri⟩cis (*cf.* CORP. VI 647, 1 cum ipse in -am prior intulerit ... m(ilia) n(ummum) *tot*). 15, 1, 12 (*a. 364*) quos invenies -arum destructionis auctores, ad reparationem ... tenebis. 15, 1, 14 (*a. 365*) neque novam constitui -am iusserimus, antequam vetera reformentur. 15, 1, 16 (*a. 365*) stabulorum -is. 15, 1, 31 (*a. 394*). VVLG. Ezech. 43, 10 metiantur -am. 43, 11 figuram domus et -ae eius exitus et introitus ... ostende iis. RVFIN. Basil. hom. 1, 3 structores domorum ... excelsas -arum moles construere ... parant. PAVL. NOL. carm. 28, 307 surget in altum -a divini moliminis. AVG. conf. 6, 9, 15 architectus, cuius maxima erat cura publicarum -arum (CASSIOD. var. 3, 31, 3 NOVELL. Iust. app. 7, 25 [*a. 554*]). NICET. fid. 1 -am caeli et terrae sensu colligere. PETR. CHRYS. serm. 102 p. 485^{B} nec *synagoga* caelestem surgit in -am, nisi eam in ecclesiae culmen Christianus fabricator instruxerit (*cf.* NOVELL. Theod. 3, 3 [*a. 438*] ne qua synagoga in novam -am surgat). AVELL. p. 699, 5 fundamentum, extra quod quaelibet -a si consurgit, infirma est. EPIST. pontif. 570 (Simplic. 1, 2) p. 176 Thiel ecclesiasticis -is. CANON. Migne 56, 704^{A} quarta *portio* -is applicanda (*seq.* ecclesiasticis aedificiis attributa). COMPVT. Carth. 2, 14 per hanc ... -am castam puramque (*sc. lunam. cf.* 2, 15 a solis ... et lunae -a). CASSIOD. var. 4, 51, 1 privatis -is ... studueris. *ibid.* fundator ... -arum earumque comptor eximius (*syn.* domuum). 4, 51, 2 -as intrare. 4, 51, 3 theatri -am. hist. 2, 18 *Constantinopolim* diversis ornatam -is. in psalm. 135, 5 *deus* non facit aliqua videndo nec aliorum -as aemulando. Ios. c. Ap. 1, 198 maxima -a (*οἴκημα*), ubi altare est constitutum. 2, 205 insignium -ae sepulcrorum. FELIX anth. 211, 1 nobilis insultat Baiarum -a thermis. GREG. TVR. glor. conf. 54 super cuius sepulchrum miram Christiani -am celsitudine levaverunt. VEN. FORT. carm. 1, 13, 12 lapsae -ae. vita Germ. 4, 14 ascendens supra -am (*fenile*). vita Hil. 1, 1 culmen -ae. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 15 constat operis sui -am antecedere creatorem. FACVND. defens. 12, 4 p. 847^{A} numquam comperimus a sutore quaesitum quae cuiusque -ae longitudini proportio latitudinis conveniret. CORP. II 5189 (*Eborae*) mar(ito) merent(i) fabric(a) qua(m) miser(a) mater ... ⟨fecit⟩. III 12483, 9 istius -ae munitione. *in imagine*: PS. HIL. dedic. eccl. p. 881^{C} ab ipso domino verbum audientes totam crescentis ecclesiae -am sua praedicatione genuerunt (*cf.* AMBR. exc. Sat. 1, 20 testor ... me in -is ecclesiae id saepe veritum esse, ne displicerem tibi). AMBROSIAST. in Gal. 3, 2 *Paulus* dolet ... quia -am suam, qua eos per euangelium aedificaverat, videbat esse destructam. AVG. c. Faust. 1, 3 *Paulus* cernebat utique quandam -am spiritalem *eqs.* (GREG. M. moral. 17, 42 universa spiritalis -ae structura. in Ezech. 2, 1, 5 cor audientium ad spiritalem -am mittit. CAES. AREL. epist. de hum. 2, 3 spiritalem -am aedificare Christo adiuvante coepistis). ENNOD. epist. 2, 13, 3 p. 53, 18 *deus* limam studiorum ad oris -am non negavit. VEN. FORT. carm. 2, 16, 76 antiqui vultus lucem stupuere modernam et veteri -ae prima fenestra venit. GREG. M. moral. 9, 7 *Iudaea* sacrificiorum carnalium quasi superimpositae -ae onera portavit. 18, 17 erroris -a destruatur. 28, 14 quos *praedicatores* dum primus dominus in sancta ecclesia posuit, tota in eis sequentis -ae structura surrexit. 28, 20 virtutum -a in altum ducitur. *al.* *speciatim de rebus a deo (natura) creatis: de homine seu corpore humano* (GLOSS. totum corpus hominis): CARM. epigr. 1802, 2 (*saec. IV*) ut pulcra r⟨e⟩novetur -a mole. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 6 -am ipsam humani corporis si quis considerare velit, nihil poterit in terra pretiosius iudicare. PRVD. cath. 11, 44. PS. CYPR. singul. cler. 25 ne nimio rigore in totum domini -a damnaretur. POTAM. tract. 1 p. 1412^{C} repugnantibus -ae qualitatibus, corpus omne ad foetoris maculam sui de putredine relaxetur. RVFIN. Basil. hom. 2, 8 caput in ... culmine totius humanae -ae situm est. MACR. sat. 7, 4, 3 ipsa natura -ae huius auctor et nutrix. somn. 1, 6, 65 concepti corporis -am. SEDVL. epist. 1 p. 2, 9 carm. pasch. 3, 308. VEN. FORT. vita Germ. 45, 126 naturalibus motibus ad vitalem usum tota -a renovatur. *al.* *de mundo*: COMM. instr. 2, 2, 19 inde post annos mille gehennae traduntur, et -a cuius erant cum ipsa cremantur. 2, 3, 2 quid referamus de -a tanta caeleste? MAR. VICTORIN. ad Iust. 2 totius ... mundi haec -a (AMBR. hex. 5, 1, 5 *al. passim*). AVG. in psalm. 141, 15 noli amare habitare in -a, sed habita in fabricatore. serm. ed. Mai 1, 1 cum sacris visceribus (*dei*) deductor -ae proficiscitur sermo. MACR. somn. 1, 15, 5 mundanae -ae. CASSIAN. conl. 23, 3, 3 mundialis. NICET. fid. 1 caeli et terrae.

opp.: architectura (VITR. 6 praef. 6).

deriv.: fabricalis, fabricarius, fabric(i)ensis, 1. fabricius. fabricula. fabricare (-i).

a di. **fabricus**, -a, -um. *ad fabrum vel ad fabricam pertinens*: PLIN. nat. 16, 225 abies ... ad quaecumque libeat intestina opera aptissima sive Graeco sive Campano sive Siculo -ae artis genere (PAVL. dig. 33, 7, 19, 1 servum ... arte -a peritum. SOL. 5, 8 Daedalus -ae artis magister. CORP. XIII 2036, 7 iuvenis incomparabilis ingeni artis -ae ferrariae. *adde*: CAPER gramm. VII 109, 14 -a ars, opera fabrilia. GLOSS. Verg. ed. Hagen D 72 p. 501). PALLAD. hist. mon. 1, 19 p. 298^{B} officinae -ae vocabat. CORP. VI 10427, 7 -a coque (*i.* quoque) instituta fecit.

fabricābilis, -e *a* fabricare (-i). GLOSS. ἐργάσιμος. *i. q. fabricae aptus*: AVG. gen. ad litt. imperf. 4, 15 p. 468, 22 super aquam ferebatur spiritus dei ... aquam vero unde operaretur intellegamus, id est materiam -em. cum enim tria ista dicimus unius rei nomina, materia mundi, materia informis, materia -is, horum ... tertio *adiungitur* cedendi facilitas, cui iam ad operandum spiritus superfertur artificis.

fabricālis, -e *a* fabrica. *i. q. fabri proprius*: VEN. FORT. vita Marcell. 5, 17 accessit ad officinam -em, qui dispectus ab artifice cogitur, ut extracta de ardente camino ferri massa candente ... ferrum accensum tolleret. GLOSS. IV 603, 28 gnomon lineat qua -is opera dirigitur.

fabricāmentum, -ī *n. a* fabricare (-i). PS. PRIMAS. in Hebr. p. 718^{B} elementa dicuntur quasi elevamenta ... a quibus etiam dicuntur elimenta peti, quasi -a, ab eo quod est elimo ..., quasi ex eis fabricata sint omnia.

fabricārius, -a, -um *a* fabrica. GLOSS. II 378, 21 ligna -a ξύλα ἐργάσιμα.

✖**fabricātio**, -ōnis *f. a* fabricare (-i). *legitur apud* CIC. (*bis*) VITR. APVL. apol. TERT. *posteriores*. GLOSS. fabrateria.

I *strictiore sensu*: **A** *i. q. structura*: CIC. nat. deor. 2, 133 facilius ... intellegetur a dis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis -o perspecta omnisque humanae naturae figura atque perfectio. *in imagine de structura artificiosa in oratione facta*: CIC. de orat. 3, 167 ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam -em habet. **B** *actio fabricandi, i. q. constructio: aedificiorum sim.*: VITR. 2, 1, 1 e -bus aedificiorum gradatim progressi ad ceteras artes et disciplinas. FIRM. math. 3, 5, 15 qui -bus templorum iussu principum ... praesint. COD. Theod. 9, 17, 2 pr. (*a. 349*) si ex praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae -is poena vitetur. 14, 6, 4 (*a. 382*) caementorum et calcis ... nihil ... accipiat, nisi quod cunctis moenibus -ique Romanae superfluere ac redundare constiterit. HIER. epist. 18^{A}, 6, 7 turris. chron. a. Abr. 1456 cum a vicinis gentibus -o *templi* impediretur. *variarum rerum*: APVL. apol. 61 crimen ... de cuiusdam sigilli -e prolatum est. *ibid.* occulta fuisse -o sigilli ... qui potest? TERT. apol. 12 non sentiunt has iniurias et contumelias -is suae dei vestri. idol. 8 idolorum (pudic. 5). ARNOB. nat. 6, 13 infelix religio signorum -bus falleretur. AVG. civ. 22, 24 p. 612 quae in -e quorumque vasorum vel etiam statuarum et picturarum varietate *industria humana* excogitaverit ... quis possit eloqui? quaest. hept. 1, 6 p. 6, 12 arcae. *al.* PS. AVG. serm. 145, 4 Noe etsi tacebat voce, opere loquebatur; silebat lingua, -e clamabat. MACR. sat. 5, 2, 15 armorum (COD. Iust. 10, 48 [47], 12, 3). COD. Theod. 7, 17, 1 (*a. 412*) recenti -e contextas ... lusorias. *adde*: VINDIC. med. 8 in seminales vias cadente ea (*cibi materie*) cum naturali virtute sive -e semen fieri. **C** *i. q. facultas, ars fabricandi, artificium*: VITR. 9 praef. 6 Pythagoras normam sine artificis -bus inventam ostendit. FIRM. math. 3, 1, 12 Marti se Luna coniungens ei temporum tradidit potestatem, ut ... mortalitas ... omnia artium ac -um ornamenta conciperet. **D** *metonymice, i. q. opus fabricatum*: VVLG. Sirach 32, 8 in -e auri (ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ) signum est smaragdi. AVG. conf. 10, 34, 53 quam innumerabilia ... vasis et cuiuscemodi -bus, picturis etiam diversisque figmentis ... addiderunt homines ad illecebras oculorum.

II *latiore sensu: de qualibet confectione, praecipue de creatione divina* (*accedit* ex: *v. l. 58*): IREN. 1, 3, 1 primi Christi ... genesis; et secundi Christi ... ex collatione composita -o (ἐξ ἑράνου σύνθετος κατασκευή). 1, 14, 6 perfectum ... sensum, scientem eum numerum qui est sex, virtutem -is et regenerationis (ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως) habentem. 2, 4, 1 causa ... quaerenda est huiusmodi dispositionis dei, sed non -o mundi alteri ascribenda (LACT. inst. 4, 6, 9. 7, 1, 6 Plato ... de -e mundi disseruit. HIL. trin. 4, 21 *al.*). FIRM. err. 1 p. 1 hominis. math. 3 praef. 2 deus ... ita hominem artificio divinae -is composuit, ut. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 470, 8. *adde fere i. q. origo*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 111 secundum generationem sive -em passionis difficilem inquiunt curatione leucophlegmatiam.

✖**fabricātor**, -ōris *m. a* fabricare (-i). GLOSS. IV 545, 35 opifex artifex -r. *additur substantivo*: APVL. Plat. 1, 8. 9. 10 AVG. civ. 8, 23 MART. CAP. 7, 733 AVG. mus. 6, 5, 8 *v. p. 17, 57.* *legitur apud* CIC. LVCR. VERG. Aen. OV. MANIL. APVL. Plat. MIN. FEL. TERT. *et saepe apud posteriores.*

6 *infinitivi* (*cf. Thielmann, Archiv 3 [1886] 177. cum is, qui facit, non tantum causa rei vel fabricator, sed auctor est*, facere *assumit notionem iubendi; cf. infra l. 76. 77*): ENN. ann. 452 cum soles (sola est *codd.*) eadem -ent longiscere. PLAVT. Epid. 412*?* (*cf. Thielm. l. l. 181*). LVCIL. 1270 purpuream ... uvam -it albam pampinum habere. CIC. Brut. 142 nulla res magis ... tales ... oratores videri -it quales. *cf.* ad Q. fr. 1, 3, 6. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 1 *v. p. 104, 53.* LVCR. 3, 100 quod -at *harmonia* nos vivere cum sensu. 3, 301. 5, 662 quae -unt ... lumina gigni. 5, 703 *al.* LABER. mim. 139 vos ... -it ... puellitari. VARRO rust. 3, 5, 3 desiderium marcescere -it volucres. ling. 6, 50*?* VERG. Aen. 2, 539 me cernere letum -isti. ARRVNT. hist. 3 quae audita Panhormitanos dedere Romanis fecere. PRIAP. 32, 4 puella ... formicas -it altiles videri. 56, 4. OV. epist. 6, 100 quod ascribi factis ... se -it. 16, 174 illum securum probitas, forma timere -it. 19, 200 met. 7, 691 *al.* trist. 5, 9, 14 -is ... munere posse frui (*sc. me*). Pont. 2, 7, 76 MANIL. 1, 207 PAVL. FEST. p. 95, 4 GAV. BASS. Gell. 5, 7, 2. SCRIB. LARG. 180 -it ... capitis gravitatem ... sudoresque frigidos manare. 193. SEN. Herc. Ô. 434 videri sceleribus causam suis fecit novercam. 1499. COLVM. 12, 38, 5 mel...infervere -ito. PETRON. 11, 3 qui diverti (quid · i · verti *cod.*) contubernium -is. PLIN. nat. 21, 144. SIL. 14, 302 tabulata ... cui (*turri*) crescere ...-erat. PS. QVINT. decl. exc. Monac. 2 p. 359, 21 *venenum* confici fecit. 10 p. 373, 8 GELL. 2, 17, 6 *al.* GAIVS inst. 4, 99 SCAEV. dig. 36, 1, 77, 1 VLP. dig. 14, 4, 7, 2 APVL. Plat. 1, 16 TERT. bapt. 3 p. 203, 22 *al.* TER. MAVR. 1719 hae -unt formae variari ... metra. ITALA deut. 7, 4 (Aug. loc. hept. 5, 23 p. 604, 10) discedere...-et filium (*ἀποστήσει*. ITALA Lugd. abducis; VVLG. seducet). Is. 42, 15 (Tert. pudic. 2 p. 223, 9). psalm. 118, 173 (Veron.) fiat manus tua salvum -ere me (*v. p. 114, 79*). Matth. 10, 21 (Tert. scorp. 10 p. 170, 1) mori eos -ant (*θανατώσουσιν*, codd. plur. *et* VVLG. morte eos afficient). Marc. 1, 17 (codd. c d ff² t *δ*, VVLG.) -am vos fieri piscatores hominum (*ποιήσω ... γενέσθαι*). apoc. 3, 9 (Primas.) ecce -urus sum illos venire ante pedes tuas (*v. supra l. 9*). *sim. saepius, ita ut iunctura latina respondeat simplici verbo graeco* (*ex. gr.* errare -o *πλανῶ*, *cf. Thielmann l. l. 187*). *nota* Ioh. 2, 3 (cod. e) -ctum est ... vinum consummari. HERM. Pal. sim. 2, 7 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 35 *al.* IREN. 3, 24, 1 iuvenescens et iuvenescere -ens. CYPR. patient. 4 epist. 4, 5 *al.* ANTH. 331, 6. 658, 4 NEMES. cyn. 219 PANEG. 8, 12 *al.* EDICT. imp. Maxim. Diocl. Maximin. coll. Mos. 15, 3, 7 (*p. a. 292*) EDICT. imp. Diocl. et Constant. frg. Vat. 41 (*a. 298*) LAMPR. Alex. 10, 7 *et al.* SCRIPT. hist. Aug. (*syn.* iubere, praecipere). ARNOB. nat. 1, 3 *al.* (1, 48 *syn.* iubere). LACT. inst. 1, 22, 14 *al.* OPT. PORF. carm. 7, 20. 21, 7 FIRM. err. 4, 4 *al.* math. 3, 2, 1 *et saepe* CHALC. comm. 222 *al.* *nota* 27 -it ... extitisse. CET. FAV. 19 p. 303, 6 PALLAD. 1, 35, 3 *al.* MAR. VICTORIN. ad Iust. 1 volo ... faxis ... operae esse pretium. PS. AVR. VICT. epit. 4, 8 orig. 6, 4 VIR. ill. 78, 6 HIL. myst. p. 10, 19 *al.* OPTAT. 1, 11 p. 13, 20 *al.* LVCIF. non conv. 4 p. 11, 8 *al.* PACIAN. epist. 2, 8 p. 43 PRISCILL. tract. 1, 4 *al.* AVSON. 322, 55 DAMAS. epigr. 9, 6 PS. DAMAS. epigr. 71, 23 DARES 4 DICT. 1, 4 AMM. 15, 6, 1 *al.* ORIGO Const.

4, 10 *al.* ANON. Vales. 14, 87 SERV. auct. georg. 2, 380. Aen. 1, 330 felix dicitur...qui -it esse felicem. 7, 755 levabat: leviores esse -bat. *sim. saepius.* gramm. IV p. 433, 14 CONSENT. gramm. V 355, 11 SCHOL. Hor. vita p. 1, 7 carm. 2, 1, 25 *al.* COMMENT. Lucan. 6, 68 *al.* SCHOL. Cic. Gron. p. 390, 21. 438, 17 CLAVD. DON. Aen. 3, 30 *al.* PELAGON. 147 *al.* CHIRON 158 haec omnia mixta ... defervere -es (*talia passim apud medicos in compositionibus ut* VEG. mulom. 2, 133). VEG. mil. 1, 7. 2 ind. capit. 3 FVLG. myth. 3, 7 p. 72, 7 AMBR. hex. 6, 2, 6 *al.* PS. AMBR. laps. virg. 7, 30 HEGES. 1, 30, 5 *al.* HIER. adv. Iovin. 1, 36 *al.* VVLG. gen. 17, 6 *al.* Sirach 42, 17 fecit sanctos enarrare omnia. *nota* Is. 66, 9 qui alios parere -o, ipse non pariam. RVFIN. hist. mon. 2 p. 407ᴬ -bat convocari fratres. Adamant. 1, 5 *al.* IOANN. Hier. c. Ioh. 24. PRVD. perist. 13, 45 nil grave, quod peragi finis -it. apoth. 604 c. Symm. 2, 220 CLAVD. carm. min. 18, 12 PAVL. NOL. carm. 21, 453 *al.* AVG. civ. 2, 20 p. 79, 8 *al.* CYPR. GALL. exod. 1025 *al.* COMM. instr. 1, 26, 37 *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 54, 7 *al.* PAVL. MED. vita Ambr. 10 *al.* ACT. Archel. 8 *al.* MACR. sat. 1, 5, 14 *al.* SORAN. p. 48, 10 MARCELL. med. 1, 38 *al.* PS. APVL. herb. 115, 3 PLAC. med. 1, 13 THEOD. PRISC. eup. faen. 69 AVIAN. fab. 26, 9 *al.* *nota* 24, 6 manus...leonem -erat...procubuisse. MART. CAP. 1, 34 *al.* OROS. hist. 4, 18, 18 CASSIAN. conl. 1, 18, 2 *al.* EPIST. pontif. Thiel (Hilar.) 1, 2 *al.* LEO M. epist. 109, 4 *al.* serm. 10, 2 *al.* AVELL. p. 13, 26 *al.* PROSP. resp. ad Gall. 1, 12 *al.* MARCELL. chron. II p. 63, 392, 2 *al.* HYD. chron. II p. 15, 9 *al.* CAEL. AVR. acut. 1, 10, 72. 2, 21, 128 *al.* MAR. VICTOR aleth. praef. 36 *al.* ARNOB. in psalm. 17 p. 346ᶜ PRAEDEST. 1, 7 p. 590ᴮ *al.* SALV. gub. 4, 44 *al.* SIDON. epist. 1, 10, 2 *al.* CLAVD. MAM. anim. p. 134, 12 FAVST. REI. epist. 10 p. 217, 6 *al.* RVRIC. epist. 7 p. 360, 19 *al.* VICT. VIT. 3, 4 *al.* *nota* 3, 27 *v. p. 104, 56.* NICET. hymn. 21 p. 86, 4 *al.* VIRG. gramm. epit. 5 p. 41, 8 *al.* SEDVL. carm. pasch. 4, 39 fecit discedere noctem (op. pasch. 4, 2 reppulit). 4, 91 *al.* 5, 49 -erat hunc ... nasci (op. pasch. 5, 3 p. 276, 3 nasci concessit). op. pasch. 1, 20 PAVL. PETRIC. Mart. 2, 76 *al.* ALC. AVIT. carm. 2, 201 *al.* epist. 43 *al.* *nota* carm. 2, 405 *mulier* hunc ... suasisset temnere iussa, ceu proprium (*sc. virum*) ... fecit *Eva.* DRAC. laud. dei 1, 724 *deus* -it ... noverit ut vultur, qua sit regione cadaver ... aut aquilae ... renovare iuventam. 2, 245 *al.* 3, 618 fac fieri, quod ... iubes. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 142, 12 *al.* ENNOD. epist. 1, 5, 11 p. 12, 11. 1, 7, 2 p. 16, 8 *al.* FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 3 *al.* CASSIOD. var. 1, 2, 6 *al.* inst. div. 5 p. 1116ᶜ *al.* Ios. c. Ap. 2, 158 pendere fecit (*ἀνηρτῆσθαι παρεσκεύασε*). 2, 177 -unt assidere (*παρακαθίστανται*). IORD. Rom. 58 *al.* CONC. *saepius.* COD. Iust. de cod. confirm. 5 *al.* LEX Burg. Rom. 31, 4 LEX Visig. 7, 1, 1 *al.* HIST. Apoll. rec. A *et* B 32 *al.* VEN. FORT. carm. 2, 16, 48 *al.* 3, 3, 23 tristis hinc nemo recedit, sed lacrimas removens laetificare -is. Mart. 4, 82 liquor interior -it exteriora tueri (*passive, item* 6, 432. *cf. Leo in ind.*). CORIPP. Ioh. 1, 134 *al.* ARATOR act. 1, 624. 2, 323 MAXIM. eleg. 1, 38 GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 35, 1 *al.* *nota* glor. mart. 53 Gallus ... gravatus ... fiebat ... morbo deficere. glor. conf. 1 iubet...fieri...poculum praeparari. Thom. p. 100, 19 *al.* GREG. M. epist. 3, 35 *al.* in Ezech. 1, 1, 7 *al.* EVGIPP. Sev. 31, 5. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276ᶜ mansuescere fecit ... leones (*ἡμερώσας*). 9 p. 281ᴰ *al.* FACVND. defens. 2, 1 p. 559ᴬ EPIST. apost. 7, 9 ISID. orig. 3, 42, 2 *al.* PASS. Thom. p. 134, 9 PASS. Felicit. 6 p. 60, 21 *al.* PASS. Radegund. 2, 12 PASS. Petr. 3 *al.* PASS. Paul. 2. CORP. VI 3626, 6 con(iugi) b. m. fecit et sibi ... itu(m) ambitu(m) coronare sacrificare. *plura ex Corp. VI vide Konjetzny, Archiv 15 (1907), 344.* CORP. III 3653 (*a. 371*). 3955 ne quis in hac ara porcos agi -ere velit. 4796 (*a. 311*). 9532 tesellam figi fecit. 14458¹. VIII 14365, 12. CARM. epigr. 1238, 18 hic labor et vita parvo cont(ent)a valere et dominum fecere. 1519, 12 (*ca. a. 165*). TAB. devot. Audollent 269 B 17 *αμα⟨ρ⟩ε με⟨κο⟩νμ φεκιτ*. 303 I 5 re-(s)po(n)deri facuas ilos muto⟨s⟩. INSCR. christ. Rossi I p. 677, 8 (*a. 539*) *al.* *nota iuncturam* fieri fecit: CORP. VI 8098 fil(io) fieri f(ecit) (*interpol. sec. Momms.*). XII 5337 (*a. 456/7*) Rusticus ... f(ieri) f(ecit) (*sc. aram*). X 6068ᵃ fieri fecit (*vide adnotationem*). -ctum est *c. inf. v. p. 101, 79.* *nota structuram c. inf. act. non addito acc. personae agentis; certa huius structurae exempla non inveniuntur ante infimam latinitatem (de dubiis cf. Thielmann l. l. p. 200 sqq.); sunt autem haec tertiae coniugationis:* GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 35, 1 hoc ... inquirere fecit (*sed inf. pass.* Franc. 8, 5 interfici fecit. vit. patr. 8, 9 reddi -as. *al.*). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 23 in omnes homines suam defundere fecit cognitionem.

II ***speciatim certis significationibus:*** **A** ***creare, eligere, nominare*** (*aliquem*): NAEV. trag. 58 te herem -am. carm. frg. 63 fato Metelli Romae consules fiunt. PLAVT. Aul. 85 mirum quin ... me...-at Iuppiter...regem. 504 moribus praefectum mulierum hunc -ctum velim. Capt. 824 hunc ... agoranomum. 895 te ... cellarium. Cas. 460 hunc...vilicum. 462 me...atriensem. Epid. 465 illam...libertam meam. Poen. 49 ei rei ego finitor -ctus sum. 716. 802. Stich. 702. ENN. ann. 169 cives Romani tunc -cti sunt Campani. S. C. de Bacch. (Corp. I² 2 n. 581) 13 neve magistratum neve promagistratu⟨d⟩ neque virum ⟨neque mul⟩ierem quiquam fecise velet. CATO agr. 144, 1 custodem. LEX Bant. (Corp. I² 2 n. 582) 16 dic(tator), co(n)s(ul), pr(aetor), mag(ister) eq(uitum), cens(or), aid(ilis), tr(ibunus) pl(ebei), q(aestor), IIIIvir cap(italis), IIIvir a(greis) d(andeis) a(dsignandeis), ioudex ex h(ace) l(ege)...⟨...queiquomque eorum p⟩osthac -ctus erit. LVCIL. 671 publicanus ... ut Asiae fiam. LEX agr. (Corp. I² 2 n. 585) 28 censori-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus, queiquomque post hac -cteis erunt. 48 manceps praesve -ctus est. 53 ⟨IIvir ...⟩ ... -ctus creatusve (*cf.* LEX Iul. munic. [Corp. I² 2 n. 593] 24). RHET. Her. 4, 54, 68 *imperatorem*. CIC. Q. Rosc. 53 cognitor est -ctus. Verr. 3, 120 senatorem -ctum esse gratis. 3, 128 is fieri *sacerdos* nullo modo poterat (*supra* creari). leg. agr. 2, 16 ut quem ... tribus -erint, is XVvir sit. 2, 18. prov. 45 ille ... plebeius est lege curiata -ctus. off. 3, 45 vas -ctus. LEX Anton. de Term. (Corp. I² 2 n. 589) 1, 5 quei ... Thermeses maiores Pisidae -ctei sunt. LEX Vrson. (Corp. I² 2 n. 594) 62, 28 neve quis ... invitum *apparitorem* militem -ito neve fieri iubeto. 68, 25 IIvir(um) creare -ere sufficere. 130, 43 quo quis ... patronus atop⟨t⟩etur sumatur fiat. *nota* PLIN. paneg. 8, 6 omnia ... -ctus es. *talia passim per totam latinitatem. in inscriptionibus parietariis Pompeiorum saepe, ut* CORP. IV 45 -at(is) aed(ilem) M. Ma(rium?). 175 A. Vettium Firmum aed(ilem) o(ro) v(os) f(aciatis). Fuscus cum Vaccula -it. 357 Sabinum ... aed(ilem) fieri rog(o?). *nota accusativum magistratus omissum* (facere *aliquem i. q. creare magistratum*): CIC. Mur. 18 'quaesturam una petiit et sum ego -ctus prior'. Planc. 9 non enim comitiis iudicat semper populus, ... cedit precibus; -it eos, a quibus est maxime ambitus. Att. 1, 1, 2 conducere videtur Thermum fieri cum Caesare (*sc. consulem*). CAEL. Cic. epist. 8, 3, 1 si fio (*supple magistratum ex antecedentibus*). 8, 4, 3 Hirrum cuncti iam non -endum flagitare. 8, 9, 5 nolo te putare Favonium a columnariis praeteritum: optimus quisque eum non fecit. 8, 10, 5 ne paterer fieri. *cf.* SALL. Iug. 85, 12. VELL. 2, 17, 3 *Sulla* petens ... consulatum paene omnium civium suffragiis -ctus est. SEN. epist. 118, 4 scio apud te (*sc. fortunam*) Catones repelli, Vatinios fieri. AVR. VICT. Caes. 8, 3 Othonem praetoriis, Vitellium Germanicianis legionibus -ctum. *sim.* 37, 2. FAST. cos. Capitol. a. u. c. 498 (Corp. I² p. 29) Caedicius ... in mag(istratu) mort(uus) e(st). in eius locum -ctus est M. Atilius ... Regulus. a. u. c. 731 (p. 28). *formula breviata*: FAST. cos. Capitol. a. u. c. 296 (p. 16) in eius l. f. est L. Minucius. *sim. saepius*. CORP. IV 98 Postu⟨mium⟩ ... Iulius Polybius collega -it. 768 M. Epidium Sabinum d(uumvirum) i(ure) di(cundo) defensorem coloniae *eqs.* ... -iat(is) (*sequitur* CARM. epigr. 39 Sabinus dissignator cum plausu -it). INSCR. Röm. Mitteil. 13 (1898) p. 10 (*Pompeis*) Mustius fullo -it et dealbat. LEX Malac. (Corp. II 1964) 2, 30 eum pro ea curia -ctum creatumque esse (3, 11. 2, 55. 57). *sim.* CIC. Att. 7, 2, 3 fecit palam te (*sc. heredem*) ex libella, me ex teruncio (*sic ed. Iensoni; corrupt. in cod.*).

B ***fingere,*** *credere* (*de poetis, scriptoribus, quolibet auctore opinionis*): **1** *cum duplici acc.* (*est ubi alterum acc. pro attributivo possis accipere*): CIC. Planc. 71 nimis magnum beneficium Plancii -o (*ibid.* verbis exaggero). de orat. 1, 263 operarium nobis quendam ... oratorem -is. Brut. 218 se ... colloquentem -it. orat. 85 rempublicam loquentem. Tusc. 5, 115 *v. p. 118, 7.* fin. 4, 40 -it ... duo seiuncta ultima bonorum. Cato 3 Laelium et Scipionem -imus admirantes. 54 nat. deor. 1, 31. 3, 49 Erectheum si deum -imus. ac. 2, 56 *al.* Att. 2, 19, 5 in iis epistolis me Laelium ... -am. 13, 19, 3. epist. 7, 33, 2 litteris ... verecundiorem me in loquendo -is. or. frg. Hier. epist. 52, 8. LVCR. 1, 655 si -ant admixtum rebus inane. 4, 824 lumina ne -as oculorum clara creata, prospicere ut possemus. VARRO rust. 2, 2, 20 *numerum* -unt alii *auctores* maiorem, alii minorem. OV. am. 3, 12, 27 fecimus Enceladon iaculantem. ars 1, 225 hos -ito Armenios. trist. 2, 411 *auctor*, mollem qui fecit Achillem. LIV. 2, 55, 3 nihil contemptius *quam lictores* ..., si sint, qui contemnant; sibi quemque ea magna atque horrenda -ere. MANIL. 1, 633? SEN. contr. 1, 3, 2 illam virginem. 7, 2, 14 Cornelius ... querentem Ciceronem. 9, 6, 11 *al.* SEN. benef. 4, 19, 1 *Epicurus* deum inermem. nat. 1, 8, 4 nostri ... nubem cavam. 2, 32, 3 *deum* otiosum. epist. 88, 5 *Homerum* Stoicum. PETRON. 71, 9 ut naves ... -as plenis velis euntes. 71, 10. PLIN. nat. 2, 248 terram ... nonagesimam sextam partem totius mundi -it. 3, 5. 95 *al.* MART. 4, 47, 2 dipyrum ... Phaetonta -is, *pictor*. QVINT. inst. 1, 4, 20 *grammatici* aliud nomen, aliud vocabulum -unt. FRONTIN. aq. 25 Agrippam auctorem. APVL. Plat. 2, 3 fortitudini ac timori medios pudorem et ignaviam fecit. MIN. FEL. 21, 3 TERT. nat. 2, 2 test. anim. 1 p. 135, 20 pudic. 7 p. 231, 21 *al.* ITALA prov. 30, 12 (Hier. adv. Pelag. 1, 39) *v. p. 119, 14.* Is. 40, 18 (Filastr. 93, 5; *sim.* VVLG.) LACT. inst. 1, 3, 14. 1, 11, 1 SVLP. VICT. rhet. 42 p. 338, 36. AVSON. 358, 2 qui ... Vergilium -amus impudentem (*de suo centone Vergiliano obscaeno*). AVG. civ. 3, 2 Apollinem ... pugnantem *Homerus.* 5, 9 p. 203 *al.* COMM. instr. 1, 10, 1 *al.* 1, 23, 11 rectorem ... -is te. MACR. sat. 1, 1, 7 Decium ... sciscitantem. 3, 7, 3 *al.* PRAEDEST. 1, 25 p. 595^{C} nuptias ... pares ... fornicationibus. *sim.* PS. AVR. VICT. orig. 4, 1 a cacuminibus montium, quae illi ὄρη -unt.

2 *pro altero acc. adverbialia sim.*: SEN. frg. 32 alter fecit deum sine corpore, alter sine animo. PLIN. nat. 19, 75 nisi medici masculini sexus -rent in his rotunda *rapa*. 24, 129 quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere. 25, 43 -unt alii et sideritim ... foedi odoris. FLOR. epit. 2, 19, 2 quam (*aetatem*) ducentorum annorum fecimus. SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 21 summae ... aequitatis ... repulsam.

3 *pro altero acc. infinitivus* (*cf. Thielmann, Archiv 3 [1886] 177sqq.*): TER. Haut. 31 fecit *poeta* servo currenti ... decesse populum. VOLCAC. carm. frg. 9 *in iudicio de gradibus poetarum*: insequi Licinium -o Atilium. 12 nono loco esse facile -o Luscium. CIC. Verr. 2, 100 (*bis*) quod plus fecit Dolabella Verrem accepisse quam. 3, 101 *al.* dom. 10 si timuisse eos -is. opt. gen. 17 quem (*Isocratem*) Plato ... in Phaedro laudari fecit. fin. 4, 8 *Stoici* argumenti ... caput esse -unt ea, quae perspicua dicunt (*v. Madvig ad h. l.*). nat. deor. 1, 19. 83 *al.* Tusc. 1, 97 *oratione* -it eum (*Socratem*) Plato usum. 4, 35 poetae impendere ... saxum Tantalo -unt. *nota* 5, 115 Polyphemum Homerus cum immanem ... finxisset, cum ariete ... colloquentem -it eiusque laudare fortunas. epist. 15, 18, 1 -o me alias res agere. CATVLL. 97, 9 se -it esse venustum. LVCR. 1, 747 finem non esse secandis corporibus -unt. 1, 783. 3, 626 quinque ... eam (*animam*) -undum est sensibus auctam. 3, 878 -it esse sui quiddam super inscius. VERG. Aen. 8, 630 -erat *Vulcanus* procubuisse lupam. PROP. 2, 12, 6 fecit ... volare deum (*sc. qui pinxit Amorem*). OV. met. 6, 76 *Minerva acu pingens* deum pelagi ... ferire tridente aspera saxa fecit (6, 108. 109). 13, 692 ecce -it *caelator* ... natas Orione ..., hac non femineum iugulo dare vulnus aperto. PERS. 1, 44 quem ex adverso dicere feci. PETRON. 51, 2 fecit se porrigere *phialam*. PLIN. nat. 5, 63 schoenos ... patere XL -unt. 34, 59 fecit ... Apollinem serpentemque eius sagittis configi. GELL. 5, 1, 6. 9, 9, 15. 10, 22, 2 *al.* APVL. apol. 40 flor. 18 p. 84 *al.* TERT. anim. 36 p. 362, 20 *al.* ITALA Luc. 24, 28 (cod. d) ipse fecit (προσεποιεῖτο. cod. a: affectabat, cod. e: simulavit, codd. b f δ *et* VVLG.: finxit) se longius abire. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 1 VOPISC. Car. 13, 5. ARNOB. nat. 6, 10 quem esse ... -itis figuratisque nasicam. LACT. inst. 1, 10, 6 *al.* DON. de com. 3, 8 *al.* SERV. Aen. 2, 610 *al.* SCHOL. Pers. 1, 63 CLAVD. DON. Aen. 1, 104. 3, 370 *al.* CARM. de fig. 159 AVG. civ. 2, 21 p. 82, 21 *al.* COMM. instr. 1, 27, 12 *al.* MACR. sat. 3, 11, 7 *al.* AVIAN. fab. praef. p. 5. *sic* fac (facite) *c. inf.*: GLOSS. V 658, 13 fac aliquando pro finge accipitur. CIC. S. Rosc. 97 fac audisse *Glauciam* statim: quae res eum ... contendere coëgit? (*sic fere interrogatio sequi solet; cf. Thielmann l. l. p. 179 et infra*). Verr. 3, 141 fac ita esse. 4, 160. 5, 19 *al.* Phil. 12, 29 -ite ... legiones ... improbare. de orat. 2, 226 fac esse. *nota* orat. 36 fac alium Accio (*sc. delectari*). ac. frg. 20 *al. cf.* Tusc. 1, 70 fac igneam *animi naturam*, fac spirabilem. Att. 7, 9, 4 praeteriit tempus non legis ..., fac tamen legis. 12, 5, 1 *al.* LVCR. 2, 485. VERG. Aen. 4, 540 quis me ... fac velle, sinet. OV. met. 2, 290. SEN. Phoen. 200 quis ..., velle fac, quicquam potest malis tuis adicere? 633 favisse fac. benef. 4, 18, 2 fac nos singulos (*sc.* esse): quid sumus? epist. 107, 11 fac nolle. *cf.* 109, 17 SIL. 2, 315. 16, 641 STAT. Theb. 2, 449 FRONTO p. 144, 17 N. OPTAT. 2, 25 p. 62, 1 *al.* SYMM. epist. 4, 18, 3 CLAVD. 20, 47 *al.* SALV. gub. 3, 41 CARM. de pond. 145. *nota has structuras*: STAT. Ach. 1, 916 metuit ... morari. fac velit. OPTAT. 4, 2 p. 103, 1 fac, ut tibi sit fastidiosum, tamen nobis est necessarium. 4, 8 p. 114, 8. FAVSTIN. trin. 2, 10 fac ..., quod ... -ctus sit.

C ***aestimare:*** *c. acc. pretii*: CIC. Brut. 2, 6, 3 si tantum est in eo (*sc. Cicerone*), quantum scribis, ... gaudeo; et si, quod amas eum, eo maiora -is (*sc. quae sunt in eo?*), ... gaudeo. HOR. sat. 2, 3, 177 ne maius -as id, quod satis esse putat. TERT. test. anim. 6 p. 142, 12 quam tanti -is, quantum illa te -it. adv. Marc. 5, 15 p. 628, 21? (*cf. p. 112, 46*). ITALA psalm. 52, 6 (Cypr. testim. 3, 55) deus nihil fecit illos (ἐξουδένωσεν. ITALA Veron., PSALT. Rom., VVLG. sprevit). Matth. 10, 37 (Ambr. Iac. 2, 5, 25) qui plus -erit patrem ... quam me (ITALA codd. a b c d g¹ q: diligit ... plus, codd. δ ff¹ k: amat ... super me, cod. g¹ (*capitul. p. 3*) diligit ... super me, VVLG. amat ... plus. φιλῶν ... ὑπέρ). LVCIF. Athan. 2, 29 p. 200, 6 plus mensae tuae copias -erunt quam ea quae. VVLG. act. 20, 24 -o animam meam pretiosiorem quam me (ποιοῦμαι). *c. gen. pretii*: NAEV. com. 9 pluris feci potioremque habui libertatem. PLAVT. Amph. 508 quanti -as uxorem tuam (*aliter* VITR. 2, 8, 8 *parietes* quanti -cti fuerint). Asin. 114 te ... haud magni. Aul. 112 hominem pauperem ... parvi -ere qui⟨n⟩ nummum petat. Bacch. 89 nihili. 1102 hoc ... non nauci. Capt. 477 terrunci. Cas. 2 fidem ... maxumi. 332 flocci. Epid. 522 minoris. Merc. 7 tanti. Mil. 784 aequi (atque *codd.*). Pseud. 269 minimi. Rud. 381 multi. TER. Ad. 163 huius (DON. *ad l.* δεικτικόν). CIC. S. Rosc. 47 plurimi. 115 tantidem quanti. CATVLL. 10, 13 nec (non *codd. plurimi*) ... pili. 42, 13 non assis. PAVL. FEST. p. 99, 17 non hettae. PETRON. 58, 4 dupundii. *c. abl. pretii*: PLIN. nat. 34, 39 in Capitolio Apollo, tralatus ... ex Apollonia ... D talentis -ctus. CORP. VII 180 (*in sigillo*) aeramenti libram donavit -ctam ⚹ III. TERT. cult. fem. 1, 9 tanto maior fit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupivit. *c. praep.*: PLAVT. Pseud. 849 pro pretio -o ut ... appareat.

D ***probare:*** MACR. somn. 1, 19, 9 haec ... ratio -it lunam non habere lumen proprium. *fort.* MANIL. 1, 207? *cf. Thielmann, Archiv 3 (1886) 180.*

iuncturae *quaedam cum duplici obiecto*: se facere (*cum simplici obiecto v. p. 104, 16 et 110, 31*): *aliquem, aliquid*: NAEV. com. 75 se[se] communem -it. PLAVT. Amph. 123 versipellem se -it *Iuppiter*. Asin. 351 -o facetum me atque magnificum virum. Capt. 123 Curc. 539 Epid. 421. Mil. 108 intimum ... se miles apud lenam. 409. 1044 magnum me -am ... quom ... me sic collaudat. 1243 tu te vilem. Most. 234 exheredem meis bonis me. Pseud. 674 me ... gloriosum. Trin. 1008 fac te propere celerem. TER. Ad. 756 hilarum ac lubentem ... te. POSTVM. hist. 2 sese stultum brutumque. CIC. Cluent. 72 se

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ligurem. Flacc. 46 Planc. 65 Brut. 218 *v. p. 117, 44.* 241 *v. p. 124, 1.* Att. 2, 19, 5 epist. 15, 18, 1 *v. p. 118, 9.* CATVLL. 10, 17 ut ... me -rem beatiorem. 97, 9 *v. p. 118, 10* PVBLIL. P 15 VARRO Men. 83 OV. epist. 6, 100 *v. p. 115, 49.* LIV. 1, 8, 2. 40, 5, 8 SEN. contr. 1, 7, 16. 7, 3, 7 *al.* VAL. MAX. 8, 7 ext. 8 *al.* PHAEDR. 4, 13, 4 se ferarum regem ... leo. SEN. benef. 1, 9, 4 *al.* dial. 2, 19, 12 epist. 5, 1 *al.* PLIN. nat. praef. 1. 6. 10, 117 SIL. 12, 402 STAT. Theb. 9, 551 MART. 12, 34, 10 QVINT. inst. 11, 1, 16 decl. 328 p. 292, 1 IVV. 1, 68. 3, 231 sese dominum. 12, 35 se eunuchum ipse. TAC. hist. 1, 76 partem se reipublicae. ann. 15, 55 *ex coni.* PLIN. epist. 1, 23, 3 paneg. 67 *al.* SVET. Aug. 28. FLOR. epit. 2, 6, 30 *ex coni.* 4, 2, 21 APVL. met. 1, 2. 10, 16 *al.* S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 12 MEN. dig. 49, 16, 4, 8 TERT. nat. 2, 13 resurr. 53 p. 111, 2 adv. Prax. 10 p. 240, 20 adv. Marc. 2, 10 p. 348, 9 *al.* ITALA (*?*) II par. 18, 21 (Filastr. 26, 4) -o me quasi angelum lucis (*aliter* LXX *et* VVLG.). prov. 30, 12 (Hier. adv. Pelag. 1, 39) iustum se (*δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει*). PORPH. Hor. epist. 1, 17, 21 *al.* SPART. Pesc. 10, 2 LACT. inst. 2, 2, 22. 5, 15, 6 *al. nota* 1, 21, 16 amputato ... sexu nec viros se nec feminas -unt. FIRM. err. 4, 2 IVST. 16, 4, 10 PS. AVR. VICT. epit. 20, 2. EVTR. 6, 20, 1 dictatorem se fecit (*δικτάτωρα ... ἑαυτὸν ἐχειροτόνησε*). *al.* LVCIF. non parc. 11 p. 232, 15 cum temet in aeternum esse -eris punitum. *sim.* Athan. 1, 32 p. 122, 3. FILASTR. 26, 2 animae ... deditas ... se impietati -unt. MAXIMIN. c. Ambr. 66 VVLG. Sirach 20, 13 Marc. 15, 30 *al.* AVG. civ. 4, 20 p. 169, 11 *al.* in psalm. 62, 18 se subter fecit. grat. Christ. 19, 20 COMM. instr. 1, 23, 2. 11 *v. p. 117, 71.* 2, 17, 12 *v. p. 114, 53.* apol. 623 deus ... hominem totidemque se fecit. MACR. sat. 3, 20, 5. PS. AVG. quaest. test. II nov. 51 p. 443, 27 si non Iudaeum se -isset ... ire. ITIN. Alex. 53 sese ... convivam. COD. Iust. 4, 29, 24 pr. VEN. FORT. carm. 1, 1, 16 te -is esse viam. ORIG. in Matth. 18, 100 -ere se in parvum. BENED. reg. 4 VITA Radeg. 2, 8. *passive*: LIV. 7, 10, 10 Romanus ... cum ... toto ... corpore interior ... -ctus insinuasset se inter corpus armaque *hostis*. *aliquo*: DON. Ter. Phorm. 635 'hinc se -at', id est abeat, ut 'huc se -at' huc accedat significat. APVL. met. 5, 2 propius accessit et ... intra limen sese -it. ITALA psalm. 72, 27 (Aug. civ. 10, 25 Praedest. 3, 9 p. 647^{D}) qui longe se -unt a te (*μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ*. ITALA Veron., PSALT. Rom., VVLG. elongant se). VEREC. in cant. 2, 12 qui idolis servit, ... se cum idolis -it, non idolum secum. GREG. M. epist. 2, 45 p. 145 Aregis ... cum Ariulfo se fecit. meum, tuum, suum *facere etc.*: PLAVT. Amph. 375 pugnis usu -isti tuom (*sc. me*). Bacch. 1153 tuom -ito. Mil. 1367 me tuom (meorum *sim. codd.*) -ctum. Poen. 1218 tuas nos facile -eris. TER. Ad. 115 is meus est -ctus. 875. 898. Haut. 12 vestrum iudicium fecit. RHET. Her. 4, 29, 40 *bis.* CIC. inv. 2, 62 quae filii fuerunt, ... nostra fiant. Quinct. 90 agrum ... suum. S. Rosc. 145 Caecin. 74 leg. agr. 2, 40. de orat. 2, 304 litem tuam. Att. 1, 4, 3. 7, 3, 9 epist. 16, 10, 2 CAES. civ. 2, 32, 1 PVBLIL. A 10 VARRO ling. 5, 183. 7, 105 rust. 2, 1, 15 SALL. Iug. 102, 13 OV. epist. 16, 138. 19, 121 *al.* ars 2, 259 met. 9, 760 fast. 2, 690. 4, 22 *al.* LIV. 3, 18, 7. 21, 44, 5 *al.* 41, 8, 12 ne quis quem ... suum -ret neve alienaret. MANIL. 5, 480 SEN. Phoen. 558 clem. 1, 3, 1 *al.* epist. 20, 1 aliquando fias tuus (75, 18). 84, 7 *al.* LVCAN. 3, 34 (*cf.* COMMENT. *ad h. l.*). 7, 745 LVCIL. IVN. carm. frg. 1 PLIN. nat. 1, 11, 24. 17, 100. 28, 6 STAT. Ach. 1, 377 MART. 13, 127, 2 QVINT. inst. 1, 5, 68. 10, 2, 26 decl. 336 p. 324, 11 PLIN. epist. 2, 15, 1 IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 7 GAIVS inst. 2, 20 *al.* FLORENT. dig. 1, 8, 3 APVL. met. 9, 14 *al.* PAVL. dig. 3, 5, 23 MIN. FEL. 6, 2 TERT. adv. Val. 1 p. 178, 9 *al.* ITIN. Alex. 31 *al.* COD. Iust. 3, 32, 11 pr. (*a. 293*). PANEG. 5, 6 VOPISC. Tac. 15, 2 *al.* LACT. inst. 5, 6, 2 *al.* OPTAT. 6, 8 p. 155, 22 AVSON. 415, 53 AVG. civ. 16, 25 p. 165 *al.* *similiter* PETRON. 38, 12 liberti ... omnia ad se -erunt. *pro altero obiecto est part. perf. pass.* (*interdum circumscribit simplex verbum, ut* missum facere, *i. fere q.* '*mittere*'): PLAVT. Amph. 1145 missum -o Tiresiam. Pseud. 224 omnia -is effecta. Rud. 800 te ... faxo recte acceptum. TER. Haut. 341 ademptum tibi ... faxo ... metum. CATO agr. 40, 3 librum ad librum vorsum -ito. LVCIL. 1280 Nuculam ... confixum ... -ere. CATVLL. 36, 16 acceptum face redditumque votum. PROP. 2, 18, 6 scissas ... ruga genas. OV. am. 1, 8, 92 fit ... per multas praeda petita manus. met. 5, 480 vitiata ... semina fecit. SEN. Herc. O. 890 mors innocentes ... deceptos. PS. SEN. epist. Paul. 5 te res remo[ra]tum. PETRON. 74, 4 ut aeno coctus fieret gallus. HYG. lim. grom. p. 187, 4 sol ... umbras ... -it ordinatas. DECRET. decur. Caeret. (Corp. XI 3614) 4 descriptum et recognitum -ctum. ARGVM. Plaut. Mil. 1, 11 omissam ... concubinam. IVL. VAL. 1, 6 si fiat editus partus. ITALA psalm. 72, 14 (Hier. epist. 39, 2, 4) -ctus sum flagellatus (*ἐγενόμην μεμαστιγωμένος*. ITALA Veron., PSALT. Rom., VVLG. fui flagellatus). Dan. 2, 35 (Firm. err. 20, 4) argentum et aurum -cta sunt minuta (VVLG. contrita sunt. LXX *λεπτὰ ἐγένετο*. THEODOT. *ἐλεπτύνθησαν*). Rom. 6, 5 (codd. d g *et* VVLG.) complantati -cti sumus (*σύμφυτοι γεγόναμεν*). COD. Iust. 3, 28, 22 pr. (*Diocl.*) filia ... exheredata -cta. HIL. myst. p. 10, 13 id ... cognitum fiat (p. 15, 26). FILASTR. 26, 2 *v. supra l. 21.* AVSON. 350, 8 aere dirutum *me*. FVLG. aet. mund. p. 161, 5 vasa ... polluta. HEGES. 1, 34, 1 gentem ... subiectam. VVLG. lev. 26, 22 desertae ... fiant viae vestrae. psalm. 31, 5 (*item* PSALT. Rom.) delictum ... cognitum ... feci. 65, 8 auditam ... vocem. AVG. civ. 13, 7 p. 564 sententia istos fecit exceptos. c. Iul. 6, 3, 7 parvulos ... exceptos. COMM instr. 1, 9, 1 fiat ... depictus. CYPR. GALL. iud. 667 fiant ... soluti. IGNAT. ad Eph. 16, 2 inquinatus -ctus (*ῥυπαρὸς γενόμενος*). CHRON. Alex. chron. I p. 94, 22 dispersas -amus ... linguas. SEDVL. epist. 1 p. 9, 7 in ... senatu fieri allecta (*virgo*). PAVL. PELL. 48. DRAC. laud. dei 3, 122 natos qui planctos ... -it. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 115 asinum hoc est semet ipsum ... gravat et -it ... oneratum (*ποιεῖ ... κατάγομον*). GREG. TVR. Franc. 3, 31 adulta -cta. ANTHIM. 23 *pulli* capriati. 48 pectinis ... elixi. ORIBAS. syn. 1, 28 fiunt ... confectae aquae calefacientes (*γίνεται ... θερμαίνοντα ὕδατα*). COD. Iust. 3, 1, 13, 2^{c} poena ... fiat imposita. 3, 28, 36, 2^{b} insertam -at praeparationem. 6, 23, 27, 2. GREG. M. moral. 9, 50 transacta fiunt, quae venientia longa videbantur. CORP. VI 29289, 12 si quis hoc monumentum ... donatum -erit. *aliter* ITALA II reg. 7, 9 (Aug. civ. 17, 8 p. 223, 20) feci te nominatum secundum nomen magnorum (*ἐποίησά σε ὀνομαστόν*, VVLG. feci ... tibi nomen grande).

caput tertium.

ABSOLVTE

I *de personis* (*in actionibus voluntatis*): **A *generatim*:** **1** *accedente adverbio modi sim.* (*facere aliquo modo [alicui]; fit aliquo modo* [*alicui*]): LEX reg. Fest. p. 6, 2 si quisquam aliuta faxit. NAEV. trag. 38 egone an ille iniurie -imus? PLAVT. Amph. 79 sat habet favitorum ... qui recte -it. 289 sapienter. 315 nequiter. 352 bene. 397 utut. Aul. 20 item. Bacch. 445 strenue. 555 ei male. 871 sedulo. 1013 stulte. 1062 odiose. Capt. 949 benigne. 960 vere. Cas. 260 commode. 394 malitiose de hac re. Cist. 107 amice. Curc. 675 lepide. *talia saepius.* Mil. 1436 si sic aliis moechis fiat. CATO orig. 95 quanto nos inter nos ... cautius -imus. or. frg. 1, 28 quanto secus. TER. Andr. 755 impudenter. COM. pall. inc. 50 aegre -am filiis (*cf. Char. gramm. I 176*). RHET. Her. 4, 3, 4 immodeste. CIC. Planc. 28 gratius ... civitatibus. 52 eis ... benigne a populo -ctum. Mil. 9 -ere ... periculose quam perpeti turpiter maluit. 82 fortiter. Tusc. 1, 86 Pompeio ..., cum graviter aegrotaret ..., melius est -ctum. Att. 5, 4, 2 de Marcello -isti diligenter. VITR. 2, 8, 18 cum ... opus erit his uti, ... sic erit -endum (*sic saepius*). SEN. contr. 1, 6, 5 blande. SEN. epist. 1, 1 ita fac, ..., vindica te tibi. COLVM. 3, 13, 2 *malleolos* erigunt ... cetera coaequant; aeque (quae *codd.*) -unt in eadem linea. PETRON. 71, 10 populum sibi suaviter -entem. MART. 1 praef. 9 improbe. 4, 72, 4 tam fatue. PLIN. epist. 1, 15, 3 dure. *talia passim.* GLOSS. III 115, 64 *sqq.* puer, cito fac et tolle sabana. *nota iuncturas*: TER. Eun. 624 voluit -ere contra huic aegre (*v. vol. IV p. 741, 74 sqq.*). PLANC. Cic. epist. 10, 9, 3 te, ut diligas me, si mutuo te -urum scis, rogo. satis facere *v. p. 104, 49.* *pro adverbiis adverbialia vel enuntiata*: LEX luci Lucer. (Corp. I^{2} 2 n. 401) 5 arvorsu hac (S. C. de Bacch. [Corp. I^{2} 2 n. 581] 24 quei arvorsum ead -issent. LEX Bant. [Corp. I^{2} 2 n. 582] 9 advorsus hance legem). ENN. scaen. 399 qui ... monstrat viam, quasi lumen ... accendat, -it. PLAVT. Amph. 198 meo more -ero. Aul. 477 consilio bono. Capt. 296 tua ⟨ex⟩ re -eris (Men. 661). Pseud. 540 de compecto. TER. Phorm. 659 stultitiā ... malitiā. RHET. Her. 2, 9, 13 se contra quod legibus sanctum ... sit, -isse. CIC. inv. 1, 70 contra legem. Lig. 33 fraterne ... pie ... cum dolore. Phil. 10, 26 recte et ordine exque republica. 13, 50 pro patris ... animo. off. 3, 95 contra rempublicam. CVRT. 7, 1, 31 ut omnibus diebus, illo quoque ... fecimus. ITALA deut. 17, 12 (Cypr. epist. 3, 1. 66, 3 Lucif. Athan. 1, 6 p. 75, 27) quicumque -erit in superbia (*ποιήσῃ ἐν ὑπερηφανίᾳ*, ITALA Lugd. in fastidio. Cypr. epist. 4, 4 -erit superbiam. VVLG. superbierit). ITALA (codd. a b d *δ* e f ff^{2} q, Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 463, 12) *et* VVLG. Luc. 6, 23 secundum haec (*vel* sic, similiter, per eadem) ... -bant prophetis patres eorum. ITALA (codd. a b d *δ* e f q, Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 472, 4) *et* VVLG. Luc. 6, 31. SERV. Aen. 8, 1 legitima erat militia eorum, qui ... iurabant pro republica se esse -uros. *cf.* SCHOL. Cic. Gron. p. 407, 22 cohors ... quae circa praetorem -it (GLOSS. V 657, 36). VVLG. Tob. 3, 6 secundum voluntatem tuam fac mecum. Ier. 14, 7 fac propter nomen tuum. TAB. devot. Audollent 140, 7 *v. p. 95, 27.* PLAVT. Amph. 541 -am ita, ut vis. 1052 sic -am, ut constitui. Asin. 369 -am, ut iubes. 829 ut iusseris ..., ita fiet. Capt. 294 hic fecit, hominem frugi ut -ere oportuit. TER. Hec. 719 -am, ut mones. CIC. or. frg. A VII 57 -ite, ut -itis. CAES. Gall. 6, 30, 1 ut imperatum est, -it. VARRO frg. Aug. civ. 4, 22 p. 172, 28 ne -amus, ut mimi solent, et optemus *eqs.* LIV. 3, 54, 1 -rent, ut vellent. VVLG. gen. 18, 5 fac, ut locutus.es.

2 *nude*: PLAVT. Aul. 453 coquite, -ite, festinate. TER. Eun. 497 nitar, -am, experiar. LEX repetund. (Corp. I^{2} 2 n. 583) 72 iudex deinceps -at ⟨principe cessante⟩ (*an* iudicium *?*). SALL. Catil. 3, 1 qui fecere et qui facta aliorum scripsere. 8, 5 optimus quisque -ere quam dicere ... malebat. NEP. Dat. 7, 1 cum cogitasset, -ere auderet. SEN. epist. 20, 2 -ere docet philosophia, non dicere. TERT. patient. 5 p. 6, 21 diversitate testantur *deus et diabolus* neutrum alteri -ere, ut (*consec.*) ... videri possit. *nota* SORT. Sangall. 34, 5 non -is ullo loco (*i. bono usui es, cf. Bücheler, Ind. Schol. aest. Bonn. 1877 p. 14*). CHALC. comm. 319 p. 343, 25 *deus* primitus operatur ac -it. ITALA (Aug. civ. 20, 27) *et* VVLG. Mal. 3, 17 in die qua ego -o (*cf.* ITALA [Aug. civ. 18, 35 p. 310, 28] *et* VVLG. Mal. 4, 3). ITALA (codd. a b d *δ* e f n q) *et* VVLG. Matth. 20, 12 novissimi una hora -erunt (*ἐποίησαν*. cod. g^{1}: unam horam). AVIAN. fab. 32, 12 praesentes ... adhibe, cum -is ipse,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deos. FVLG. RVSP. epist. 15, 13 (*opp.* velle). *in grammatica et philosophia*: VARRO ling. 10, 33 -endi et patiendi *species* ut uro ungo, uror ungor. QVINT. inst. 3, 6, 24 *inter Aristotelis elementa*: -ere, pati. PS. AVG. categ. 8 *inter decem categorias*: aut -ere aut pati (*item* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 16 *al.* CASSIOD. art. 3 p. 1170^{A} -ere *ποιεῖν*. p. 1170^{C} -ere est ... aliquid operari). MART. CAP. 4, 340 quid -ere, quid pati (*cf.* 4, 363. 380). faciens *pro subst.*: VARRO rust. 1, 1, 4 quoniam, ut aiunt, dei -entes adiuvant (*cf.* AVG. quaest. hept. 2, 167). 1, 17, 4 ut -entem imitetur. SEN. dial. 5, 12, 2 animum -entis (AVG. conf. 3, 9, 17). 5, 28, 5 de -cto bene existimamus, de -ente male. epist. 65, 9 haec ... mundus ... habet: -entem: hic deus est. 82, 18. 94, 44. 98, 17 PLIN. epist. 6, 24, 1 CHAR. gramm. I 273, 18. DRAC. laud. dei 1, 751 -entis (*i. dei*) opus. faciendi: PLAVT. Epid. 271 occasio. CIC. inv. 1, 29 facultates. 1, 40 oportunitas. 2, 24 causa. 2, 44 ratio. de orat. 3, 59 *sapientia*. SALL. Iug. 31, 22 licentia. SEN. benef. 4, 25, 1 ratio. COLVM. 1, 1, 2 voluntas (*supra*: agendi). CELS. dig. 42, 1, 13, 1 *obligationes*. POMPON. dig. 50, 16, 175 '-endi' verbo reddendi etiam causa continetur. ITALA (Veron., Psalt. Rom.) *et* VVLG. psalm. 118, 126 tempus. a faciendo, ad -endum, *al.*: CIC. inv. 2, 35 voluntas a -endo demonstrabitur afuisse. 2, 40 commoditas ad -endum idonea. de orat. 1, 120 pudendo . . . non -endo. 3, 197 cum plurimum in -endo intersit inter. ac. 2, 22 in -endo atque agendo. VITR. 1, 1, 16 ad -endum sunt instituti. PAVL. FEST. p. 2, 4 pronum animum ad -endum. PAVL. sent. 2, 31, 2 fur ... in -endo deprehensus. AVSON. 265, 4 non -endo nocens, sed patiendo fuit. PS. ASCON. Verr. p. 178 in nascendo sors est, in -endo industria. AVG. civ. 12, 21 p. 544 a -endo quiescere. COD. Iust. 8, 37, 13 pr. in dando sive in -endo *stipulatio* (*cf.* 5, 4, 24 *al.*). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} *ἐν φαχιένδο*[ϛ]. *ἐν ποιήσει*.

B ***speciatim*:** **1** *stare a partibus alicuius vel contra aliquem*: VARRO ling. 7, 66 ab una -end⟨o⟩ factiosae ... dictae (CIC. div. in Caec. 34 indicium ... dari, quod tecum una -erit). facere cum *aliquo v. p. 123, 33*. OV. am. 1, 3, 12 Phoebus comitesque . . . hinc (*Merkel*; haec *codd.*) -unt (epist. 1, 103 hinc -unt custosque boum longaevaque nutrix). CAEL. Cic. Att. 10, 9^{a}, 2 te contra ... Caesarem -ere (epist. 8, 16, 2). BELL. Afr. 55, 1 arma capiunt contraque regem -ere non dubitant. BELL. Alex. 58, 4. PASS. Petr. Paul. long. 16 quae (*civitas*) semper vos adversum fecit (*ὑμῖν ἐναντία ἐγένετο*). VVLG. I reg. 14, 6 si ...-at dominus pro nobis. **2** *solvere: v. p. 94, 23.* **3** *coire* (*cf. Friedrich ad Catull. 110*): CATVLL. 110, 2 accipiunt pretium quae (*sc. amicae*) -ere instituunt. 110, 5 aut -ere ingenuae est aut non promisse pudicae. *cf.* LVCR. 4, 1112 (*de amantibus*) -ere (*sc.* 'penetrare et abire in corpus corpore toto') interdum velle et certare videntur. 4, 1195 *mulier* -it ex animo. OV. am. 3, 4, 4 quae (*puella*), quia non liceat, non -it, illa -it. PETRON. 45, 8 quid servus peccavit, qui coactus est -ere (*supra*: cum dominam suam delectaretur). 87, 5 si quid vis, fac iterum. 87, 9. MART. 1, 46, 1 'propero, fac si -is'. IVV. 7, 240 ne turpia ludant, ne -ant vicibus. TERT. nat. 1, 16 Persae . . . cum matribus libere -unt. PORPH. Hor. carm. 3, 6, 29. AVSON. 119, 4 qui -it et patitur (*possis supplere* stuprum *ex vers. 1*). *cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 695 licenter -entium Panum. nam solent Nymphas ad usum libidinis rapere. **4** *cacare*: PLAVT. Pseud. 1178 etiamne -ere solitus es (*puer in cunis*)? scin quid loquar? PETRON. 47, 4 si quis ... voluerit sua re [causa] -ere, non est quod illum pudeatur (66, 2). 62, 4 homo meus coepit ad stelas -ere (*aliter explicat Friedländer*). *similiter*: PELAGON. 130 si ... venter non -it (*interpres*: *καὶ μὴ προχωρῇ ἡ κοιλία*). *cf.* ORIBAS. syn. 6, 4 *urina* -it munda (*καθαρὰ ... ἐκκρίνεται*) et ... efficitur turbulenta. **5** *vivere, degere* (*accedente plerumque acc. vel abl. temporis*): ALF. dig. 40, 7, 14, 1 annum in fuga. OV. met. 4, 292 tria cum primum fecit quinquennia. SEN. epist. 66, 4 paucissimos una -erimus dies (PAPIN. dig. 48, 5, 12, 5 dies ... in custodiam). ITALA II Cor. 11, 25 (cod. d) noctem et diem in profundo (*πεποίηκα*, cod. g *et* VVLG. fui). act. 15, 33 (codd. d e) cum -issent (cod. g: -entes) ... tempus (*ποιήσαντες ... χρόνον*, VVLG. -cto ... aliquanto tempore). *saepius*. IREN. 1, 25, 4 uti iam non -ant in corpore *animae* (*v. adnot. ed.*). CAPITOL. Max. Balb. 5, 5 pueritiam ... in domo parentis. ITIN. [Silv.] 20, 1 -cto ... triduano. 20, 7 fecimus ... biduum. LIB. gener. chron. I p. 120, 269 menses III. VITAE patr. 5, 4, 16. 5, 10, 76 viginti ... annis. NOVELL. Iust. 123, 9 ultra ... anni tempus extra ... ecclesiam -entibus (*ποιοῦσι*). PALLAD. hist. mon. I 4 apud quem multum temporis (*πολλὰ συγχρονίσας*). 9 p. 283^{C} plurimum tempus (*χρονοτριβήσας*). CORP. VI 2335, 8 multis annis -atis. 32943 fecit cum co⟨iug⟩e sua an. IIII. 36431 annus (*sic*) ... continuis. IX 659 fecit annis XXX. 5517. XI 832. 5797 vixit annos XV ... et fecit ad maritum Flavium ⟨. . .⟩. *similia saepius*. VIII 21241 fecit mecum annis X. CARM. epigr. 434, 4 bis quinos annos mensesque duos, duo soles ad superos feci. 437, 5 feci secure. INSCR. christ. Rossi I p. 107 (*a. 349*) cum qua fecit annis VIII. 190 (*a. 366*) fecit annus VIII. 193 *al.* 447 (*a. 397*) fecit ... cum ... marito annis IIII dies XXI (*ibid.* fecit cum maritum annos V). *de re*: HIER. chron. a. Abr. 901 arca ... in domo Aminadab -it annos XX. *sim.* ITALA act. 27, 18 (cod. s) cum vehementem -remus tempestatem (*χειμαζομένων ἡμῶν*, VVLG. nobis tempestate iactatis). **6** *agere convivium*: PETRON. 26, 9 nescitis, hodie apud quem fiat? *cf.* ITALA II reg. 12, 4 (Iren. 4, 27, 1) accipere de grege . . . et -ere hospiti (*λαβεῖν ἐκ τῶν ποιμνίων ... τοῦ ποιῆσαι τῷ ξένῳ*, VVLG. ut exhiberet convivium). **7** *subscribere?* AVELL. p. 232, 18 in hac forma -erunt Menas *al.* (*i. professionem? cf.* p. 231, 4). **8** *ire* (*cf.* s e facere *aliquo p. 119, 31*): TERT. pall. 3 p. 928 ad illum (*Osirim*) ex Libya Ammon -it. NOVELL. Iust. 59, 3 si ... retro -erint (*κατόπιν γένοιντο*) circa talem solutionem. **9** *parere, aptum esse* (*proprie de bestiis*): CIC. Brut. 192 si auditor omnino tamquam equus non -it. OV. am. 1, 2, 16 frena minus sentit *equus*, quisquis ad arma -it. SEN. contr. 3 praef. 9 alii ad aprum, alii ad cervum canes -unt. **10** *sacrificare: v. p. 97, 19.*

II ***de rebus*:** **A** ***nude** vel cum **adverbio** modi*: PLAVT. Stich. 463 augurium hac -it (*i. -it, ut sperem*). LVCR. 1, 443 -ere et fungi sine corpore nulla potest res. OV. am. 2, 9, 36 hic tibi sunt vires, hic tua dextra -it (valet *P, vulg.*). ars 3, 57 dum -it ingenium, petite hinc praecepta. trist. 3, 8, 23 nec caelum nec aquae -unt nec terra nec aurae. CELS. 4, 19 p. 145, 18 commode ... -it cyatho lactis cyathus aquae mixtus. *nota* CELS. 7, 7, 7 quod (*sc. medicamentum*) et tardius et non idem -it. SCRIB. LARG. 24 -it hoc (*medicamentum*) per se. 27 p. 16, 8. 67 p. 29, 20 -unt: laser ..., euphorbium (*cf.* 68 sunt apta). 184 *al.* SEN. epist. 65, 3 *omnes res* ex eo constant, quod fit, et ex eo, quod -it. Stoicis placet unam causam esse, id quod -it. 89, 16. 106, 3 bonum -it (facile *codd.*): prodest enim. 106, 4. 117, 2. 3. 10. COLVM. 6, 15, 1 idem remedium optime -it ..., si. 7, 5, 7 -it ... commode ... compositio. 7, 5, 10. 8, 17, 13. 9, 4, 3 *al.* QVINT. inst. 11, 3, 171 vox ... mire -et. TERT. adv. Marc. 1, 8 p. 300, 18 quod -it, pati non potest. PLIN. med. 1, 10 coagulum ... mirifice. 3, 37 *al.* AVG. civ. 5, 9 p. 207 causa rerum, quae -it nec fit, deus est. 7, 9 p. 285. 21, 10 p. 510 *aer in balneis* prior uritur -itque cum patitur. PS. APVL. herb. 2, 13 folia ... optime. MACR. somn. 1, 11, 5 mundum in duo diviserunt, quorum alterum -it, alterum patitur: et illud -ere dixerunt, quod ... alteri causas ... permutationis imponit *eqs.* THEOD. PRISC. eup. faen. 12 sic ... nitrum (*cf. ibid.* hoc ... gallarum pulvis). CAEL. AVR. chron. 2, 14, 206 *al.* (*de medicamentis*). ANTHIM. 70 oriza ... bene cocta -it (*opp.* nocet). ORIBAS. syn. 1, 21 p. 828 *sucus* -it bene. *ibid.* eodem ... modo. *saepius*. *part.* faciens: SEN. epist. 62, 12 ratio ... -ens. ROMAN. Char. gramm. I 118, 28 nomina ... principalia, quae Plinius Secundus ... -entia appellat. AVG. civ. 7, 9 p. 285, 29 -ens causa. CHALC. comm. 307 *initiorum* alterum ut -ens, alterum ut patiens. *ibid.* quod ... -ens diximus, deus est. *fort. huc pertinet* VIRG. gramm. epist. 3 p. 140, 22 -ens lectio demonstrat.

B facere ***alicui rei** (vel personae)*, **ad, in** *aliquid sim.*: PROP. 3, 1, 20 non -et capiti dura corona meo. OV. am. 3, 11, 42 non -it ad mores tam bona forma malos. epist. 2, 39 per Venerem nimiumque mihi -entia tela. 6, 128 Medeae -unt ad scelus omne manus (14, 56 ad ... tela). 15, 190 ad ... formam ... locus. ars 3, 540 -it ad mores ars ... nostra. trist. 1, 10, 44. EPIST. Sapph. 8 non -it ad lacrimas barbitos ulla meas. SCRIB. LARG. 1 ad capitis dolorem ... bene -it serpulli pondo quadrans *eqs.* 26 quod ... ad pustulas ... -it. *talia passim*. 75 -it ad omnia ... efficacius. 81 ad strumas ... mirifice. 141 commode. 150 belle. 157 proprie. 271 *compositiones* ad ea, quae ..., -entes. SEN. benef. 1, 3, 10 quod belle -it ad versum. dial. 9, 6, 2 quorundam contumacia non -it ad aulam (*syn.* parum idonea est). epist. 68, 13 haec aetas optime -it ad haec studia. COLVM. 4, 13, 2 non pessime ... -unt in hunc usum ... folia. 4, 26, 1 recte ... -unt ad eam rem silvestres pinus. 8, 11, 6 maxime -it ad hanc rem, si ... torreas. 12, 57, 1. PETRON. 48, 2 quidquid ad salivam -it. PLIN. nat. 22, 46 -it ⟨ad⟩ difficultatem urinae. 22, 48 coeliacis praeclare -it. 26, 144 peristereos ad omnia genera ... ulcerum -it. 34, 170 ad haec ... lotura plumbi -it. MART. 1, 51, 1 non -it ad saevos cervix nisi prima leones. 10, 45, 6 non -it ad stomachum nostra lagona tuum. 13, 3, 8 si quid non -it ad stomachum. QVINT. inst. 2, 12, 10 collidere manus *eqs.* ... mire ad pullatum circulum -it. 5, 13, 57 *loci* ad comparationem ... argumentorum (*supra*: magnam vim ... afferunt). 10, 1, 33 vestem bene ad forensem pulverem -ere. 10, 5, 11 in hoc optime -ent infinitae quaestiones. PS. QVINT. decl. 16, 6 non -it ista lex ad liberos. SVET. Claud. 16 *taxi sucus* ad viperae morsum. APVL. apol. 31 piscis ad quam rem -it captus nisi ad epulas? TERT. nat. 2, 3 quod ad praesentem speciem -it. spect. 5 p. 7, 15 *al.* resurr. 6 p. 33, 21 quo ... -it ... nomen terrae ventilare (adv. Hermog. 36 p. 166, 12). adv. Marc. 4, 40 p. 560, 5 -bat ad vanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur. apol. 29 -it ad causam, si ... habent. COD. Iust. 5, 51, 4, 1 (*a. 222*) nec ad rem -it, quod. PS. GARG. MART. p. 212 ad ... aestum aegrotantibus. CYPR. epist. 55, 30 quae in ... concordiam -ant. LACT. opif. 2, 7 ea ... mirabiliter ... ad pulchritudinem. SORT. Sangall. 52, 11 -it ad actum civitas (*v. adnot. ed.*). AQVILA rhet. 42 p. 35, 23 *elocutiones* ad ostensionem. PLIN. med. 2, 20 *al.* QVEROL. p. 13, 9 hoc ad Querolum non -it. SCHOL. Iuv. 6, 133 SCHOL. Cic. Bob. p. 60, 10. CLAVD. DON. Aen. 1, 523. 5, 611 -bat ad causam, ut ... afuissent PELAGON. 8 pulvis ... ad morbum. 161 *al.* *nota* 152 -it ... passioni et prodest aqua. CHIRON 78 ad tunicas ruptas. 484 *al.* VEG. mulom. 2, 24, 3. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 39, 29 ad *ἀναγωγήν* -it, si ... ponatur. PELAG. in I Cor. 15 p. 769^{a} *al.* VVLG. sap. 13, 13 (*εἰς οὐθὲν εὔχρηστον*). ANON. med. ed. Piechotta 138 *al.* PLAC. med. 4, 8. DIOSC.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 26 (*εἰς . . . φάρμακα . . . ἐστὶ χρήσιμος*). 1, 40 *compositio* -it illis qui (1, 37 W. *ἁρμόζει . . . τοῖς*). 1, 42 (1, 38 W. *ποιεῖ . . . πρός. sim.* 1, 55 [1, 50 W.]. *saepius*). 2, 84 amilu rebus medicinalibus inutilis est, sed reliquis omnibus -it (2, 101 W. *ἄθετον . . . εὔθετον*). 4, 60 -it . . . ad tussim (4, 64 W. *ποιοῦσι φάρμακον . . . πρός*). AVELL. p. 10, 4 quod ad . . . causam. CASS. FEL. 35 *al.* ENNOD. opusc. 6, 26 vers. 4 p. 410, 15 non -it ad mores . . . fallere. ANTHIM. 70 oriza . . . ad dysentericos. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 818 *compositio* ad eos, quibus. p. 819 podagricis. *sim. saepius.* GREG. M. epist. 12, 9 ne illi despectus sum ad periculum et tibi -at ad culpam. INSCR. ocul. (Corp. XIII 10021) 152[b] diabsor(icum) ad omnem clar(itatem) fac(iens). *sim. saepius in signaculis ocularionum. nota* SCRIB. LARG. 178 antidotos . . . posui in -entibus ad omne malum. *de homine tamquam re*: VOPISC. Aurelian. 8, 3 *Aurelianus* gravis est et ad nostra iam non -it (*i. convenit*) tempora.

C facere **ab, pro** *aliquo*, **contra** *aliquem, sim.*: CIC. inv. 1, 90 quod nihilo minus ab adversariis quam a nobis -it. CIC. Quinct. 1 *gratia et eloquentia* contra nos ambae -unt. HIER. tract. in psalm. I p. 133, 2 locus . . . contra Arrianos (PELAG. in I Cor. 1 p. 718[D] *syn.* valet). ARNOB. in psalm. 77 p. 438[B] locus contra haereticos. SCRIB. LARG. 176 antidotus . . . -it adversus toxicum. QVINT. decl. 377 p. 420, 25 secunda adv⟨er⟩sum me -unt. GELL. 2, 22, 12 Africus . . . adversus volturnum -it (*ibid. bis*: flat). TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 496, 17 argumentum adversus se. PELAG. in Rom. 1 p. 646[B] *al.* MART. CAP. 5, 563 quaestio adversus nos valde. VLP. dig. 8, 5, 2, 3 pro sententia Iuliani -it quod Labeo scribit . . . debere. TERT. nat. 1, 6 pro legibus -it inquisitio. adv. Marc. 5, 2 p. 571, 24 euangelii aedificatio pro me. CLAVD. DON. Aen. 1, 467 quid pro gloria Troianorum -ret. *ibid.* -bat . . . pro gloria cum . . . insequebantur (*sim.* 11, 525 *al.*). HIER. c. Vigil. 6 pro te -ens . . . testimonium. AVG. epist. 164, 6 illud . . . pro hac sententia . . . -ere videatur. bapt. 2, 1, 1 quantum pro nobis . . . -ant ea quae.

iuncturae *ad I et II: persona vel res* facit cum *aliquo (aliqua re) i. stat a partibus alicuius, prodest ei*: RHET. Her. 2, 10, 15 utrocum (*b l*[2]*; corrupt. in rell.*) -ant *partes iuris.* CIC. Quinct. 91 cum veritas ⟨cum⟩ hoc -at. *saepius. v. vol. IV p. 1351, 1 sqq. adde*: CIC. Verr. 2, 104 NEP. Ages. 2, 5. Eum. 8, 2 cum quibus -erint (*opp.* adversus quos steterint). HOR. epist. 2, 1, 68. 2, 2, 23 mecum -entia iura. OV. ars 3, 762 cum Veneris puero non male, Bacche, -is. trist. 4, 1, 54 deorum . . . cum magno Caesare turba. GELL. 15, 22, 10. APVL. mund. 38 numerus cum ratione temporis -ens. TERT. spect. 10 sententia ipsorum nobiscum -ens. ieiun. 11 p. 289, 28 *al.* SOL. 30, 33 *lapis hyacinthus* sentit auras et cum caelo -it. HIER. epist. 34, 2, 1 Theodotion . . . cum septuaginta translatoribus -it. EPIST. pontif. 339 Migne 20, 671[A] tecum . . . praecepta. *aliter: aliquis* facit cum *aliquo, i. agit cum eo, tractat eum*: VVLG. psalm. 108, 21 fac (*i. age?*) mecum propter nomen tuum (*at* ITALA Veron. *et* PSALT. Rom.: fac mecum misericordiam [*quod fort. excidit in* VVLG.*?*]. *sed cf.* ITALA [Veron.], PSALT. Rom., VVLG. psalm. 118, 124 fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam). 125, 2 (PSALT. Rom.) magnificavit dominus -ere cum eis. Sirach 32, 23 fecit cum eo sine consilio (*ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ*). faciente *aliquo vel aliqua re*: OV. met. 2, 540 lingua -ente . . . color . . . est contrarius albo. LVCIF. non parc. 9 p. 227, 13 -ente deo . . . calcemus. SCHOL. Pers. 1, 100 Libero -ente. Iuv. 1, 64. 5, 147. 7, 200 SERV. Aen. 1, 651. 2, 626. 11, 351. 866. HIER. tract. in psalm. 89 p. 62, 13 qui per peccatum cecidit diabolo -ente. epist. 49, 2, 2 te post dominum -ente damnatus est. AVG. civ. 20, 14 p. 440 DAR. Aug. epist. 230, 1 CASSIAN. conl. 10, 5, 2 LIB. pontif. p. 18, 9 AVELL. p. 131, 2 ENNOD. opusc. 3, 121 p. 362, 9 CASSIOD. in psalm. 33 praef. hist. 1, 11 p. 899[B]. 5, 31 p. 1008[B] PRISC. gramm. II 2, 8 IORD. Rom. 270. 363 Get. 119 GREG. TVR. Franc. 3, 21. 5, 39 Mart. 2, 7 HIST. Apoll. rec. A *et* B 10 CONC. Turon. a. 567 p. 133, 14 GREG. M. epist. 1, 77. 2, 44 *al.* VITA Caes. Arel. 2, 2 *al.* ACT. Achat. 4 p. 118, 29 Adam . . . dextera sua -ente formavit.

est ... gloria ... magnorum ... -a [*c, Isid. orig. 2, 30, 2; omitt. ceteri*] meritorum, quae cum optimi cuiusque tum etiam multitudinis testimonio comprobatur). Tusc. 3, 4 est ... gloria *eqs.*; illa autem, quae se eius imitatricem esse volt, temeraria atque inconsiderata et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, -a popularis *eqs.* (*cf.* Mar. Victorin. defin. p. 26, 11 *sqq.*). Sen. epist. 102, 8 quomodo -a non est unius sermo ... sic *eqs.* (*cf.* 102, 12. 13 ad gloriam aut -am non est satis unius opinio). 102, 17 -a vocem utique desiderat, claritas potest etiam (enim *codd.*) citra vocem contingere contenta iudicio. Qvint. inst. 5, 3 -am atque rumores pars altera consensum civitatis (*cf.* decl. 269 p. 98, 26) et velut publicum testimonium vocat, altera sermonem sine ullo certo auctore dispersum *eqs.* Non. p. 305 -a est opinio secundum consuetudinem (*seq. Verg. Aen. 3, 121*). -a, spes profuturi numinis (*seq. Verg. Aen. 4, 217*). -a est ... infamia; unde et 'famosum' dictum est infame ... (*seq. Verg. Aen. 4, 170 Ter. Ad. 263 al.*). Diff. gramm. VII 522, 32 opinio hominem suspectum facit, -a vel commendat vel destruit, rumor indicat. opinio ostendit, -a iudicat, rumor tumultuatur. Diff. ed. Beck p. 65, 4 -a pervulgationem habet, opinio iudicium, rumor incerti notionem, existimatio suspicio est. Isid. diff. 1, 218 gloria ... virtutum est, -a vitiorum (*seq. Enn. scaen. 8 et 9*). Fvlg. myth. 1, 15 p. 25, 20 cleos ... Graece -a dicitur *eqs.* 2, 2 p. 41, 12 Heracles ... id est heroncleos, quod nos Latine virorum fortium -am dicimus. Virg. cont. p. 94, 9 Polyphemum quasi apolunta femen quod nos Latine perdentem -am dicimus. Gloss. opiniones sive existimationes. *φήμη*. -am infamiam. dubia -a opinio. *legitur inde a* Naevio, *frequentant* Liv. Tac. *loci dub. vel corr.*: Trag. inc. 118 ubi nec Pelopidarum facta neque -am (*Cic. Att. 15, 11, 3; aliter Phil. 13, 49 et epist. 7, 30, 1*) audiam. Cic. Att. 13, 44, 2 Varro ling. 8, 21 Verg. Aen. 2, 587 Sen. apocol. 9 *v. p. 3, 55.* Cvrt. 9, 10, 24 Liberi non gloriam solum ... sed etiam -am (insaniam *Scheffer*). Stat. Theb. 10, 835 magnae data fata (-a *M*) neci. Tac. dial. 16. *ex coniect. probabili restitutum vel suppletum*: Lvcil. 55 fandam atque auditam iterabimus ⟨famam⟩. Cic. Att. 13, 20, 4 (tamen *M*). Cvrt. 7, 2, 15 celeritatem ⟨-ae⟩. Comm. instr. 2, 35, 19 detrahis proximi -ae (proxime forma *codd.*). [*val.* faimă. *M.-L.*] *de* Fama *dea et de nom. oppidi v. nom. propr.*

I *i. q.* ***rumor, sermones*** (*praevalere videtur notio rei, non auctoris*): A *strictiore sensu, -a per sermones tradita*:

1 *ad vitam moresque hominum (exercituum, gentium) pertinens, -a bona et mala* (-a *significantius i. q. mala -a cf. supra l. 14 et 20*): Naev. trag. 7 desubito -am tollunt, si quam solam videre in via (Enn. scaen. 8/9 summam tu tibi pro mala vita -am extolles et pro bona paratam gloriam. male volentes -am tollunt, bene volentes gloriam). Plavt. Persa 351 inimici -am non ita, ut natast, ferunt (Trin. 186 hascine propter res maledicas -as ferunt). *cf.* Trin. 689 ne mi hanc -am differant (*seq. acc. c. inf.* Varro frg. Non. p. 284 rumore). Persa 384 videto ..., ne haec -a faciat repudiosas nuptias. 386 quoius modi hic cum -a facile nubitur. Ter. Hec. 218 ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero -ā foris. 758 nolo esse falsa (Anton. Cic. Att. 10, 8ª, 1 *al.*) -a gnatum suspectum tuom. 775 non paenitet me -ae, solam fecisse *eqs.* Phorm. 169 habes ... uxorem sine mala -a palam. Ad. 263 maledicta, -am, ... peccatum in se transtulit (Svlp. Apoll. perioch. Ter. Ad. 5 -am rei). Pacvv. trag. 52 quas ... egestas, -a, formido, pudor (*deest verbum*). Tvrpil. com. 162 opplere ... -a ac flagitis *aliquem*. Acc. trag. 458 me ... sermone indecorans turpi -a differet (*cf.* Tac. ann. 3, 10 qua ... -a distraheretur). Rhet. Her. 2, 8, 12 argumentando -ae (*E;* -ndi forma *M*) fidem ... abrogare. Cic. Cluent. 4 huius innocentiae sic in hac calamitosa -a quasi in aliqua ... flamma ... subvenire. 126 quid censores secuti sunt? ... *nihil* praeter sermonem atque -am (133 iudicii corrupti). Cael. 38 'fuit -a'. quotusquisque istam effugere potest? de orat. 2, 339 *hominum offensio* aut iusta est aut ex criminatione atque -a. top. 76 -a vulgi, quoddam multitudinis testimonium. fin. 1, 50 improborum facta ... suspicio insequitur, dein sermo atque -a (*cf.* Sall. epist. Mithr. 22 te ... illa -a sequetur [Tac. dial. 10. ann. 4, 31 quae -a clementiam]. Ps. Ambr. laps. virg. 6, 25 solet -a subsequi factum. *cf. p. 210, 4*). Cic. Att. 5, 20, 6 nec me tam -a, quae summa est, quam res ipsa delectat (*cf. p. 208, 32*). 15, 29, 2 qualis esset -a *de discidio.* ad Q. fr. 3, 4, 1 est ... tam gravi -a hoc iudicium, ut *eqs.* Caecin. Cic. epist. 6, 7, 1 cum ... stultitia -ā multetur. Pvblil. D 13 cum mala -a lucrum. Q 20 quem -a ... oppressit. Sall. Catil. 3, 5 honoris cupido *me* eadem, qua ceteros, -a atque invidia vexabat. Iug. 57, 6 pari ... periculo, sed -a impari boni atque ignavi erant. Hor. sat. 1, 4, 114 deprensi non bella est -a Treboni. Svlpicia Tib. 3, 13, 2 amor, qualem texisse pudori quam nudasse alicui ... sit mihi -a magis. Prop. 2, 18, 37 credam ... narranti (*cf. p. 209, 21. 211, 17*) ... -ae (Ov. epist. 9, 119. Plin. paneg. 59 iudicio nostro, oculis ..., non -ae ... et rumoribus. Prvd. psych. 231 vacuae credentur frivola -ae. *cf. p. 210, 31*). Ov. trist. 1, 1, 49 securus -ae (*aliter p. 217, 22*). fast. 6, 557 ipsa ... negas, sed -a resedit (*Ehwald*, recepit *codd.*). Liv. 3, 43, 7 pessima xvirorum in vulgus -a est. 9, 26, 13 -ae magis ... memor. 22, 39, 18 ⟨si⟩ adversus -am rumoresque hominum ... firmus steteris. 25, 38, 20 hesternae eruptionis -ā contemni. 34, 61, 9 rem p. ... extra -am noxae conservandam esse. 44, 8, 2 ea profectio -am haudquaquam secundam habuit. 44, 22, 7 -ae contemptor (Clavd. 18, 434). Sen. contr. exc. 5, 2 -am ... immittere. Sen. Thy. 204 -a te populi nihil adversa terret? benef. 3, 23, 4 egregium factum -a sceleris emisse. epist. 122, 14 faciunt *luxuriosi*, quod excitet -am (*cf.* Tac. hist. 3, 3 hanc sui -am ... commoverat. *cf. p. 215, 39*). Lvcan. 6, 570 *magam* -a loci Pompeio prodidit. Plin. nat. 13, 126 contra -am cutem sinceram circumferens. 30, 7 *Thessalis* -am *artis magicae* in tantum adhaesisse, ut *eqs.* Val. Fl. 7, 310 -am scelerum ... suorum prospicit. Stat. silv. 5, 2, 100 immeritae ... palleret crimine -ae. Mart. 10, 3, 9 procul a libellis nigra sit meis -a. Qvint. decl. 315 p. 240, 21 decępit te -a, civitas. Ivv. 1, 72 per -am et populum ... efferre maritos *veneno necatos.* 9, 86 quod -ae opponere possis. 14, 1 -a digna sinistra (Pavl. Nol. epist. app. 2, 23 per quam *scintillam* adversus nos sinistrae -ae conflentur. *cf. etiam epith.*). Tac. hist. 1, 49 -ae nec incuriosus nec venditator (Capitol. Aur. 20, 5 -ae suae curiosissimus). 2, 30 improspera Valentis -a apud exercitum ... erat. 2, 37 flagitia ... apertiore in dies -a noscebantur. ann. 2, 13 assistit fruiturque -a sui. 6, 51 egregium vita -aque *tempus* (15, 50 laudatum). Plin. epist. 9, 23, 2 e senatu -am, qualem maxime optaveram, rettuli. Svet. Iul. 2 reliqua militia secundiore -a fuit. Min. Fel. 28, 6 -a ... insparsis mendaciis alitur *eqs.* Tert. nat. 1, 7 p. 68, 18 ad explorandam -ae fidem. Lampr. Alex. 20, 2 quos furtorum densior -a perstrinxerat (Capitol. Aur. 15, 5 gravis -a. *cf.* Avson. 275, 2 principia ... *imperii* -a notat gravior). Ps. Avr. Vict. epit. 1, 22 serviebat ... libidini usque ad probrum vulgaris -ae. Avson. 319, 27 -am, quae posset vitam lacerare (*cf. infra l. 64*) bonorum, non finxi, et veram, si scierim, tacui. Vvlg. Phil. 4, 8 quaecumque bonae -ae (*εὔφημα*), haec cogitate. Avg. civ. 7, 4 p. 279 crimine -am traxit (*cf. infra l. 37*) infamem. c. Cresc. 3, 9 falsitas -ae. Bachiar. repar. laps. 11 p. 1047ᴮ foetorem -ae turpis *emittere.* Sacr. Leon. p. 366 malae -ae nigra dedecore. *accedit genetivus, quo virtutes aut vitia, artes sim. indicantur* (*gerund. l. 49*): Cic. Verr. 3, 115 homines, quos ... nequitiae -a delectat (Lael. 15 sapientiae. Sen. epist. 87, 31 -a pecuniae ... etiam nocitura. *cf.* Sil. 1, 262 -am letalis amare lacerti. *cf. p. 207, 67*). Catil. 4, 12 summae nobis crudelitatis ... -a subeunda est (ad Brut. 1, 18, 4 temeritatis [Cvrt. 9, 5, 1]. Paneg. 11 (3), 1, 2 ingrati. *cf.* Verg. Aen. 11, 847 *non* -am patieris inultae. Phaedr. app. 8, 3 -am cinaedi traxerat [*cf. supra l. 28*] certissimam. Capitol. Aur. 26, 5 cum impudicitiae -a ... laborasset). Cic. Mur. 38 felicitatis -am sermonemque. Arch. 4 ut -am ingenii expectatio hominis ... superaret (epist. 9, 16, 3 effugere ... si velim ... facete dictorum opinionem, -a ingenii mihi est abicienda. Liv. 40, 15, 12 ingenii -ā periclitarer. Sen. contr. 10 praef. 4. Sen. dial. 12, 2, 6 longissimum illi ingeni aevum -a promisit. Qvint. inst. 11, 1, 50 anxium de -a ingenii [11, 1, 73 sollicitum]. *al.*). Cic. Pis. 70 inconstantiae -am verebatur (epist. 1, 9, 11 -am inconstantiae mihi pertimescendam *cf.* Hor. sat. 1, 2, 12 vappae -am timet [Cvrt. 8, 12, 10 perfidiae]. Tac. hist. 4, 81 -am vanitatis metuere. Ps. Qvint. decl. 9, 3 dum contemptūs -a vitatur. Capitol. Aur. 29, 5 timuit et deprecatus est ... avaritiae -am). Cic. Brut. 259 suavitas vocis ... bene loquendi -am confecerat. off. 2, 32 amor multitudinis commovetur (*cf. p. 211, 46*) ... -a et opinione liberalitatis. Trebon. Cic. epist. 12, 16, 1 vidi filium tuum ... summa ... modestiae -a (Tac. ann. 15, 2). Sall. Iug. 103, 5 -am Romanorum avaritiae falsam esse. Liv. 28, 43, 1 inveterata prudentiae -a. Sen. dial. 4, 34, 2 clementiae. 9, 1, 3 eloquentiae -am ... morā convalescere (*cf. p. 220, 74*). Lvcan. 1, 144 non ... tantum nomen ... nec -a ducis (Flor. epit. 4, 8, 7 magni ... ducis). Sil. 11, 596 -a fugetur ab urbe perfidiae. Qvint. decl. 345 p. 363, 14 nec ad vos alienis periculis veniet -a virtutis. Tac. hist. 4, 2 inter adversa salvā virtutis -a (Plin. epist. 9, 1, 3 salva sit tibi constantiae -a). 4, 63 obstabat *excidio urbis* ... *illis* utilis clementiae -a. ann. 4, 52 prosperiore eloquentiae quam morum -a fuit. 14, 29 magnā, dum vixit, severitatis -a. Apvl. met. 7, 2 ut ... malus boni viri -a glorietur. Gell. 7, 16, 1 ad -am sese facundiae promiserat. Avson. 362, 46 avidi lacerabere -ā (*cf. supra l. 25*). Sedvl. epist. p. 9, 2 feminas ... praeclarae indolis -a subnixas. Drac. laud. dei 3, 478 quod -a pudoris exiget. *adde*: Ov. am. 1, 14, 50 -a ... memini cum fuit ista (*sc. capillorum densorum*) mea.

2 *-a, quae ad res gestas gerendasve pertinet* (*iuxta ponuntur* litterae, nuntii *sim.*): Plavt. frg. inc. 7 nullam ego rem citiorem apud homines esse quam -am reor (*cf.* Stat. silv. 5, 2, 170 -a velocior ... nuntius. Ivst. 20, 3, 9 -ae velocitas. Oros. hist. 6, 1, 8 velox -a). Cic. prov. 22 cuius litteris, -a, nuntiis celebrantur aures ... meae novis nominibus gentium. Phil. 5, 32 opinio ipsa et -a nostrae severitatis obruet ... *M. Antonii* amentiam. 14, 15 -am istam fascium dissipaverunt (*cf.* Plin. nat. 35, 88 -am ... dispersit se emere *eqs.* Frontin. strat. 2, 4, 20 diffudit, tamquam *eqs.* Svet. Cal. 60 *ab illo* -am caedis simulatam et emissam. Ivvenc. 2, 71 -am accendunt. *cf. p. 220, 59 sqq.*). Cic. div. 2, 110 falsa quadam hominum -a dicturus ... putabatur. epist. 10, 12, 3 propter -am atque expectationem tuarum litterarum. 10, 14, 1 o gratam -am ... de *eqs.* Prop. 3, 12, 9 illa ... interea -a tabescet inani, ... ne *eqs.* Ov. met. 5, 262 vera ... -a est (*cf. p. 211, 12*). trist. 3, 12, 44 *nauta* rumorem ... referre et fieri -ae parsque gradusque potest. Pont. 3, 4, 20 oculi (*praed.*) -a fuere mei. Liv. 1, 35, 7 praeda ... maiore quam quanta belli -a fuerat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 7, 5 secuti -am ac vestigia *hostium* (27, 42, 14. *cf. p. 210, 74 et* LVCAN. 9, 953 -a duce tendit in undas). 3, 61, 11 pugnae -a ... in urbe laetitia celebrata est *eqs.* (TAC. ann. 12, 36 *v. p. 220, 57. cf.* SIL. 4, 4 aemula ... Herculei iactatur -a laboris, descendisse ducem *de Alpibus*). 4, 6, 5 crescente in dies -a belli (*cf.* TAC. hist. 2, 83 gliscere -am ipso spatio sinebat. *al. cf. etiam p. 215, 46 sqq.*). 4, 53, 2 ad quorum -am hostium dilectum *habet consul* (6, 27, 9 Praenestini belli. *saepe.* SEN. benef. 6, 31, 1 ad primam adventus -am terga *vertere.* CVRT. 4, 1, 30 TAC. ann. 2, 7 SVET. Cal. 6 FLOR. epit. 4, 11, 4 *al.* IVST. 42, 2, 12). *cf.* 6, 27, 3 propter incertam -am aeris alieni (22, 19, 4 propter ingentem -am novorum auxiliorum). LIV. 23, 1, 3 post -am Cannensis pugnae (27, 39, 13 post -am transitus eius ... spe sua celeriorem. *al.*). 28, 24, 15 sub cuius (*sc. mortis*) vulgatam -am (30, 38, 8. *abl. solus*: TAC. hist. 4, 68 venientis exercitus -a convenere. ann. 12, 29). LIV. 9, 38, 4 profectio *consulis* ... laetam -am in Samnium tulerat (*cf.* 27, 33, 3 *cornu galeae* inventum ... -am interfecti regis vulgavit). 9, 38, 9 ob haec ... aucta -a (10, 26, 1 TAC. hist. 2, 1. 3, 54 PLIN. epist. 2, 11, 10. *cf. l. 57 et p. 215, 33. adde*: LVCAN. 1, 485 quisque pavendo dat vires -ae. TAC. hist. 2, 96 id [*sc. coercitio*] ... alimentum -ae erat). LIV. 9, 41, 10 ad -am intentus hostium. 10, 25, 12 quantum esse *bellum* -ae crediderat (*al.* TERT. nat. 1, 7 p. 67, 18. *cf.* LIV. 45, 27, 3 -ae de victoria Romanorum fidem non habentes. *cf. p. 207, 75. 210, 31. 211, 17*). 21, 32, 7 -ā ..., qua incerta in maius vero ferri solent, praecepta res erat (*cf.* 35, 7, 6 quantum auxerat -a bellum [*cf. p. 223, 20.* AMM. 15, 3, 6 vulgatius. 16, 10, 17 omnia in maius. 22, 2, 3 novitates. *al.*]. STAT. Theb. 3, 344 geminat ... acceptos -a pavores. 4, 368 accumulat ... turbatrix -a pavores. IVST. 14, 1, 2 ne -a ... rem in maius extolleret *eqs.*). LIV. 27, 24, 1 *de illis* -a in dies gravior. 30, 13, 7 ut vita eius -a mortis tegeretur (*cf.* TAC. hist. 4, 67 ut ... -am exitii sui faceret). 34, 12, 8 id ... nuntiantes ... suos ... -a Romani auxilii adventantis impleverunt. 34, 60, 6 quod in speciem -amque belli satis sit. CVRT. 7, 9, 17 expeditio ... Asiam -ā ... victoriae domuit. LVCAN. 1, 469 vana ... ad veros accessit -a timores. 3, 300 cum ... alii ... -ae terrore paverent. 4, 694 hac ... regis trepidat iam Curio -a. SIL. 13, 97 Fulvius infaustam ... clausis portabat -am (*cf.* STAT. silv. 1, 4, 14 sileant peioris murmura -ae. TAC. hist. 1, 51 sinistra ex urbe -a [*syn.* nuntii]. *cf. epith.* maesta, sinistra). STAT. Theb. 5, 474 certe stat -a remotis gentibus. TAC. Agr. 33 finem Britanniae non -a nec rumore, sed ... armis tenemus. hist. 2, 78 *vatis* ambages ... exceperat -a et ... aperiebat. 3, 35 *illuc* nuntios -amque misere. 3, 61 terrore -aque aucti exercitus (ann. 15, 10) cohortes nutabant. 4, 50 vera et falsa more -ae in maius innotuere (ann. 3, 44. 14, 58). ann. 13, 37 plura -ā quam pugnā exterrere. 14, 58 *illud* moverat -am. CARM. epigr. 878 (*saec. II init.*) 4 cura viatorum, quos nova -a iuvat (CLAVD. 22, 266 *consulatūs Stilichonis*). FLOR. epit. 2, 8, 2 non aliud formidolosius -a bellum fuit. APVL. apol. 31 per -am pervulgatam. SPART. Hel. 1, 1 in -am aut in spem principatus venerunt. VOPISC. quatt. tyr. 8, 1 Aegyptum ... ad omnia -ae momenta (*cf. p. 211, 79*) volitantem. PS. AVR. VICT. orig. 14, 4 quae res immortalitatis *Aeneae* -am confirmavit. HIER. epist. 22, 28, 6 aut auctor aut exaggerator est -ae. *nota locutionem*: -am *reprimere, extinguere sim.*: CAECIL. com. 172 opulento -am facile occultat factio. CIC. Phil. 11, 23 reprime -am. OV. trist. 3, 11, 65 meae -am tenuent oblivia culpae. LIV. 5, 1, 7 cuius decreti suppressa -a est (44, 35, 2 in occulto. TAC. hist. 1, 17 male coercitam -am supprimentes augebant). 5, 37, 3 extenuantes ... -am belli (10, 26, 1 nec augere nec minuere). 26, 51, 11 duces ... -am captae Carthaginis compresserunt (SPART. Hadr. 7, 3). 27, 16, 6 ad proditionis -am ... extinguendam (*cf. p. 210, 10. 218, 10*). 39, 20, 10 oblitterare -am rei male gestae. 44, 44, 7 elevat -am adversae pugnae. LVCAN. 4, 718 obscurat ... suam per iussa silentia -am. TAC. hist. 2, 8 gliscentem in dies -am fors discussit. ann. 1, 53 -am caedis posse in *illum* ... verti. 4, 55 quo averteret -am (PLIN. paneg. 28). IVST. 8, 3, 7 ad abolendam †invidiae -am.

B *latiore sensu i. q. notitia minus certa*: **1** *rerum gestarum memoriae proditarum; haud raro etiam de rebus, quae non sermonibus, sed libris traduntur, fere i. q. memoria* (*synon. et iuxta posita sunt* memoria, antiquitas, scripta; *-a, ut incerta opponitur auctoribus, historiae p. 210, 18. 55*); *fortasse huc pertinet*: TRAG. inc. 1 (Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 81) memor⟨i⟩a volvenda atque -a. CIC. har. resp. 20 ut hominum -a est (LVCR. 3, 981 Tantalus, ut -a est, *eqs.* 5, 395. 412. VERG. georg. 4, 318 ut -a. Aen. 6, 14. HOR. sat. 2, 1, 36 vetus est ut -a. PROP. 2, 6, 15 OV. epist. 13, 57. fast. 5, 84 LIV. 25, 25, 13 COLVM. 10, 406. LVCAN. 9, 348 *est al.* SIL. 3, 323 *al.* STAT. Theb. 2, 48 SVET. Tib. 3). CIC. Tusc. 1, 28 ut -ae assentiens Ennius dixit (LIV. 38, 56, 1 cui -ae, quibus scriptis assentiar, non *habeo*). nat. deor. 3, 60 ⟨alia⟩ ... ex vetere Graeciae -a collecta. LVCR. 5, 17 -a est *c. acc. c. inf.* (5, 663 VERG. Aen. 3, 578. 694. 8, 600. 10, 640. 12, 735 HOR. sat. 1, 10, 63 OV. met. 2, 268. 3, 700 *al.* fast. 5, 625 -a vetus [PLIN nat. 2, 140 Etruriae]. LIV. 36, 16, 7 *al.* SEN. Oed. 172 *omisso* est [PLIN. nat. 5, 13 VAL. FL. 6, 137 STAT. Theb. 1, 699 CLAVD. 10, 71]. CVRT. 4, 8, 6 LVCAN. 6, 378 *al.* PLIN. nat. 7, 26 *al.* SIL. 12, 126 *al.* STAT. Theb. 12, 497 MART. 3, 91, 11 TAC. ann. 11, 14 SVET. Nero 21 *al.* AVIEN. Arat. 187 *al.* AVSON. 8, 1 *al*). LVCR 5, 329 facta virum ... aeternis -ae monimentis insita. SALL. Iug. 17, 7 ab ea -a, quae plerosque obtinet, divorsum. NEP. Phoc. 1, 1 huius memoria est nulla, illius (*sc. integritatis*) magna -a. VERG. ecl. 6, 74 *Scyllam* -a secutast (*seq. acc. c. inf.* PLIN. nat. 35, 105 tabulam [*seq.* quod]. *cf.* 9, 121 comitatur -a). georg. 4, 286 prima repetens ab origine -am (*cf.* SIL. 8, 48 stringam revocatam ab origine -am. AVSON. 69, 15 veteris documenta arcessere -ae). Aen. 5, 302 quos -a obscura (7, 205 -a est obscurior annis [OV. fast. 6, 104 aevo. LIV. 23, 20, 3 casūs]. LIV. 30, 19, 11 SVET. vita Ter. 4) recondit (*cf.* AVSON. 409, 16 p. 267, 24 quos -a oblitterat). 6, 527 -am extingui (*cf. p. 209, 59*) veterum sic posse malorum. 7, 2 litoribus ... aeternam moriens -am, Caieta, dedisti (*cf.* HOMER. 78 turpem caecus amor -am liquisset in aevum. PANEG. 9 (12), 17, 2 ne ... hanc obitus sui relinqueret -am, quod *eqs.* AVIEN. ora 247 civitas -am atque nomen sola liquit caespiti). Aen. 9, 78 prisca fides facto, sed -a perennis (*cf. epith.*). AETNA 74 mendosae vulgata licentia -ae. 369 mendacem ... exue -am (PROP. 4, 2, 19). 571 veteris mendacia -ae. HOR. ars 119 aut -am sequere aut *eqs.* (LAMPR. Alex. 48, 8 vulgi magis -am ... quam historiam. AVSON. 398, 16 -am testesque). PANEG. in Mess. 112 terna ... Pyliae (*i. Nestoris*) ... saecula -ae. OV. am. 3, 9, 29 durat opus vatum, Troiani -a laboris (CVRT. 3, 4, 10 nihil praeter -am duraverat. *cf.* OV. fast. 2, 379 -a manet facti [ANTH. 447, 3 fortuna perit]). met. 13, 698 iuvenes, quos -a Coronas nominat. 14, 433 -a ... signata loco est. 15, 58 constabat certā ... -ā. fast. 3, 168 ut certe -a putat. LIV. 1, 1, 6 duplex inde -a est: alii *eqs.* (8, 20, 6. 29, 21, 1. SVET. Cal. 58). *cf.* 25, 17, 4 funeris ... varia est -a (SPART. Hadr. 14, 6). SVET. Claud. 44 diversa (*seq.* de). *adde*: LIV. 27, 27, 14 ita -a variat, ut *eqs.* LIV. 1, 4, 6 tenet -a *seq. acc. c. inf.* (23, 12, 2. 38, 13, 6). *cf.* 21, 46, 16 obtinuit (APVL. flor. 15 p. 56 celebrior). 1, 7, 2 vulgatior -a est *seq. acc. c. inf.* (25, 17, 4). *cf.* 2, 32, 3 ea frequentior -a est quam cuius Piso auctor est. 25, 29, 6 -aene credi velis (*sc. deleta ipsa urbe*), quanta urbs a te capta sit, quam *eqs.* (SEN. benef. 7, 2, 3 de dis -ae creditum est. SOL. 52, 16 lascivienti). PLIN. nat. 36, 195 ea ... -a crebrior diu quam certior fuit (TAC. hist. 3, 71. AVG. civ. 15, 23 p. 108 creberrima). LIV. 7, 6, 6 -a rerum standum est, ubi *eqs.* 22, 30, 9 cuius *gentis* terribilem -am a patribus accepissent. 22, 61, 5 est et alia de captivis -a (PLIN. nat. 8, 34 huius dimicationis. *al.*). 26, 19, 7 rettulit ... -am in Alexandro ... prius vulgatam et vanitate et fabula parem. 45, 27, 11 Athenas ... plenas vetustate -ae (MANIL. 1, 760 -ae vulgata vetustas). GRATT. 100 stat -a. 256 clarissima -a. MANIL. 1, 735 antiquis ad nos descendit ab annis (*seq. acc. c. inf.*). GERM. 107 vera intercidit aevo -a. CVRT. 10, 10, 5 -am eius rei, quamquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse. MELA 1, 27 addit -a nominis fabulam *eqs.* 1, 31 rerum -aeve dispendium. 1, 88 nomen -ae annuit (*cf.* 1, 103 id -ae fidem adicit). 2, 11 Tauri ... immanem ... -am habent (*seq. acc. c. inf.*). LVCAN. 3, 125 sic -a (SIL. 6, 631 *al.*). 9, 961 -ae (*i. e. fabularum heroicarum*) mirator. PLIN. nat. 2, 78 inde -a cernendi Lynceo. 10, 51 -a *est* amoris *eqs.* 10, 124 recens -a *est* Crateri ... venantis. 24, 159 Pythagorae pertinax (*cf.* AMM. 28, 1, 30) -a antiquitasque vindicant *hoc volumen*. 25, 5 argumentis, praeterquam -a intellegitur (*c. acc. c. inf.*). STAT. Theb. 4, 651 nos rara manent exordia -ae (*cf.* 5, 626 patrios casus -aeque exorsa retracto ... meae). 9, 368 senium depellere -ae. silv. 2, 2, 146 priscae titulos praecedite -ae (*cf.* MART. epigr. 7, 11 vicerat antiquae ... crimina -ae). TAC. Agr. 46 manet in aeternitate temporum, ⟨in⟩ -a rerum. ann. 14, 2 eadem ... auctores prodidere et -a huc inclinat. TERT. anim. 28 p. 348, 6 defectae ... traditionis superstites aliquas -ae aurulas (*cf. p. 223, 29*) hausit. scorp. 6 p. 156, 25 de -a aeternitatem. PANEG. 2 (10), 1, 3 opinio de -a veterum saeculorum. AVSON. 302, 3 -a *de VII sapientibus* non est iudicii severitas. 311, 7 turpis saepe datur -a minoribus. AMM. 21, 3, 4 -ae ... fides. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 332, 23 -ae auctoritas. RVFIN. hist. 5, 12, 1 -ae merito ... adhuc ... celebratur. SEDVL. carm. pasch. 2, 160 (op. pasch. 212, 18) -am ... beavit gurgitis. CORP. X 5349 (*a. 408*) ad perpetuam -am statuam eidem erigendam. CARM. de Sod. 107 hinc habet in falso de vero fabula -am. *huc pertinere videtur*: PS. MATTH. euang. 8 (*cod. B*) cum ... -a (*i. traditum?*) esset ac consuetudo talis, quod ... virgines in templo domini ... accipere debebant ... viros suos.

2 *rerum quae in natura rerum continentur et in cognitionem cadunt*: LVCR. 1, 68 quem neque -a deum nec fulmina nec ... compressit (*cf.* VERG. Aen. 4, 218 -am ... fovemus inanem *Iovem colentes*). LIV. 21, 29, 7 Alpes ..., rem -a horrendam (*cf.* VAL. FL. 3, 642 aspera -a ... loca). 45, 52, 14 incognitum -ae ... orbem terrarum. CVRT. 9, 2, 14 numquam ad liquidum -a perducitur. 10, 1, 15 -am auri secutis (*cf. p. 209, 1*) gubernatoribus (*cf.* COD. Theod. 10, 18, 2, 1 [*a. 380*] per -am suspecta loca rimari). PLIN. nat. 4, 94 litora incertā signata -ā. 4, 96 incipit inde iam clarior aperiri -a ab gente *illa* (*cf.* 29, 3 *a Troianis temporibus* -a certior). 5, 72 inde -a nihil in eo *lacu* mergi. 6, 201 nec Mauretaniae insularum certior -a. 8, 80 unde ... ista vulgo infixa sit -a in tantum *eqs.* 25, 57 antecedente magno terrore -ae. 31, 25 ibi caput amnis eius intellegit -a. 36, 18 omnes gentes, quae Iovis Olympii -am intellegunt. SIL. 8, 508 cetera in obscuro -ae ... castella (*cf.* TAC. Agr. 30 nos ... recessus ... ac sinus -ae defendit. CLAVD. carm. min. 25, 62 quae sic impervia -ae secessit regio, quo non *eqs.*). TAC. Agr. 10 unde et in universum -a *est de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

forma insulae. Germ. 34 *ibi* superesse ... Herculis columnas -a vulgavit. Tert. nat. 2, 8 p. 108, 16 theologiae, quam etiam -a destituit (*cf.* Avien. orb. terr. 805 -a ... carentes *insulae.* 1139 mutā ... degunt -ā gentes. 1390 inexpertes -ae gentes). Tert. anim. 49 p. 380, 13 aut Herodoto -a mentita (*cf. infra l. 16. p. 220, 13*) est ... in barbaros calumniosa aut *eqs. al.* *metonymice*: Plin. nat. 2, 175 qui ... ultra ... -am (*i. in loca ne -a quidem cognita*) exegerit accolas. 5, 51 Nilus ... -a tantum inermi (*i. curiosorum itineribus*) quaesitus sine bellis. *plane i. q. notitia* (*?*): Porph. Hor. epist. 1, 15, 13 auriculā ... captat *equus* -am locorum.

notabilia ad I A et B: dubitatur de -ae fide: Verg. georg. 4, 42 si vera est -a (Aen. 3, 551 Liv. 25, 16, 25. Sen. epist. 63, 16 sapientium. Val. Fl. 2, 560 Tac. Germ. 45. Avson. 413, 8 Hippocrene. *cf.* Sen. Herc. f. 727 verane est -a? [*seq. acc. c. inf.*] Octavia 762 si vera loquax -a Tonantis furta ... narrat). Lydia 44 nisi vilia (*Vollm.*, silvis *codd.*) -a locutast. Ov. met. 10, 28 -a ... si veteris non est mentita (*cf. supra l. 5*) rapinae. Liv. 1, 49, 9 si -ae credimus (Cvrt. 4, 4, 19 si -ae libet credere. Lvcan. 3, 220 -ae si creditur. *al. cf. p. 209, 21*). Germ. 31 veteris si gratia -ae. Lvcan. 9, 359 invidus, annoso qui -am derogat aevo. Stat. Theb. 6, 303 si certa priorum -a. Avson. 194, 8 si -a non fallit fidem. -a refert *sim.*: refert: Ov. trist. 5, 12, 12 (*seq. acc. c. inf.*). Pont. 3, 2, 51 fast. 2, 203. Damas. epigr. 40, 1 Clavd. carm. min. 26, 25 sic. *cf. p. 220, 3.* fert: Liv. 1, 45, 2 (*antec. acc. c. inf.*). 28, 6, 10 Sen. Herc. f. 748 Cvrt. 7, 8, 30 Avien. orb. terr. 824 *cf. p. 219, 34 sqq. 80.* traditur -ā: Liv. 5, 33, 2 eam gentem ... Alpes transisse. 27, 27, 13. *cf.* -a tradit: Germ. 105 quem -a parentem tradidit astrorum. Sen. dial. 10, 13, 6 Plin. nat. 2, 43 Flor. epit. 1, 11, 3. Tac. hist. 1, 41 crebrior. 2, 3 recentior (*syn.* memoria; *seq. acc. c. inf.*). 4, 84 *al.* Avien. ora 591 -a casca. prodit: Cels. 2, 6 p. 38 (*seq. acc. c. inf.*). *cf. p. 220, 6.* canit: Lvcan. 2, 672 (*seq. acc. c. inf.*). Mart. epigr. 5, 4. 6^{b}, 2. Clavd. 21, 312. *cf. p. 220, 8.* docet: Sil. 3, 314 (*seq. acc. c. inf.*). 8, 443. Avien. Arat. 108 ceu -a dehinc docet altera. memorat: Avien. Arat. 576 -a vetus. *cf.* 594 commemorat (*seq. acc. c. inf.*). *cf. p. 219, 44.*

II *de eis magis, qui sermones ferunt, cogitari videtur, i. q.* ***opinio vulgi, existimatio*** *hominum* (*multis locis, maxime apud* Sen. phil. *quasi personata*): **A** *sensu strictiore*: Ter. Phorm. 724 non satis est tuom te officium fecisse, id si non -a approbat (Catvll. 61, 62 -a quod bona comprobat. Colvm. 3, 2, 30 genus vitium ... -a probatum. Corp. VIII 24787, 3 orta, ut -a probat, ... divite Roma. *cf.* Hier. epist. 22, 29, 2 quem ... -a non reprobat). Titin. com. 72 quae -ae ⟨se⟩ obiectarent, ne eam male factis nobilitarent (*cf.* Ov. am. 3, 14, 11 tu tua prostitues -ae peccata sinistrae). Cic. Verr. 3, 18 omen communis -ae atque sermonis. Manil. 43 homines ... opinione (*v. l. 71*) non minus et -a quam aliqua ratione certa commoveri (Att. 1, 16, 5 *iudices*, quos fames magis quam -a commoverit. *cf.* Verg. Aen. 4, 170 neque ... specie -ave movetur. *cf. p. 208, 50. 222, 60*). Mur. 38 hoc quantum putas esse ad -am hominum ac voluntatem? (off. 2, 50 sordidum). Sull. 24 quorum iam et nomen et honos inveteravit ... hominum -ae ac sermonibus. Arch. 5 celebritate (*cf. p. 212, 64*) -ae ... iam absentibus notus (Rvfin. hist. 3, 36, 2 vulgatus). Cael. 6 equidem ... ab his fontibus profluxi ad hominum -am (Q. Cic. pet. 17 omnis sermo ad forensem -am a domesticis emanat auctoribus). Phil. 5, 26 *bellum civile* opinione ... et -a gubernatur (*cf.* Cvrt. 3, 8, 7 -a bella stare [*aliter p. 210, 35. 220, 8*]. 8, 8, 15 constant). fin. 2, 50 -a populari (Tusc. 1, 110 *opp.* vera bonorum laude. *al.* Q. Cic. pet. 48). Tusc. 1, 109 quantum ... consuetudini -aeque dandum sit (Hor. sat. 2, 2, 94 das aliquid -ae, quae carmine gratior aurem occupet [Sen. epist. 94, 12 possedit] humanam? Sen. clem. 1, 15, 5 multa. Tac. ann. 1, 7 *seq.* ut). Cic. Cato 61 cuius de laudibus omnium esset -a consentiens (Call. dig. 22, 5, 3, 2 confirmat rei fidem. *cf.* Liv. 27, 8, 7 huius -ae consensu). Att. 13, 20, 4 de -a nihil ... laboro (*i. hominum -am non curo.* Sen. dial. 5, 41, 2 nil in -am laboremus [*opp.* conscientia]). epist. 6, 6, 6 -a bonorum vel pudore victus (*cf.* 7, 3, 1 pudori ... -aeque cedere [Ov. epist. 18, 172]. Sall. Iug. 35, 4 alium mala -a et timor impediebat. Verg. Aen. 4, 91 nec -am obstare furori). Cic. epist. 6, 6, 9 vel gratia vel -a populi. 10, 25, 1 quantam laudem consecutus sis ... -a ⟨con⟩scientiaque omnium. ad Q. fr. 1, 2, 2 cum ratio ... omnium nostrum ... non veritate solum, sed etiam -a niteretur. Pvblil. V 32 ubi peccatum cito corrigitur, -a solet ignoscere (Sen. dial. 6, 4, 4). Caes. civ. 1, 82, 2 contra opinionem ... militum -amque omnium (3, 56, 2 ut -am opinionemque hominum teneret. Tac. dial. 10 opinio et -a, cui soli serviunt [*cf. p. 214, 84*] poetae *eqs. al.*). Svlpicia Tib. 3, 13, 9 vultus componere -ae (*dat.*) taedet. Ov. epist. 16, 170 -ae verba dedisse (Mart. 6, 56, 2). trist. 4, 5, 14 raram -ae (*dat.*) conciliare (*i. commendare; aliter interpr. vol. IV p. 43, 74*) fidem *amici* (*cf.* Plin. epist. 6, 23, 2 bonos iuvenes ostendere foro, assignare -ae). Pont. 2, 3, 77 committere carmina -ae Liv. 24, 19, 7 magna -ae momenta (*cf. p. 209, 49*) in utramque partem *fieri.* Carm. epigr. 964, 1 (*aet. Aug.*) dextera -a mihi fuit et fortuna. Sen. contr. 4 praef. 1 de quibus *oratoribus* ... aliquid -a promisit. 10 praef. 13 ad -am pervenire (*al.* Svet. gramm. 5 docendo [*syn.* dignatio]. Capitol. Gord. 18, 3 in -am hominum litterarum decore. Avson. 335, 3. Cod. Theod. 12, 1, 186 [*a. 429*] in eam -am mali iugitate, ut *eqs.*). Sen. benef. 4, 21, 5 *conscientia* contioni (*i. turbulentae adversariorum multitudini; aliter interpr. vol. IV p. 734, 14*) ac -ae reclamat. 6, 42, 2 -ae, non conscientiae gratus est (*cf.* Vell. 2, 115, 5 ante conscientiae quam -ae consultum). clem. 1, 10, 2 haec hodieque praesta⟨t⟩ illi -am, quae vix vivis principibus servit. epist. 76, 6 quaecumque -ae placent. 79, 14 vix recepit Socraten -a. 95, 58 incertissimo regimine utentibus, -a. 113, 31 nihil sit illi cum ambitione -aque. Lvcan. 9, 1030 -am consule mundi. Petron. 129 nec speculum mihi nec -a mentitur. Plin. nat. 5, 12 pervium ... -ae videri potest *mons Atlas* (Stat. Theb. 3, 612 timidis -aeque ita visus, Apollo). 29, 51 *esse* in magna -a (37, 5 post hunc anulum ... in -a est gemma Pyrrhi. Tac. hist. 2, 73 in ore -aque *omnium.* 3, 13 totis castris in -a proditio *fuit*). Plin. nat. 36, 29 capitali satisdatione -a iudicet dignos *illos ex marmore factos.* Sil. 7, 579 una -a et fortuna subactae. Mart. 6, 60, 6 -ae non est hoc satis. Qvint. decl. 252 p. 33, 12 verum dicit -a, quae de se loquitur; ... non est ista -a, comitia sunt. 335 p. 320, 16 numquam potest constare sibi -a. Tac. Agr. 6 *ludos edidit* uti longe a luxuria, ita -ae propior. 9 haud semper errat -a, aliquando et elegit. 39 donec impetus -ae ... languesceret. dial. 13 nec ... lubricum forum -amque †pallentem (*H b*^{2}, pallantem *vel* palantem *cett.*) experiar. ann. 3, 18 -a, spe, veneratione omnes destinabantur imperio. 4, 11 atrociore semper -a erga dominantium exitus. 4, 40 *principibus* praecipua rerum ad -am derigenda esse. 12, 5 matrimonium iam -a firmabatur. 14, 51 prosperā populi et militum -ā Rufus *fuit.* 16, 18 hunc ignavia ad -am protulerat. Plin. paneg. 69 sunt in honore hominum et in [hon]ore -ae nomina. 83 principum ... arcana noscenda -ae proponit *magna fortuna.* epist. 1, 18, 4 illa actio mihi ... ianuam -ae patefecit (*cf. infra l. 69*). Flor. epit. 1, 1, 2 hoc ... nec ... -a dubitavit. Apvl. apol. 42 ad praescriptum opinionis et -ae. Ps. Qvint. decl. 18, 1 marito -aeque praestat interrogandi potestatem. 18, 2 in media civitate, in ipsa constitue -a *quaestionem.* Tert. nat. 1, 7 p. 68, 13 Christianis sola -a decernit. p. 69, 9 exinde -ae commendatum est. Paneg. 11 (3), 3, 1 -ae laude celebrata (*cf.* Clavd. 26, 107 -ae ... insignia. Oros. hist. 4, 6, 41 gloriam). Spart. Pesc. 9, 1 ad -am venire. Lampr. Diad. 5, 1 quod -a retinebat. Ps. Avr. Vict. epit. 12, 3 -ae ... inimicorum ... et amicorum *subici.* Hil. syn. 90 -ae fabulam. Rvfin. Clement. 3, 19 saepe ... -a vulgi prophetiae speciem tenet. Clavd. 22, 56 iustos ... -a putat, qui *eqs.* Sidon. epist. 1, 1, 3 nos ... in hoc ... -ae pelagus impellis. Clavd. Mam. anim. 2, 10 p. 139, 9 contra -am deditus sententiae et contra sententiam sollicitus -ae. *aliquid agere* magnā, secundā *al.* -ā: Cic. epist. 13, 10, 2 versatus in ... subselliis optima fide et -a. Caes. civ. 3, 36, 1 adesse Scipionem ..., magna opinione et -a omnium; nam plerumque in novitate -a ⟨rem *add. Ciacc.*⟩ antecedit. Liv. 27, 10, 13 *exercitus* bellum secunda sua -a ducisque gerebat (44, 22, 10. Tac. Agr. 38 classis secunda tempestate ac -a portum tenuit. Svet. Aug. 3 parum secunda -a proconsulatum ... administrantem). 37, 47, 6 *ille* petebat adversa omnium -a. Cvrt. 8, 1, 1 maiore -a quam gloria in dicionem redacta petra (Tac. hist. 1, 48 *ille tot annos* explebat -a meliore quam fortuna. Svet. gramm. 9 docuit maiore ... -a quam emolumento). Qvint. inst. 4, 1, 52 qua vulgi -a dicendum sit. Tac. hist. 1, 73 *illa* adversa dissimulantis principis -a periculo exempta est. 5, 1 maiore ... vi -aque agebat. ann. 11, 19 ut laeta apud plerosque ita apud quosdam sinistra -a. 13, 15 damnata Locusta, multa scelerum -a. 13, 30 *ille* egregia -a concessit. 14, 20 varia -a. Svet. Tit. 4 meruit summa industriae ... -a. Spart. Did. 2, 2 Bithyniam rexit non ea -a qua ceteras. *adde*: Plin. nat. 36, 20 immensā differentiā -ae.

B *latiore sensu ita ponitur, ut etiam historicorum poetarumque litterae comprehendi videantur*: Cic. Catil. 3, 2 *Romulum* ad deos ... benivolentia -aque sustulimus (nat. deor. 2, 62 in caelum -a ac voluntate. phil. frg. IX 11. *cf.* Verg. Aen. 12, 235 ad superos ... succedet -a). rep. 2, 4 concedamus ... -ae hominum, ... non inveteratae solum, sed etiam sapienter a maioribus proditae. Tusc. 1, 28 eadem ... -ae celebritate (*cf. p. 211, 50*) Tyndaridae *dei habentur.* 1, 110 multo ... tardius -a deseret Curium *eqs.* Ov. Pont. 3, 2, 70 nomina -a tenet. Sen. Ag. 516 quem -a servat. Octavia 857 *poena*, aetas nulla quam -ae eximat. Lvcan. 8, 74 habes aditum mansurae in saecula -ae (Avg. in psalm. 9, 24 ad -am diuturnam. *cf.* Lavs Pis. 224 -ae mihi pandis iter [Plin. paneg. 75 ad bonam -am]. Stat. Ach. 1, 792 tantae data copia -ae. *cf. supra l. 28*). Lvcan. 10, 533 in -am et saecula mitti. Val. Fl. 1, 411 quem -a genus *esse* non est decepta Lyaei. Sil. 1, 393 -ae ... negatus (*cf.* Stat. Theb. 2, 630 vos ... cur ... honora arcuerim -a. Plin. epist. 7, 25, 1 quantum eruditorum ... quies ... subtrahit -ae!). Mart. 1, 78, 10 hanc mortem fatis ... praeferre Catonis -a potest. Qvint. decl. 255 p. 45, 1 ad -am itura facta. Tac. ann. 11, 6 -am et posteros praemia eloquentiae *cogitare.* Plin. epist. 9, 14, 1 *hoc iter* paucos in lucem -amque provexit. Treb. Claud. 7, 8 non statuis, sed -ae viribus adiuvari. *-ae aliquid (aliquem) tradere sim.* (*cf. p. 211, 76 sqq.*): Phaedr. 4 prol. 6 illud ... -ae tradere (Cvrt. 6, 3, 17 egregium ... opus *suum* ... posteritati -aeque. Sil. 11, 140 Trebiae ripas aeterno nomine -ae. 16, 44). Lavs Pis. 249 aeternae nomen committere -ae (Tac. dial. 10 inserere). Sil. 3, 222 prodite ... -ae (*seq. enunt. interr.*). 4, 73 det inania -ae, dum *eqs.* (7, 217 da -ae ..., Musa, virum! Mart. 5, 25, 5 quem chartis -aeque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

damus populisque loquendum? Sol. 42, 3 locus ... sepulcro Hannibalis -ae datus. Avson. 192, 20 sacrae -ae *aliquem. al.*).

III -a *quasi in fortunis unius cuiusque ponitur; saepe iuxta posita* res, patrimonium, caput, salus *sim.*: A -a *ad vitam moresque hominum pertinet*: Plavt. Most. 144 nunc simul res, fides, -a, virtus, decus deseruerunt. 227 ut -a est homini, exin solet pecuniam invenire. ego si bonam -am mihi servasso, sat ero dives. Trin. 379 eo pacto addideris nostrae lepidam -am familiae. 629 in rem tuam ... esse videatur, gloriae aut -ae (*cf.* Cic. Att. 5, 8, 3 ut ex fide, -a reque mea videbitur. Tac. hist. 3, 8 in rem -amque *partium* videbatur). Trin. 642 itan hanc maiores -am tradiderunt tibi tui, ut *eqs.* (*cf.* Catvll. 61, 230 unica ab optima matre Telemacho manet -a. Pvblil. P 49 probo bona -a maxima est hereditas). Trin. 585 hoc ... meae commodum -ae arbitror (*cf.* Hor. epist. 1, 18, 49 opus utile -ae vitaeque et membris. Corp. IV 6761 dies innoxia -ae). Corp. I² 1347 heis sunt duo concordes -aque bona *eqs.* Rhet. Her. 2, 3, 5 facta, non -am *adversarii* spectari oportere. Cic. inv. 1, 19 generis et familiae. 2, 34 veterem -am hominis nihil ad rem ... pertinere. 2, 86 ab eo, ad cuius -am aut ad parentes aut ad liberos pertineret (Verr. 2, 22 Phil. 9, 12. Liv. 10, 24, 17 ad -am populi R. *al.*). Quinct. 33 iudicium esse ... de -a fortunisque *illius* (opt. gen. 21 de factis -aque *illius*. Liv. 23, 23, 4 de -a ac moribus senatoris. *cf.* Tac. ann. 13, 32 de capite -aque coniugis cognovit). Cic. Quinct. 50 huius omnis -a et existimatio cum bonis simul possidetur. 59 ne cum bonis, -a fortunisque omnibus illius cupiditati ... dedatur. 97 integra sua -a (Sall. Iug. 67, 3. Papin. dig. 26, 10, 4, 2 hunc integrae esse -ae [Call. dig. 48, 19, 28, 16 *al.*]. *cf.* Cic. epist. 13, 73, 1 incolumi. Sall. Iug. 43, 1 acri viro et ... -a ... aequabili et inviolata. Gell. 7, 8, 5 haud sincerā. *adde*: Sall. or. Cottae 5 -a fortunisque integer). Cic. div. in Caec. 71 de laude, de honore, de -a sua pertimescere. Verr. 1, 17 vestrae -ae fortunisque omnium insidiae comparantur (1, 52). Catil. 1, 13 quod ... dedecus non haeret in -a *tua?* Cael. 11 de eius -a ac pudicitia ... nemo loquebatur. Deiot. 43 sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem -am cum salute. leg. 2, 44 *poena divina constat ex* ea -a mortuorum, ut *eqs.* Tusc. 5, 94 *obscaenis voluptatibus* abstinere ... si aut valetudo aut officium aut -a postulet. off. 2, 71 fundamentum ... est perpetuae commendationis ac -ae iustitia. Att. 16, 2, 2 ne quid tibi sit -a mea potius (*cf.* epist. 13, 73, 2 mihi ... tua -a multo antiquior esset quam *eqs.* ad Q. fr. 1, 1, 13 tibi omnium, quibus praesis, salutem, ... -am ... esse carissimas. Mart. 1 praef. mihi -ā vilius constet ... ingenium. 8, 18, 4 carior ut mea sit quam tua -a tibi). Balb. Cic. Att. 9, 7ᵇ, 1 non posse tuam -am et officium sustinere, ut *eqs.* Pvblil. B 27 bona -a in tenebris proprium splendorem tenet. Lvcr. 6, 13 bona gnatorum excellere -a. Sall. Catil. 7, 6 eas divitias, eam bonam -am ... putabant. Iug. 16, 3 uti -ae, fide ... commodum regis anteferret. Verg. Aen. 4, 221 oblitos -ae melioris amantes. Hor. sat. 2, 3, 95 virtus, -a, decus ... divitiis parent. 2, 5, 30 -a civem causaque priorem (carm. 3, 1, 12 moribus ... meliorque -a). epist. 1, 4, 10 cui gratia, -a, valetudo contingat abunde. Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 58 occurrente (*sc. animo meo*) -a tua. Ov. epist. 4, 18 -a ... crimine nostra vacat. 4, 27 servatae carpes libamina -ae. 16, 17 -a ... clara est. 16, 167 est oneri *mulieri amanti*. Liv. 6, 34, 2 -a et corpore ... creditoribus satisfaciebant. 29, 14, 12 *Claudiae* dubia ... antea -a (Avson. 270, 3). 39, 9, 6 consuetudo ... aut rei aut -ae damnosa (*cf.* 39, 41, 2 censuram periculosam ... multorum -ae. Tac. ann. 6, 26 grave -ae suae *futurum esse* ..., si *eqs.*). Vitr. 6 praef. 5 potius tenuitatem cum bona -a ... sequendam. Sen. clem. 1, 9, 6 prodesse -ae tuae potest. benef. 2, 23, 2 -ae *fructus* (Plin. epist. 5, 1, 11. *cf.* Qvint. decl. 345 p. 362, 22 -ae atque opinionis, ... patrimonii ... compendium). Plin. nat. 25, 130 commendatioris esse -ae. 37, 40 vitae -a (Avson. 213, 11). Stat. silv. 5, 1, 63 vitam ... rependere -ae (*de muliere*). Mart. 6, 66, 1 -ae non nimium bonae puellam (Spart. Hadr. 10, 6 *al.*). Qvint. decl. 267 p. 89, 19 domus -am. Tac. hist. 1, 30 vestra fides -aque illaesa ... mansit (*cf.* Pavl. dig. 11, 3, 14, 1 integra). 1, 42 huc potius eius vita -aque inclinat, ut *eqs.* (3, 28 *illi* a -a vitaque sua [*sc. mala*] ... *non* degeneravere [*cf. p. 216, 34*]. 4, 7 ut in cuiusque vitam -amque penetrarent; *l. 82. p. 214, 22 al.*). 3, 38 eum ... egregiā -ā anteibat. ann. 4, 6 res suas ... quibusdam ignotis ex -a mandabat. 15, 49 contra -am sui principium tanti facinoris capessivere. Plin. epist. 4, 17, 7 quantum ille -ae meae ... astruxit! Vlp. dig. 3, 2, 24 non offuisse mulieris -ae quaestum in servitute factum. Itala Sirach 3, 18 (Aug. spec. 23, Vvlg.) quam malae -ae est, qui *eqs.* (*gr. aliter*). Capitol. Aur. 12, 3 -ae detestandae. Maximin. 4, 9 ne hoc quoque illius -ae (*sc. malae*) accederet. Avson. 18, 1 lascivae nomina -ae. 213, 3 crimine adulterii ... saucia -a. 267, 3 -a tibi melior iuveni. Vvlg. prov. 15, 30 -a bona impinguat ossa. II Cor. 6, 8 per infamiam et bonam -am (*διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας*). Clavd. carm. min. 22, 44 vitamque iube -amque reverti (*cf.* Ivlian. epit. novell. 36, 141 principis indulgentia priori restituetur -ae). Avg. in euang. Ioh. 50, 7 (doctr. christ. 3, 12, 18) odor bonus -a bona est. civ. 2, 12 p. 66, 25 probris ... poetarum subiectam vitam -amque habere.

locutiones notabiliores ad III A: -am *suam aut alienam* (*acced.* iudicii *alicuius*, pudicitiae *alicuius sim.*) *laedere, perdere sim.* (cacumen -ae *l. 12*): Plavt Bacch. 64 eadem ... bona distimulant, facta et -am sauciant. Cato orig. 36 quin *mulieris* -am prostitueret. Com. pall. inc. 54 -am cur maculas tuam (Liv. 41, 6, 10 -am ... maculari dehonestarique [*cf. infra l. 26*]. Sen. Phaedr. 252 haud te, -a, maculari sinam. *al.*). Rhet. Her. 4, 39, 51 aliorum -am depeculans. Cic. Verr. 2, 82 cum apud exteras nationes imperii nominisque nostri -am tuis probris ... violaris (Paneg. 11 [3], 13, 3 virginis). Cluent. 14 suspicionibus obscuris laedi -am suam noluit (Sall. Iug. 96, 3 Plin. epist. 1, 5, 7. 3, 7, 3. Svet. Iul. 49 pudicitiae eius -am ... Nicomedis contubernium laesit. Call. dig. 49, 14, 2 pr. Apvl. met. 6, 22. Anth. 416, 3 sermone maligno. Lampr. Alex. 46, 4 Avg. civ. 3, 14 p. 69). Laber. mim. 115 florens cacumen nostrae -ae frangere. Sall. Catil. 16, 2 ubi eorum -am atque pudorem attriverat. Verg. Aen. 4, 323 extinctus pudor, et qua sola sidera adibam, -a prior. Hor. sat. 1, 2, 61 bonam deperdere -am. Prop. 2, 32, 27 non tua deprenso damnatast -a veneno. Ov. epist. 7, 5 merita et -am corpusque animumque pudicum cum male perdiderim (Liv. 39, 10, 4 perditum ire. Sen. epist. 81, 20 boni viri. Tac. ann. 13, 44). Ov. epist. 7, 92 nec mihi concubitu -a sepulta foret (Pont. 1, 5, 85. Anth. 472, 2 probris). Liv. 29, 37, 11 certamen inquinandi -am alterius cum suae -ae damno (Qvint. decl. 344 p. 358, 19 *al. cf.* Arnob. nat. 4, 34 carmen malum ..., quo -a alterius coinquinetur ac vita). 38, 54, 10 *Scipionis* -a sepulti laceretur (*cf. p. 218, 17*). Phaedr. 3, 10, 17 stupro ... turpi pollui -am domus. Stat. Theb. 3, 273 -a pudorque relictus. Tac. ann. 6, 17 eversio rei familiaris dignitatem ac -am praeceps dabat. 16, 24 per quae ... suam ... -am dehonestaret. Plin. paneg. 53 -am vitamque eius carpi. Papin. dig. 48, 5, 39, 9 patroni -am lacessere. Vlp. dig. 47, 10, 15, 29 si quis libello ... -am alienam insectatus fuerit. Anth. 416, 3 -am temptasti nostram sermone maligno. 476, 5 -am ... onerare laborat *proditio secretorum*. Lampr. Heliog. 8, 4 insecutus est -am Macrini crudeliter. 10, 4 si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem ..., -am ... principum vendunt. Capitol. Aur. 19, 10 ut eius -am nullius proximi decoloret invidia (Avg. epist. 77, 1). Ps. Avr. Vict. epit. 42, 20 vexantem -am viri (Avg. epist. 73, 10). Cod. Theod. 9, 1, 11 (*a. 373?*) qui alterius -am, fortunas ... in iudicium devocaverit. *adde: aliquem -a spoliare sim.*: Cic. Quinct. 26 affinem -a ac fortunis spoliare (76 Sull. 91 off. 3, 77 [*inde* Val. Max. 7, 2, 4]. Avr. Vict. Caes. 39, 15). Cic. Pis. 41 cum multos -a ... privasset. *praep.*: Cic. Verr. 3, 57 contra praetoris -am ac fortunas (Liv. 22, 25, 2 proclamando ... adversus rem et -am bonorum). Cael. 42 ne incurrat in alterius domum atque -am (familiam *Σ Clark; adde*: 54 tantum facinus ... in -am atque fortunas suas illatum. Tac. ann. 3, 31 quorum in pecuniam atque -am damnationibus ... saeviebat). Scaur. 36 si de Scauri -a detraxerint (epist. 3, 8, 5. 6, 18, 3 de mei iudicii -a. *cf.* Avg. c. Petil. 3, 7, 8 -ae meae).

-am (*suam vel alienam; acced.* probitatis, dignitatis suae *sim.*) *conservare, defendere, de -a dimicare*: Plavt. Most. 228 servasso *v. p. 213, 7* (Ov. epist. 4, 27). Cic. Quinct. 8 qui caput alterius, -am fortunasque defendam (S. Rosc. 15 Verr. 2, 76 ac. 2, 119 Sen. benef. 2, 35, 3). S. Rosc. 25 ut et illius mortui -am et fili ... fortunas conservatas velit (div. in Caec. 71 ut ante collectam -am conservet. Scaev. dig. 48, 8, 23 defuncti). 49 si per vos vitam et -am potest obtinere. leg. 2, 37 ut mulierum -am multorum oculis lux clara custodiat (Qvint. decl. 309 p. 216, 11 probitatis meae. *al.*). Att. 11, 2, 1 ista hereditas fidem et -am meam tueri potest (epist. 12, 22, 2. 13, 51. Hor. sat. 1, 4, 118 incolumem. Avson. 171, 5. *adde*: Ov. Pont. 3, 1, 46 vide, -ae quod tuearis opus). Cic. epist. 4, 9, 3 quod honesto otio tenueris et statum et -am dignitatis tuae (Ov. epist. 16, 69 sine labe). Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 34 matronis dignam f⟨a⟩mam co⟨l⟩entibus. Plin. epist. 2, 4, 2 debes -am defuncti pudoremque suscipere. *adde genet.*: Cic. Rab. perd. 1 in hac defensione capitis, -ae fortunarumque omnium C. Rabiri. Val. Fl. 6, 471 non ... custodia -ae, non pudor. *praep.*: Cic. Rab. perd. 30 pro illorum -a, gloria, memoria ... propugnandum *esse*. Mur. 2 ab huius honore, -a fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare. Sest. 1 de capite, de -a ... dimicantes (Nep. Timoth. 4, 3. *cf.* Cic. de orat. 2, 200 me ... pro mea omni -a ... fortunisque decernere. Plin. epist. 5, 13, 2 de gratia, -a, dignitate certantis). Cic. ad Q. fr. 1, 1, 25 remotam a -a et a fortunis ... calumniam. -am *suam (alienam) alicui committere sim.*: Ter. Haut. 351 et me et meum amorem et -am permitto tibi. Cic. Quinct. 62 cui tu et rem et -am tuam commendare ... et concredere solebas (S. Rosc. 113. *cf.* Att. 6, 1, 8 flens mihi meam -am commendasti). Rab. Post. 25 temere hunc ... -am libidini regiae commisisse (Hor. sat. 2, 7, 67 domino ... furenti committes rem omnem et vitam et cum corpore -am). Val. Fl. 7, 459 *Medea Iasoni* patriam ... -amque decusque obicit. *adde*: Cic. S. Rosc. 115 ipse ... cum -a vita bonisque ... illi mandatus est. -ae *vel suae vel alienae consulere, parcere sim.*: Ter. Phorm. 271 minus rei foret aut -ae temperans. Cic. Quinct. 27 -ae fortunisque P. Quincti consulere (Verr. 3, 28 Tull. 3 Font. 3 Phil. 2, 3 Sall. Catil. 51, 7 Fronto p. 192, 13 N. *cf. p. 216, 10 sqq.*). Cic. Verr. 3, 49 cum tuae tum ... suae -ae pepercisset (Tull. 3 Sall. Catil. 25, 3. 52, 32 Prop. 1, 16, 11 Ov. am. 3, 14, 36 Tac. ann. 13, 45 Avg. civ. 2, 9 p. 64). Cic. Att. 5, 10, 2 serviendum esse -ae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

meae (epist. 14, 4, 3 illius misellae et matrimonio et -ae. NEP. Them. 1, 3). epist. 4, 14, 4 me ... rei, -ae, saluti tuae praesto futurum. -a *alicuius agitur, in dubium venit, perit sim.*: TER. Ad. 340 tua -a ... in dubium veniet (CIC. Quinct. 30 in iudicium). CIC. Cael. 75 in hoc flexu ... aetatis ... -a adulescentis paululum haesit ad metas. Pis. 98 in sententiis omnium civium -am nostram pendere. Lael. 61 in quibus eorum aut caput agatur aut -a (LIV. 27, 34, 7. 45, 38, 5). LVCR. 4, 1124 labitur ... res .. atque aegrotat -a vacillans. HOR. sat. 1, 2, 59 unde -a malum gravius quam res trahit. 1, 2, 133 ne nummi pereant aut ... -a *adulteri*. OV. ars 2, 634 -a ... non tacto corpore crimen habet. LIV. 33, 46, 2 res, -a vitaque omnium in illorum potestate erat. SEN. Herc. f. 1307 causam tuam et -am in arto stare et ancipiti. AVG. civ. 1, 9 p. 16 ne ... sua salus ac -a in periculum exitiumque veniat. -ae *detrimentum, periculum sim.*: RHET. Her. 4, 10, 14 sine -ae detrimento (QVINT. decl. 283 p. 149, 3). CIC. Rab. perd. 5 in tanta dimicatione capitis -ae *eqs.* 36 ne quod accipiat -ae vulnus (AVSON. 118, 11. *cf.* 195, 18 clientibus -ae et salutis sauciis. CLAVD. 22, 380). CIC. Balb. 6 poena ... nulla nisi -ae. Pis. 42 an ego ... maiore afficerer laetitia ex corporis vestri laceratione quam ... ex -ae? 47 vulneratio. off. 1, 38 certamen ... capitis et -ae. epist. 9, 21, 1 capitis aut -ae *causas agimus* ornatius (VLP. dig. 3, 3, 39, 7. *cf. p. 216, 2*). PROP. 2, 32, 21 -ae iactura pudicae (IVV. 6, 91). 4, 8, 20 -ae non sine labe meae. OV. am. 2, 2, 50 -ae damna (*v. vol. V p. 32, 84 sqq. adde*: QVINT. decl. 356 p. 388, 9 PORPH. Hor. sat. 1, 2, 58—59). LIV. 3, 44, 12 periculum (22, 59, 19 MAECIAN. dig. 40, 5, 36 pr.). PLIN. nat. 28, 27 labor. IVV. 6, 500 discrimen. CALP. decl. 20 naufragia.

structurae: accedit dat. finalis p. 264, 20 incertum an dat. finalem vim habeat p. 264, 22. accedit ablativus: VAL. FL. 2, 146 indigno amore. IVL. VAL. 1, 29 obsequio (LEO M. epist. 80, 2 trepido; *cf.* VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 34 iubentis imperio per obsequium ministerii -atur). AMBR. Abr. 1, 5, 36 blando sedulitatis nomine usuque. PS. RVFIN. in Os. 13, 1/2 precum ac victimarum oblatione. PAVL. NOL. carm. 18, 47 munere linguae. AVG. epist. 147, 41 cum ... isti ... illis quodam officio nuntiandi et ministerio -antur. c. Faust. 16, 8 religionis, qua -or Christo. THEOD. PRISC. log. 34 adiutoriis. DRAC. laud. dei 2, 341 militia (*sed cf. Vollmeri adn.*). *accedunt praepositiones*: ad: *accedit ad verbum c. dativo coniunctum: p. 263, 70. 264, 4; ad verbum absolute positum: p. 264, 53; pro dativo: p. 263, 34.* in *c. acc.*: LEO M. epist. 80, 2 ut in damnationem ... antistitis et in receptionem detestabilis pravitatis trepido -rentur obsequio. in *c. abl.*: GREG. M. in Ezech. 1, 2, 17 *Christo* ignis iudicii in reproborum vindicta -bitur. per: *v. l. 23.*

synonyma: ad A: servire, parere, subditum esse, obsecundare. *ad B*: adorare. *ad C*: sequi.

oppositа: dominari, imperare.

partic. **famulāns,** -antis: **1** *substantive: i. q.* famulus (-a, *v. infra l. 53*): IVL. VAL. 3, 31 habitu -antis. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 187, 13 non reprimere iubentis imperium, sed tollere -antis obsequium (PAVL. NOL. epist. 23, 5 p. 161, 26. *cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 *regina* eminus secundum -antium disciplinam solo fixa constitit immobilis). OPTAT. 5, 7 p. 136, 21 (*syn.* famuli, ministri). ZACCH. 1, 32 iubentis imperiis consequens ... similitudo -antum (*syn.* ministros). COD. Theod. 12, 1, 96 pr. (*a. 383*) ne personae -antium facultate locupletes onera ... obscuritate nominis vilioris evadant. EVCHER. pass. Acaun. 8 basilicae -antium manibus illata. SALV. eccl. 2, 64 inter pauca -antium ministeria. *plur. i. q. subiecti*: HEGES. 2, 9 l. 100 nobilitas -antium (*opp.* victoris opes). ENNOD. opusc. 1, 24 p. 268, 5 -antum (*opp.* tyrannus). CASSIOD. var. 3, 49, 1 felicitas regnantis est -antes amare, quod expedit. **2** *adiective: de hominibus*: PAVL. NOL. epist. 18, 5 p. 132, 23 -antium viduarum (*sc. monacharum*). SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 101, 1 -antibus populis. *de bestiis*: FAVST. REI. epist. 5 p. 189, 9 Lazarus post linguas -antium canum susceptus manibus angelorum. *de rebus: i. q. ad famuli condicionem pertinens*: PAVL. NOL. carm. 6, 268 paruit auditis -anti mente Iohannes. 8, 17 quicunque hominum -antia corda iudicio regitis. MEROB. poet. 5 hiberni -antia foedera ... orbis (*i. hibernus orbis foedere iunctus Romanis, ita tamen, ut serviat*). ALC. AVIT. carm. 4, 192 angelicus ... chorus ... -antia suetus ferre ministeria.

adv. **famulanter.** NON. p. 111 -r pro suppliciter. GLOSS. famulant⟨er⟩ supplicant⟨er⟩. *i. q. humiliter*: ACC. trag. 642 deum ... adfare et -r pete. DRAC. laud. dei 2, 72 ut *caela eqs.* ... -r adorent (famulentur *B*). GREG. TVR. Franc. 9, 41 (*epist.*) -r saluto.

II famulo: **1** *transitive i. q. in servilem condicionem redigere*: **a** *active*: TERT. apol. 21 cum *Christus* ... elementa ipsa -ret compescens procellas *eqs.* (*at qui haec exscripsit* CYPR. idol. 13 cogeret sibi elementa -ari). adv. Hermog. 29 p. 158, 3 ut ... ex illa (*terra*) decerpam lignum fructuosum et ex illa animalia usui meo -em (*F*, -entur *rell.*). **b** *passive*: ITALA Rom. 6, 22 (Tert. resurr. 47 p. 96, 17) liberi facti a delinquentia, -ati autem deo (*δουλωθέντες τῷ θεῷ* codd. d g *et* VVLG. servi ... facti). TERT. apol. 39 parasiti affectant ad gloriam -andae libertatis sub auctoramento ventris ... saginandi. resurr. 47 p. 97, 24 quod ereptum est redimens, quod -atum est liberans, quod seductum est revocans. **2** *intransitive i. q. famulari*: IORD. Get. 115 imperatorum decretis ... -arunt (*alias dep.*). VEN. FORT. carm. 11, 7, 6 matri pietate benigna, quod minus impendi, tu -are velis (*alias dep.*). [*dub.*: SALV. gub. 4, 15 *servi* -are (*A*, -ari *cett. et edd.*) optant et fugere coguntur.]

deriv.: famulabundus, famulatio, famulatorius, famulatrix, famulatum, famulatus.

? famulōsus, -a, -um. GLOSS. -us serviens (famul Oscis serviens *Graevius*). [CATO Gell. 9, 12, 7 etsi -us (*codd. Gell.*, famosus *Non. recte*) et suspiciosus fuisset.] *Ammann.*

famultās *v.* famulitas.

***famulus,** -ī *masc.*, ***famula,** -ae *fem. subst. et* **famulus,** -a, -um *adi.* [*i. q. osc. paelign.* famel '*famulus, servus*', *cf.* familia. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 86 LYD. de mag. 1, 11. *formae notabiles*: **famel:** PAVL. FEST. p. 87 famuli origo ab Oscis dependet, apud quos servus -el nominabatur, unde et familia vocata. **famul:** ENN. ann. 313 mortalem summum Fortuna repente reddidit ⟨e⟩ summo regno ut -ul infimus esset (ut -ul optimus esset *trad. ap.* NON., *correctum e* LVCR. 3, 1035 Scipiades ... ossa dedit terrae proinde ac -ul infimus esset). MAR. VICTORIN. gramm. VI 56, 10. GLOSS. -ul famulus. famolus, famola *legitur passim in* INSCR. *velut* CORP. V 5417, 8. 5427, 9. XII 2085, 6 *al.* famulle: INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 488 (*Romae*). famlus: CORP. V 5418, 1. *notatur* fam(ulus): CORP. V 5230. *de masculino et feminino*: GRAMM. suppl. 124, 25 sunt nomina, quae nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut gal-lus gallina ...-us -a.

substantivum *masc.* **famulus,** -ī. *de formis: genet. plur.* -orum: CIC. rep. 2, 37 APVL. met. 6, 2 TERT. ieiun. 10 HIER. epist. 64, 7, 1 VVLG. *bis. al.* -um: VERG. Aen. 11, 34 VAL. FL. 1, 752. 3, 20. 282 STAT. silv. 3, 4, 57 Theb. 1, 554. 11, 327 ZACCH. 3, 10 p. 1166[B]. *de notione*: HIER. in Tit. 1, 1 p. 688 puer ... hoc est *παῖς*, quia potest secundum Graecos et -um et filium significare. GLOSS. minister, servus. *θεράπων, οἰκεῖος.* III 275, 18 -us domus *οἰκέτης. de differentia quae est inter servum et famulum*: PS. CATO dist. 4, 44 cum -os fueris proprios mercatus in usus, et servos dicas, homines tamen esse memento. ISID. diff. 1, 525 inter servum et -um. servi sunt in bello capti ..., -i autem ex propriis familiis orti. DIFF. ed. Beck p. 56, 6. GLOSS. -us est unus ex familia, servus vero ex condicione servitutis. [*it. sept. vet.* fámelo. *M.-L.*]

I ***generatim*:** *i. q. servus*: **A** *proprie*: ENN. ann. 156 prodinunt -i: tum candida lumina lucent. PLAVT. Asin. 184 volt placere sese amicae, volt mihi, volt pedisequae, volt -is, volt etiam ancillis (*cf.* Ov. epist. 19, 77 subsequor ancillam furtim -umque). Cas. 951 quid nunc agam? nescio, nisi ut improbos -os imiter ac domo fugiam. Mil. 351 neque cuiquam quam illi in nostra meliust -o familia. Stich. 396 i intro, Pinacium, iube -os rem divinam mi apparent. TRAG. inc. 138 tela, -i, tela propere. sequitur me Thoas. ACC. carm. frg. 2 calones -ique metallique caculaeque. 3, 4 *Grai* exercent epulas laeti -osque procurant quisque suos; nostrisque itidem mos traditus illinc iste, ut cum dominis -i epulentur ibidem. LVCIL. 1055 neu qui te ignaro -i[s] subducere. CIC. rep. 2, 37 qui cum -orum in numero educatus ad epulas regis adsisteret. leg. 2, 19 feriis iurgia amovento easque in -is operibus patratis habento. 2, 27 neque ea quae a maioribus prodita est, cum dominis tum -is posita in fundi villaeque [in] conspectu religio Larum repudianda est. Tusc. 2, 48 hos quidem ut -os vinclis prope atque custodia, qui autem erunt firmiores ..., hos admonitu oportebit ut bonos milites revocatos dignitatem tueri. Lael. 55 parare quae parantur pecunia: equos -os vestem egregiam. off. 2, 24 ut eris in -os, si aliter teneri non possunt. CATVLL. 63, 52 ego quam misera relinquens, dominos ut berifugae -i solent. VERG. Aen. 1, 701 dant manibus -i (famulae *M P*) lymphas Cereremque canistris. 3, 329 (*Andromache loquitur*) me -o famulamque Heleno transmisit habendam. 5, 263. 8, 584. 11, 34 ibat ... circum omnis -umque manus Troianaque turba. HOR. carm. 3, 1, 36 huc frequens caementa demittit redemptor cum -is. 3, 17, 16 cras Genium mero curabis ... cum -is operum solutis. PROP. 3, 11, 30 quid modo quae nostris obprobria vexerit armis et -os inter femina trita suos? Ov. ars 3, 695 -is canibusque relictis. epist. 14, 71 patrem -osque patris lucemque timebam. met. 3, 229 -os fugit ipse suos. 6, 649 comites -osque removit (STAT. silv. 3, 3, 178 Theb. 1, 554). 7, 806 nec mecum -os nec equos nec ... ire canes ... sinebam. 8, 635. 9, 183 solitus longos ferro resecare capillos viderat hoc -us. 14, 418 -i populusque per omnes discurrunt silvas. trist. 4, 10, 101 quid referam comitumque nefas -osque nocentes? SEN. Ag. 787 -i, attollite, refovete gelido latice. 800 hanc fida -i turba ... retinete. Herc. f. 430 sceptrone nostro -us est potior tibi? *eqs.* 450 -ine fuerant antequam fierent dei? 1074 par regi -oque venis (*cf.* Herc. O. 228 felix quisquis novit -um regemque pati). Herc O. 375 crinemque mitra pressit et -us stetit. Oed. 843 regnum obtinente Laio -us greges agitasti? Phaedr. 1105 errant per agros funebris -i manus. COLVM. 7, 12, 1 quis *cane* -us amantior domini? LVCAN. 2, 149 domini per viscera ferrum exegit -us. 4, 218 ut ... habeat -os nullo discrimine Caesar, exorandus erit? 5, 509 Caesar ... vix -is audenda parat. 10, 341. 520. TEST. porcelli p. 243 porcellus comprehenditur a -is. VAL. FL. 1, 447. 752 horruit ... -um clamore supremo maesta domus. 3, 282 -um matrumque dolor. SIL. 1, 66. 16, 455 -us florente iuventa huic datur *praemium certaminis*. STAT. silv. 2, 1, 58 accensum quis bile fera -isque tumentem leniet? 3, 4, 57 cessere priores deliciae -umque greges. MART. 1, 101, 5 ne ... ad Stygias -us descenderet umbras (*seq.* 10 dixit ad infernas liber iturus aquas). 9, 65, 5. APVL. met. 2, 31. 7, 13 procurrunt parentes affines clientes alumni -i. ITALA gen. 9, 25 (Aug. civ. 16, 1) maledictus Chanaan puer,

[Jachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-us (*οἰκέτης*, VVLG. servus) erit fratribus suis. exod. 7, 9 (Lugd.) palam Pharaonem et palam -is eius (*θεραπόντων*, VVLG. servis). deut. 29, 2 (Lugd.). 34, 11 (Lugd.) TERT. ieiun. 10. adv. Marc. 4, 14 p. 462 aspernamento habetur a nationibus, -is et magistratibus. LACT. inst. 4, 28, 8 non ... nobis odiosi videntur ii -i, qui assidui et frequentes ad obsequium fuerint. COD. Iust. 1, 13, 1 (*a. 316*). COD. Theod. 4, 7, 1, 1 (*a. 321*) cum *clerici* suis -is tribuunt libertatem. AVSON. 193, 12. 466, 4 Melanthium -orum Vlixis unum. AMM. 23, 6, 80 ministranti -o. VEG. mil. 2 praef. libellum de dilectu atque exercitatione tironum ... tamquam -us obtuli. HIER. epist. 53, 9, 3 Paulus ... pro fugitivo -o deprecatur. 64, 7, 1. VVLG. gen. 41, 12 puer Hebraeus, eiusdem ducis militum -us. lev. 25, 39 si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute -orum, sed quasi mercennarius et colonus erit. I reg. 8, 15 det eunuchis et -is suis. AVG. civ. 7, 3 ab illo qui vitae et sensibus universaliter praesidet, his quasi -is ista carnalia commissa sunt. CLAVD. carm. min. 53, 119 deserta ... mansit regia Neptuni -is veneranda profundis (*i. Tritonibus sim.*). MACR. sat. 5, 3, 17. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 139, 3 formam servi accipiens -o deus iungitur. DRAC. laud. dei 2, 480 caelestes (*sc. angeli*). CASSIOD. in psalm. 134, 9 illius ... -i dicimur cui consentanea mente servimus. CORP. III 14368[16] (*opus musivum*) Optatinus ⟨e⟩t Aurelia cum -is suis ... ⟨f(ecit)⟩. *de puero delicato*: STAT. silv. 2, 6, 10 -um gemis ... pium, sed amore fideque has meritum lacrimas, cui maior stemmate iuncto libertas ex mente fuit. 2, 6, 21. 3, 4, 38 nec te plebeia manebunt iura: Palatino -us deberis amori. *de bestiis*: CATVLL. 66, 57 ipsa suum Zephyritis eo -um (*struthocamelum, ut videtur*) legarat. MART. 14, 216, 1 *accipiter* praedo fuit volucrum: -us nunc aucupis idem. APVL. met. 8, 26 susceptum novicium -um (*sc. asinum*) trahebat ad domum. TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338 consulens homini, quo deo adhaereret, ne non tam liber quam abiectus videretur, aequandus -is suis, ceteris animalibus, solutis a deo et ex fastidio liberis. *nota de dis*: ACT. Arv. a. 183 II 2 -is divis verbeces duos. a. 224 l. 10 (*cf. Samter, PW. VI 1986*).

B *translate*: APVL. met. 5, 6 illi tuo -o Zephyro praecipe. TERT. adv. Hermog. 10 p. 137 aut -us erit mali deus aut amicus. adv. Marc. 2, 6 p. 341 homo ... aliorum dominus, sui -us. AVG. civ. 10, 6 corpus quo inferiore tamquam -o vel tamquam instrumento utitur anima (*cf.* gen. ad litt. 9, 11 p. 281, 4 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 137, 5). PRVD. c. Symm. 1, 343 *sol* -us subiectus agit quodcumque necesse est (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 674 sol, oculus caeli, -us super astra Tonantis. SERM. Caspari Anecd. p. 321, 7). BOETH. mus. 1, 9 p. 196, 6 ut quasi oboediens quidam -usque sit sensus, iudex vero atque imperans ratio. *accedit dativus*: TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342 et malo sicut bono -us.

C *latiore sensu*: LVCAN. 8, 339 aversosque polos alienaque sidera quaeris, Chaldaeos culture focos et barbara sacra, Parthorum -us? (*fere i. q. addictus*). STAT. Theb. 8, 511 duris -us dum casibus omnes lustro vagus terras. CLAVD. 8, 74 per varium gemini scelus erupere tyranni tractibus assiduis: hunc saeva Britannia fudit, hunc sibi Germanus -um delegerat exul. *i. q. comes, aulensis*: SIL. 13, 886 *Hannibal* Assyrio -us regi (*cf.* 889 altera servitia). CORIPP. Ioh. 1, 101 quem primum maximus orbis imperialis apex -um rebusque fidelem tunc habuit lectum. 7, 219 -i ... magna laborant ... magistro, pellentes dubias exire in proelia turmas. Iust. 1, 225 properare fideles urguebat -os. 1, 227. 252. 3, 8. *i q. subditus*: CLAVD. 24, 84 *Roma* non ... supplex ... ademptam legatis poscit Libyam -osve precatur ... suos. *de subdito qui domino militarem operam praestat*: IORD. Rom. 357 contra ultimum suum -um Vitalianum de Scythiam ... bellum extraxit. *i. q. obnoxius*: RVST. HELP. hist. testam. 8 *Adam et Eva* poenarum -i linquunt felicia regna.

II ***speciatim famulus deorum***: **A** *i. q. sacerdos*: CIC. leg. 2, 22 praeter Idaeae matris -os eosque iustis diebus ne quis stipem cogito (MANIL. 4, 760 Idaeae matris). CATVLL. 63, 68 ego nunc deum ministra et Cybeles -a ferar? HOR. ars 239 custos -usque dei Silenus alumni. OV. met. 3, 574 hunc ... comitem -umque sacrorum cepimus. LIV. 37, 9, 9 fanatici Galli ... iussu se matris deum -os deae venire memorant. GERM. 38 Dictaeae ... deae -i Corybantes. VAL. FL. 3, 20 Dindyma sanguineis -um bacchata lacertis. 6, 642 hinc puero cognomen erat -umque ferebant Phasidis intonso nequiquam crine parentes. STAT. Theb. 6, 377 (*Apollo loquitur*) Peliacis hic cum famularer in arvis ..., tura dabat -o. 7, 692 -o (*i. Amphiarao*) decus addidit omne ... Apollo. 7, 771. MART. 9, 28, 10 Roma sui -um dum sciat esse Iovis. APVL. met. 6, 2. 11, 27. *sim. de bestiis*: VERG. Aen. 5, 95 *Aeneas* incertus, geniumne loci -umne parentis esse putet *anguem* (*genium Anchisae mortui, cf.* SERV. *ad l.*). OV. met. 8, 272 sus ... infestae -us vindexque Dianae. VAL. FL. 3, 458 angues, umbrarum -i. SIL. 6, 288 -um ... sororum Naiadum (*i. serpentem*).

B *apud Christianos: famulus dei, domini, Christi*: **1** *de prophetis*: ITALA Ier. 7, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 527) emisi omnes ad vos -os (*δούλους*, VVLG. servos) meos, prophetas. TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379 cum probaturus sim creatorem easdem virtutes ... interdum per -os suos retro edidisse, interdum per Christum suum edendas destinasse. 3, 24 p. 422. 4, 9 p. 442 ideo Christum negas creatoris, quia potentior fuerit -o creatoris, quia ad Helisei pusillitatem maior agnoscatur (4, 20 p. 484 *al.*). 4, 35 p. 539 dominus ... operetur per ... prophetas -os suos. VVLG Ios. 1, 13 Moyses -us domini. PS. RVFIN. in Ioel 1, 1 munus imposuit -o suo doctor aeternus. DRAC. laud. dei 3, 217 *Daniel* dei -us. **2** *i. q. fidelis*: ITALA gen. 24, 44 (Aug. loc. hept. 1, 88 p. 520, 16) haec mulier est, quam paravit dominus -o suo (*τῷ ἑαυτοῦ θεράποντι*, VVLG. *aliter*). exod. 4, 10 (Aug. quaest. hept. 2, 7) ex quo coepisti loqui -o tuo (*τῷ θεράποντί σου*, VVLG. ad servum tuum). lev. 25, 55 (Tert. scorp. 2) filii Israel -i (*οἰκέται*, VVLG. servi) pueri mei. Is. 42, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 17 excaecati sunt -i dei (*οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ*, VVLG. servus domini). TERT. scorp. 11 *Christus* -os suos instruit. ARNOB. nat. 1, 31 da veniam, rex summe, tuos persequentibus -os. *passim apud* ECCL. OPTAT. 1, 16 p. 50, 20 ex -o dei factus est minister inimici (*cf.* MAXIMIN. c. Ambr. 114 nec vero respexisti ... ab antichristi ministro -os Christi ... iudicari non posse). 5, 7 p. 136, 24 se et ceteros ... Paulus -os cum humilitate fateatur. PS. DAMAS. epigr. 77, 11 rite suis -is discet adesse deum. HIER. epist. 16, 1, 2 Paulus ... vinctos Christi -os ducebat ad concilium Iudaeorum. VVLG. III reg. 8, 25 nunc igitur, domine deus Israel, conserva -o tuo David patri meo quae locutus es ei. INSCR. Nuovo bull. crist. 10 (1904) p. 68 domini (INSCR. Röm. Quartalschrift 22 [1908] p. 104). PRVD. cath. 10, 19 hanc tu, deus optime, mortem -is abolere paratus. psych. 643 patrium -is aperire profundum. AVG. civ. 2, 19 tolerare Christi -i iubentur, sive sint reges sive principes *eqs.* DRAC. laud. dei 2, 429 Loth iustus -usque dei. CORP. XII 2073 hic requiescit in pace -us dei Vranius. XIII 23038 Vitalis -us di eremita. INSCR. christ. Hisp. 11 (*a. 544*) depositio Pauli -us (*sic*) dei. *passim in* INSCR. **3** *de monacho, presbytero*: RVFIN. hist. mon. 30 p. 457[A] ut praedixerat -us dei. EVGIPP. Sev. 16, 3 cur istic -o dei posito tuam credideras posse latere praesentiam? CORP. XIV 2210 hic requiescit -u⟨lus dei⟩ presbi(ter). CARM. epigr. 673, 4 cuius (*Christi*) ego in sacris -us vel in ordine rector officio levita fui. 1371, 6 *al.*

III ***laxiore sensu, usurpatur ad humilitatem, obsequium designandum***: VVLG. gen. 44, 18 ne irascaris -o tuo. num. 32, 5 des nobis -is tuis eam *terram* in possessionem. I reg. 20, 8 fac ... misericordiam in servum tuum, quia foedus domini me -um tuum tecum inire fecisti. PAVL. NOL. carm. 12, 28 ut -is -os a puppi suggere ventos. EPIST. pontif. 591 (Felix III) 1 Thiel p. 223 conveniens fuit ut Vitalis et Miseni fratrum ... et -i vestri (*Zenonem imp. alloquitur*) Felicis ecclesiae defensoris ad vos ... legatio mitteretur. GREG. M. epist. 3, 61 *al.*

fem. ✖**famula**, -ae *f.* *de formis: abl. plur.* -is: OV. met. 14, 311 una ... e -is (*cf. dat.*: STAT. Theb. 12, 112). -bus (*cf.* GRAMM. suppl. 94, 1): VVLG. exod. 2, 5 (-is *Amiat.*) AVG. epist. 36, 4 GREG. TVR. Franc. 9, 13 ISID. in gen. 25 tit. fāmula: CARM. epigr. 1846, 10. *de notione*: AVG. quaest. hept. 2, 78 p. 143, 6 -a, quam *οἰκέτην* Graeci vocant. GLOSS. *θεράπαινα*. [*loc. dub.*: FVLG. myth. 3, 6.]

I ***generatim*** *i. q. serva*: **A** *proprie*: LVCR. 4, 1176 miseram taetris se suffit odoribus ipsa, quam -ae longe fugitant furtimque cachinnant. VERG. Aen. 1, 703 quinquaginta intus -ae, quibus ordine longam cura penum struere et flammis adolere penates. 3, 329 *v. p. 266, 54.* 4, 391. 8, 411 -as ... ad lumina longo exercet penso. CIRIS 444 men alias inter -arum munere fungi. MORET. 91 clara -am poscit mortaria voce. PROP. 3, 15, 15 -am pensis oneravit iniquis. OV. epist. 3, 75 nos humiles -aeque tuae data pensa trahemus. 5, 121. met. 4, 5 festum celebrare sacerdos immunesque operum -as dominasque suorum pectora pelle tegi ... iusserat. 4, 35. 220. 223. 14, 260. 311 quod clam mihi rettulit una quattuor e -is ad talia sacra paratis. Ib. 391 Icaridos -ae. fast. 2, 743. 6, 481 quae dea sit, quare -as a limine templi arceat. SEN. Ag. 796 ne metue dominam -a. Herc. f. 100 incipite, -ae Ditis (*i. Furiae*). Herc. O. 279 Iovis ... fiet ex -a nurus. 354. 564 *vestis*, quae ... colu lassavit omnem ... -arum (-arem *A*, fabularum manus *E*) manum (Phaedr. 725). Phaedr. 387. 611 me vel sororem ... vel -am voca, -amque potius. 617 me -am accipe. OCTAVIA 103 meae subiecta -ae luce non grata fruor. 657 invisos intrare mihi thalamos -ae. CVRT. 3, 12, 25 matrem me et reginam vocas, sed ego me tuam -am esse confiteor. LVCAN. 2, 24 nec mater ... exigit ad saevos -arum bracchia planctus. 8, 63 fideles. VAL. FL. 2, 114. 4, 520 cur tenditis ... in -as saevire Iovis (*sc. Harpyias*). 6, 502 me ille (*Iason*) magistram sentiet et raptu -ae doluisse pudendo. STAT. Theb. 5, 498 me praedonum manus ... abripit et vestras -am transmittit in oras. 5, 687. 12, 112. Ach. 1, 958 *Achilles* ingentes -as captumque reversus Ilion ... promittit *Deidamiae*. APVL. met. 2, 6 Fotis -a petatur. 5, 2. 3 solas voces -as habebat. TERT. pudic. 20 de -ae concubitu. AVSON. 385, 10 cum stola matronis dempta teget -as. VVLG. gen. 12, 16 oves et boves et asini et servi et -ae (*cf.* deut. 12, 18 Esth. 7, 4. AVG. civ. 11, 16 plerumque carius comparetur equus quam servus, gemma quam -a). exod. 21, 7 si quis vendiderit filiam suam in -am. deut. 12, 12 famuli et -ae (*cf.* Ier. 34, 11. PRVD. psych. 56 famulos -asve dei. SACR. Leon. p. 339). I reg. 25, 41 ecce -a tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei. SIDON. carm. 5, 57 -a satus olim hic praedo. CARM. epigr. 1846, 10 nil tibi quod foedum, ... dum satis obsequeris, -a dicta viri. CORP. II 372. 2265, 6. VI 2254.

[Jachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *translate: de rebus tam corporeis quam incorporeis*: Cic. Tusc. 1, 75 cum a re familiari, quae est ministra et -a corporis, ... sevocamus animum. 5, 2 sin autem virtus subiecta sub varios incertosque casus -a fortunae est. Tert. anim. 41 sequitur animam nubentem spiritui caro, ut dotale mancipium, et iam non animae -a sed spiritus (*cf.* resurr. 7 p. 36 caro, dum ministra et -a animae deputatur, consors et coheres invenitur). Hil. in psalm. 14, 6 cuius vita corporis -a sit. Avg. civ. 5, 20 tabulam ... verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi ... regina considat, eique virtutes -ae subiciantur. 5, 24 suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandum maiestati eius -am faciunt. *per prosopopoeiam*: Sil 2, 367 occumbam potius ne te, patria inclita, dedam aeternum -am.

II ***speciatim*** *famula deorum*: **A** *i. q. sacerdos*: Catvll. 63, 90 illa (*Attis*) demens fugit in nemora fera: ibi semper omne vitae spatium -a *Cybebes* fuit. Verg. Aen. 11, 558 tibi hanc, ... Latonia virgo, ipse pater -am voveo. Sen. Ag. 255 veridici dei. Val. Fl. 7, 366 mox -ae (*i. Medeae*) monstrata seges, quae lampade Phoebes sub decima iuga feta metit. *sim. de bestiis*: Sil. 13, 124 numen erat iam cerva loci; -amque Dianae credebant. Ivv. 14, 81 leporem aut capream -ae Iovis et generosae in saltu venantur aves. *de arbore*: Val. Fl. 1, 303 Dodonida quercum Chaoniique vides -am Iovis.

B *apud Christianos i. q. fidelis*: Gavdent. serm. 17 p. 965[A] repperimus quasdam dei -as, monasterii sanctarum virginum dignissimas matres (Prvd. psych. 56. Cassiod. var. 10, 26, 2 monasterium -arum dei. Corp. V 5419, 3. X 1351 Carm. epigr. 1446, 2. *passim in* Inscr.). Ps. Ambr. laps. virg. 10, 51 require, *deus*, -am tuam *eqs.* Avg. bon. viduit. praef. Augustinus ... servus Christi ... religiosae -ae dei Iulianae ... salutem. Mar. Merc. Cael. 4, 3 Christi. Corp. III 3996 *al.* Pass. Theclae B 38 p. 108, 10.

III ***laxiore sensu,*** *usurpatur ad humilitatem designandam*: Vvlg. Ruth 3, 9 ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium super -am tuam. I reg. 1, 11 domine exercituum, si respiciens videris afflictionem -ae tuae *eqs.* 25, 24 audi verba -ae tuae. *metonymice*: Alc. Avit. epist. 83 p. 100, 4 quamquam istud -a vestra, prosapia mea, ... persolverit.

adiectivum (*omnia, quae praesto sunt, proponuntur exempla*): **I** *i. q. serviens*: **A** *de rebus, plerumque metonymice vel per prosopopoeian*: **1** *de rebus corporeis*: Pompon. Atell. 107 non erat qui corpus tremulum -a tutaret toga. Ov. Pont. 2, 2, 80 nec dedignata est ... Illyris ... Caesareum -o vertice ferre pedem. fast. 1, 286 Germanice ..., tradiderat -as iam tibi Rhenus aquas (Mart. 5, 3, 2 Rvt. Nam. 1, 152). Sil. 3, 138 an Romana iuga et -as Carthaginis arces perpetiar? Mart. 6, 76, 6 -um victrix possidet umbra *Fusci* nemus. 9, 1, 3 grande -i nomen asseret Rheni Germanicarum magna lux kalendarum. Itala Rom. 6, 19 (Tert. resurr. 47 p. 96 pudic. 17) sicut exhibuistis membra vestra -a immunditiae (*τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ*, Vvlg. membra vestra servire immunditiae [Tert. pudic. 17 m. v. famulari immunditiae]) et iniquitatis ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra vestra -a iustitiae (*δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ*, Vvlg. servire iustitiae) in sanctificium. Tert. anim. 33 omnia -a sunt hominis, omnia subiecta, omnia mancipata. resurr. 5 p. 32 ut -a, iussu et imperio et sola vocali potestate universa processerant. Avson. Mos. 360 te ... Celbis ... Erubris ... festinant -is quam primum allambere lymphis. Pavl. Nol. carm. 12, 28 ut famulis -os a puppi suggere ventos. Alc. Avit. carm. 2, 79 vidit ... novos homines ... -o dominarier orbi. **2** *de rebus incorporeis*: Cypr. Gall. gen. 629 trepidus vates -o sermone poposcit. Anth. 292, 4 *aper* posito -as furore temperat minas. Prvd. cath. 10, 166 -am tibi praecipe mentem genitali in sede sacrari. Pavl. Nol. carm. 16, 10 -ae ... munera linguae. epist. 23, 4 p. 161, 6 benedictio ... mihi erat sancta in nomine dei famulatio et in libertatis spiritu -a dilectio. Favst. Rei. grat. praef. p. 3, 19 qui oboedientiam -i laboris adiungit (grat. 1, 3 p. 15, 2 negat gratiae associandum -i laboris conatum). Alc. Avit. epist. 76 p. 92, 9 cunctis ... semper amabilem, sed Cabillonensibus singularem -ae sollicitudinis litteras destinavi. carm. 1, 72 cui ... impendat -am longaevo in tempore vitam. Ennod. dict. 16, 6 p. 473, 1 ne -a castitas hosti pretium fieret insultanti. *accedit dativus*: Virg. gramm. epit. p. 67, 19 adverbium verbo quasi ex obliquo -um est.

B *de animantibus*: Lvcan. 10, 127 -ae numerus turbae populusque minister. 10, 405 duce sub -o iussuque satellitis irent. Stat. silv. 3, 4, 77 nec lege sinistra ferre timent -ae natorum pondera matres. Clavd. rapt. Pros. 2, 13 it Venus ... iam Dite subacto ingenti -os Manes ductura triumpho. 3, 230 -ae longo post ordine Nymphae. carm. min. 18, 15 (*de mulis*) nec vinclis -ae nec libertate feroces, exutae laqueis sub dicione tamen. Clavd. Mam. epist. 2 p. 203, 18 gens deliciis et divitiis serviens ignaviae et inscitiae -a. *de turba sim.*: Sil. 13, 360 immensi ... greges -ae ad convivia turbae. Stat. Theb. 11, 292 quid saeva fremis -amque cohortem respectas? silv. 4, 2, 39 -as ... ex ordine turmas. 5, 1, 21 -os lassare greges (Mar. Victor aleth. 3, 478). 5, 1, 158 nil -i coetus, nil ars operosa medentum auxiliata malis. *de gentibus, urbibus*: Sil. 1, 74 cum fugeret Dido -am Tyron (*sc. sub fratre tyranno*). Clavd. 21, 383 quis ... caneret Fabium, si ... insultaret atrox -a Carthagine Maurus. carm. min. 30, 116 relictis sedibus Aurorae -as properatur ad urbes. *fort. huc pertinet*: Carm. de bell. Aeg. 19 haec mihi cum ⟨...⟩ plebes quoque ⟨...⟩ victrix vindicat ⟨... fa⟩mulam Roma⟨n⟩a ⟨p⟩ote⟨ntia⟩.

II *i. q. famuli vel famulae proprius, servilis*: Ov. am. 2, 7, 21 Veneris -ae conubia liber inire. Lvcan. 4, 207 -as scelerata ad proelia dextras excitat. Sil. 10, 646 pro ... arce et sceptris ... vel -as armare manus (Clavd. carm. min. 22, 17 Pavl. Nol. epist. 23, 4 p. 161, 15). Clavd. 5, 386 nobis sperastis -as imponere posse catenas. *cf.* Famulus *nom. propr.* *Jachmann.*

fanagorium *v.* Phanag- *nom. propr.*

? **fanarius,** -a, -um. *in nomine herbae*: Dioscor. 4, 184 W. *πτέρις ... Ῥωμαῖοι φίλις (i. filix) φανάρια (an ea quae in fanis crescit? φανάρια coni. Wellmann).* *Mbr.*

fānāticus, -a, -um [*cf. c.* fanari, fanum. *Th.*]. *de etymologia*: Gloss. II 579, 22 -us dicitur a fanatus. Serv. auct. georg. 1, 10 Cincius et Cassius aiunt ... aedes sacras 'faunas' primo appellatas postea fana dicta et ex eo ... -os dici. *cf.* Schol. Hor. ars 454 *infra l. 67.* Gloss. V 198, 19 -i ... dicti ... a Fauno (198, 20. 199, 16. IV 516, 45). *notionem propriam 'ad fanum pertinens', fortasse ex etymologia deductam v. sub IV.* *de significatione*: Gloss. *ἱερατικός, ἱερόληπτος, ἱερόδουλος.* templi minister. qui in templo divinat vel templi minister. in templo deserviens. qui in templo arguitur (ariolatur *Bücheler*). qui templum diu deserit (templo deservit *Götz dubitanter*). -i ministri templorum. *cf.* Hier. in Soph. 1, 6 *p. 271, 6.* *scribitur compendio* fanat. Corp. V 3925. *inde a* Cic.

1 *strictiore sensu: ad cultum peregrinorum quorundam deorum, imprimis Bellonae, Magnae Matris, Cybeles, Isidis et Serapis pertinens*: **A** *adiect.*: **1** *de hominibus*: Liv. 37, 9, 9 -i Galli ... cum sollemni habitu ante portam occurrunt, iussu se matris deum famulos deae venire memorant. 39, 15, 9 (*de Bacchanalibus*) mares ... -i vigiliis (vigiles *codd.*), vino. Ivv. 2, 112 crine senex -us albo sacrorum antistes *Cybeles.* **2** *de rebus*: Liv. 38, 18, 9 Galli Matris Magnae ... vaticinantes -o carmine. 39, 13, 12 *Bacchi sacris initiatos* cum iactatione -a corporis vaticinari. Flor. epit. 3, 19, 4 Syrus quidam ... -o furore simulato ... Syriae deae comas iactat. Vib. Seq. geogr. p. 148 Gallus *flumen* in Phrygia, unde qui bibit insanit more -o. *impersonaliter c. inf.*: Qvint. inst. 11, 3, 71 iactare id (*caput*) et comas excutientem rotare -um est. *fort. huc pertinet*: Corp. V 3924, 6 fanorum curatores ex pecunia -a faciundum curaverunt. 3925 de pecun(ia) fanat(ica) f. c. *sed cf. IV et Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *p. 468 adn. 5.* **B** *subst.*: *sacerdos vel minister talium deorum, cf. l. 84sqq.*: **1** *mascul.*: Ivv. 4, 123 -us oestro percussus, Bellona, tuo divinat. Flor. epit. 3, 19, 10 *pastor quidam* non minorem quam ille -us prior (*cf. supra l. 37*) conflavit exercitum. Vlp. dig. 21, 1, 1, 9 (*ex Viviano*) si servus inter -os non semper caput iactaret et aliqua profatus esset (*cf. ibid.* quamvis aliquando quis circa fana bacchatus sit et responsa reddiderit). Lampr. Heliog. 7, 2 *Heliogabalus* iactavit ... caput inter praecisos -os. Vopisc. Tac. 17, 1 -us quidam in templo Silvani tensis membris exclamavit: 'tacita purpura'. Prvd. perist. 10, 1061 cultrum in lacertos exerit -us (-os *A*) sectis Matrem bracchiis placat deam. apoth. 440 non spumat anhelus fata Sibyllinis -us edita libris (Schol. *ad l.* -us fani sacerdos). Corp. III 6681 C. Suettius Magnus -us. IV 2155 -i tres a pulvinar Synethaei. VI 490 ⟩elsinius Capitolinus ex aede Bellonaes Pulvine(n)sis -us. 2232 Q. Caelio Appollinari -o de aede Bellonae Pulviu(ensis). 2234 C. Cornelio Ianuario -o ab Isis Serapis ab aedem Bellone Rufiliae. 2235 Sev⟨...⟩ fanat⟨...⟩ ... ex vico Bellonae. **2** *femin.*: Corp. VI 32460 Nicae Pomponiae -ae monumentum.

II *latiore sensu: divino furore tactus, correptus; insaniens, furiosus*: **A** *adiect.*: **1** *de hominibus*: Cic. dom. 105 homo -e. div. 2, 118 isti philosophi superstitiosi et paene -i. Tac. hist. 2, 61 multitudinem. ann. 14, 30 muliebre et -um agmen. **2** *de rebus*: Hor. ars 454 error (Porph. *ad l.* id est qui lymphatico agitantur. Schol. Hor. *ad l.* -um errorem pati dicuntur, qui a fanis (Fanis *i. Nymphis? cf. p. 271, 65*) percutiuntur, id est, qui limphatico agitantur. Schol. Hor. Vind. *ad l.* -us error dicitur ille, qui evenit alicui propter aliquod peccatum, quod ipse commisit in templo. Schol. Hor. gloss. *Γ* -i dicuntur dementes, qui offensam deorum incurrentes eo, quod fana eorum violaverint, frenesim patiuntur). Liv. 4, 33, 2 multitudo ... velut -o ⟨furore *add. Cornelissen*⟩ instincta. **B** *subst.*: Diff. Suet. p. 313, 2 fanum ... a fando, ut illi, qui futura videntur canere, -i dicuntur. Serv. auct. georg. 1, 10 qui futura praecinerent, -os dici. Gloss. qui quasi accipit spiritum et dat (divinat*?*). -i, qui futura canunt. futura praecinentes. -i, qui futura praedicabant. *cf. fort.* V 500, 13 fanticus (*i.* -us *aut* fatidicus) mathematicus, qui quasi fata (sacra *codd.*) dicit. *nota*: Gloss. II 261, 3 *βωμολόχος ὁ πανοῦργος.*

III *in sermone Christianorum (praeter* Prvd. *supra l. 52 et 53) modo i. q. daemoniacus, arrepticius (cf. I. II), modo generatim ad cultum deorum gentilium pertinens, gentilis*: **A** *subst.*: *sacerdos, fanorum cultor gentilis*: Comm. *[Bannier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nstr. 1, 37 tit. qui Iudaeidiant -i (*cf.* v. 1 quid? medius Iudaeus, medius vis esse profanus [*i. gentilis*]). ARNOB. nat. 1, 24 haruspices has fabulas, coniectores, harioli, vates et nunquam non vani concinnavere -i. ZENO 5, 9 relatum ... a -o ... mysterium. AMBROSIAST. in I Cor. 2, 12 *per spiritum mundi* arripiuntur -i, qui sine deo sunt. HIER. in Soph. 1, 6 p. 679 idolorum sacerdotes non sacerdotes, sed *τεμενίτας*, id est aedituos vel -os appellavit. in Os. 6, 9 p. 66 sacerdotes Bethel, immo -i Bethaven ... ponebant in itinere latrones. 7, 5 p. 72 'coeperunt principes furere a vino'. principes quasi temulentos et -os nescire, quid dicerent. in Is. 7, 12 p. 107 *Achaz* idolorum cultor ... pro Levitis habebat -os. PS. RVFIN. in Os. 12, 11 ad vilia -orum instituta descenderet atque idola. AVG. in psalm. 40, 1 audiunt *pagani* -os suos dicentes 'aliquando Christiani non erunt'. gen. ad litt. 12, 22 p. 413 ante prandium peractis sacrificiis agitatisque -is (*syn.* arrepticius). div. daem. 7, 11 qui *dei* in templis gentium colebantur ... haec ... per suos vates ac -os frequentare noluerunt. CASSIOD. var. 3, 52, 8 -um credis, quem tortuosis semitibus ambulare conspexeris. **B** *adiect.*: PAVL. NOL. carm. 25, 33 nec sit Christicolam -a pompa per urbem. GREG. TVR. Franc. 1, 31 senatores ... -is erant tunc cultibus obligati (2, 10 Mart. 1, 2). Franc. 2, 27 *Chlodovecus* -is erroribus involutus. 5, 43 in pectore -o. ISID. eccl. off. 1, 41, 2 nonnulli *miseri homines, etiam fideles* ... de -a adhuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguriis profanantur.

IV *proprio sensu 'ad fanum pertinens'*: MACR. sat. 3, 3, 3 *profanum esse*, quod extra -am causam sit. pecunia fanatica *v. sub I p. 270, 41 et 42.*

V *singulariter fere i. q. 'sacer'*: PAVL. FEST. p. 92 -a dicitur arbor fulmine icta.

adv. **fānāticē**. *in modum fanaticorum* (*cf. supra I*). APVL. met. 8, 27 *cinaedi* ab ingressu primo statim absonis ululatibus constrepentes -e provolant (per- *cod. cf. ea quae sequuntur*). *Bannier.*

fanculum *v.* faeniculum *p. 164, 14.*

fancuum (-ī *n.*) [*vocabulum oscum esse videtur. Th.*]. *notionis incertae, vix c.* famex *notione origineve coniunctum* [*fort. i. q.* 'articulus', 'commissura'. *Th.*]: INSCR. Bonner Jahrb. 116 (1907) 296 (*in devotione*, = CORP. I² n. 1614) pus olu solu (*i.* '*ut illorum omnium*') fancua recta sint. *cf. Bücheler l. l. et Rhein. Mus. 62 (1907) 557; Bréal, Mém. de la soc. ling. 15 (1908) 146.*

fandus *etc. v.* for(-ari).

? **fane:** GRAMM. suppl. 168, 10 *adverbia* demonstrandi, ut en ... fane ecce. *v. etiam* fanus.

fanister NOT. Tir. 74, 54 (*inter* fanaticus *et* profanum) *quid sit nescimus. de stirpe cf.* fanum, *de terminatione* magister, minister *al.* *Mbr.*

fāno(r), -ārī (-āre) [*a* fanum, *cf.* fanaticus. *Th.*]. VARRO ling. 6, 54 hinc (*a* 'fanum') profanatum quid in sacrificio †ad quae Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodam -a[n]tur, id est ut fani lege sit. MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 cervice lassa -antur nemoris tyranni (*i.* '*cervi similesve ferae nemorales*', *Bücheler; sed rectius, ut videtur,* '*Galli*', *Norden*). *cf.* GLOSS. II 579, 22 fanaticus dicitur a -atus.

fantasia *etc. v.* phant-. **fanticus** *v.* fanaticus *p. 270, 78.*

PAVL. FEST. p. 103, 8 hanula parva delubra, quasi **fānula** (*deminutive a* fanum).

fānum, -ī *n.* [*ex* *fasnom *factum esse videtur conferendumque c. osc.* fiisnũ, *acc.* fiisnam '*fanum, templum*', *paelign.* fesn ... '*fanum*', *umbr.* fesnaf-e '*in fanum (?)*', *c. ind.* dhisnyah *epitheto deorum et c.* feriae, festus, hanulum, *fortasse c.* fas. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 6, 54 hinc (*a* 'fando') -a nominata, quod (quae *cod.*) pontifices in sacrando fati sunt finem. *cf. l. 79.* PAVL. FEST. p. 88 -um a Fauno dictum (SERV. auct. *et* PROB. Verg. georg. 1, 10 ISID. orig. 15, 4, 8 DIFF. Suet. p. 313, 1 DIFF. gramm. VII 523, 28), sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur (p. 93 -a, quod fando consecrantur. DIFF. Suet. p. 313, 1). MART. CAP. 2, 167 Nymphae ... Fanae (*cf. p. 270, 68*), a quibus -a dicta, quod soleant divinare. *de significatione*: GLOSS. *ἱερόν, ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει, ναός, τέμενος*, templum, templum delubrum, templum vel candelabrum (*i. φανόν*). *cf.* IV 437, 41 delubra -a templa. *cf.* HESYCH. *φάτριν· τόπον, ὕπαιθρον, ἐρείπιον, φᾶνα. cf. praeterea p. 272, 24 sqq. et Samter, PW. VI 1995 sqq.* *de genere et formis: affertur inter neutra* GRAMM. suppl. 41, 22. *masculine* fanus, -ī: ITALA Mich. 5, 13 (Weing.) Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) BAVDON. 2 (*bis*). *genet. prisc.* -ei: LEX vic. Furf. (Corp. I² 2 n. 756) 16. fanum: INSCR. christ. Rossi II 145, 4, 10. *notatur in titulis*: f(ani): CORP. XII 2807. 3061 (*cf. add.*). fan(i): CORP. IX 3520. fanor(um): CORP. IX 4891. 4896.

1 *proprie: locus olim sub divo situs et tantum ara, postea etiam templo consecratus cf.* LIV. 10, 37, 15 *Fabius scribit* in ... ea pugna Iovis Statoris aedem votam ... sed -um tantum, id est locus templo effatus, [sacratus] fuerat. PS. ASCON. Verr. p. 237, 13 St. -um religiosissimum templum, unde fata petuntur. HIER. in Ezech. 6, 6/7 p. 58 *τεμένη*, id est -a atque delubra. *cf.* GLOSS. *supra l. 66.* *apud Christianos plerumque cum nota abominationis sacrum gentilium* (*opp.* templum, ecclesia) *cf.* COMM. instr. 1, 1, 5 ego ... erravi tempore multo -a prosequendo. 1, 24, 13 exis inde (*e synagoga*) foris, iterum tu -a requiris. 1, 37, 22 in totum erratis, si deum et -a colatis. AMBR. epist. 40, 16 vindicabitur ... Valentinianorum -um incensum? quid est enim nisi -um, in quo est conventus gentilium? HIER. adv. Iovin. 1, 10 non templa dei viventis, sed -a et idola mortuorum. in Ezech. 8, 10 p. 86 -isque gentilium. SVLP. SEV. Mart. 13, 1 cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae -o erat proxima, esset aggressus excidere. 13, 9 ubi -a destruxerat, statim ibi aut ecclesias aut monasteria construebat (GREG. TVR. Franc. 1, 39). 14, 1. 15, 4. COD. Theod. 16, 10, 12 (*a. 392*) in templis -isve publicis ... sacrificandi genus exercere. 16, 10, 19, 1 (*a. 407*) si qua *simulacra* etiamnunc in templis -isque consistunt. 16, 10, 25 (*a. 435*) cunctaque eorum (*paganorum*) -a templa delubra, si qua etiam nunc restant integra ... destrui ... praecipimus. SEDVL. carm. pasch. 1, 47 quid -a profana *coli* proderit. ENNOD. opusc. 2, 129 *urbem Romam* dei summi templa repudiatis -orum cultibus et novae lucis nitore gaudentem fecerunt. GREG. M. epist. 11, 37 *ad Adilbertum regem Anglorum*: -orum aedificia everte. 11, 56 quia -a idolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa, quae in eis sunt idola destruantur. GREG. TVR. Franc. 4, 48 de -is ad ecclesias sunt conversi. GLOSS. IV 237, 12 -a illicita sacrificia. *al. enumeratur saepius cum aliis rebus, ut* POMPON. Atell. 37 balnea, forus, macellus, -a, portus, porticus. CIC. fin. 1, 69 loca ... -a ... urbes ... gymnasia ... campum .... off. 1, 53 forum, -a, porticus, viae. LEX Vrson. (Corp. I² 594) 128 -a, templa, delubra (FRONTO p. 66. MAR. VICTORIN. defin. p. 22, 9 -a ... templa ... delubra. COD. Theod. 16, 10, 25). CIC. Att. 5, 21, 7 statuas, -a, *τέθριππα*. LVCR. 5, 75 -a, lacus, lucos, aras simulacraque divom. LIV. 5, 49, 3 -a ... coniuges ... liberos ... sŏlum patriae. VITR. 7, 5, 2 portus, promunturia, litora, ... -a, luci, montes .... PAVL. FEST. p. 138 PAVL. sent. 5, 23, 16 TREB. Claud. 3, 7 COD. Theod. 16, 10, 12, 3 DRAC. Romul. 5, 42. *cf.* DIFF. Suet. p. 313, 1 DIFF. gramm. VII 523, 28.

A *pro subiecto*: **1** -um est: **a** *cum attributis et cum genetivo, imprimis deorum vel dearum*: PLAVT. Curc. 14 hoc Aesculapi -um est (Rud. 61 id hic est Veneris -um. 284. 822. *cf.* CORP. XI 6731, 3 [*in lapide calcario*] -um Vener(is)). CATO orig. 1, 24 quod Termino -um fuit. *ibid.* -a in eo loco compluria fuere. VARRO ling. 5, 42 Saturni -um in faucibus. CIC. inv. 2, 95 erat in eo portu -um Dianae. Verr. 2, 54 Pergae -um antiquissimum et sanctissimum Dianae ... esse. 5, 96 -um eius (*Chrysae*) est in agro. 5, 97 Matris Magnae -um apud Enguinos est. 5, 103 ab eo oppido (*Melita*) non longe in promunturio -um est Iunonis antiquum. 5, 119 in ea parte Fortunae -um antiquum fuit. nat. deor. 3, 46 *Eumenidum* Athenis -um est. div. 1, 96 *Pasiphaae -um* est in agro propter urbem. NEP. Paus. 4, 4 -um Neptuni est Taenari. LIV. 29, 18, 3 -um est apud nos Proserpinae. 38, 13, 1 VITR. 2, 8, 11 (*bis*). 2, 8, 13 PAVL. FEST. p. 283. VAL. MAX. 2, 6, 15 Siccae ... -um est Veneris, in quod se matronae conferebant. MELA 1, 88. 2, 40. 46. 48 PLIN. nat. 5, 116. MART. 3, 47, 4 qua pusilli fervet Herculis -um. FRONTO p. 66, 27 N. AMPEL. 8, 4 in summo monte -um est Apollinis. 8, 8. 16. APVL. flor. 15 p. 51 id -um ... viginti haud amplius stadia oppido abest. AVIEN. ora 242 iugum inde rursus et sacrum Infernae deae divesque -um. SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 24. AVG. civ. 21, 6 p. 498 D. in ... litteras est relatum fuisse vel esse quoddam Veneris -um. BAVDON. 2 -us ... quantum miliario uno proximus erat. *nota*: CIC. Verr. 5, 111 urbs illa *Henna* non urbs videtur, sed -um Cereris esse.

b *cum nomine vel adiectivo praedicati loco posito*: CIC. Verr. 5, 103 *-um Iunonis* tanta religione semper fuit, ut ... semper inviolatum sanctumque fuerit. Manil. 65 quod ... -um putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum ... fuisse? prov. 7 quod -um in Achaia ... tam sanctum fuit, in quo ullum simulacrum ... reliquum sit? off. 1, 53 multa ... sunt civibus inter se communia forum, -a, porticus, viae. LIV. 1, 45, 2 iam tum erat inclitum Dianae Ephesiae -um. **2** *cum aliis verbis*: PLAVT. Poen. 1180 haud sordere visust festus dies Venus nec tuom -um. CIC. har. resp. 29 -um antiquitate religionis carere. Pis. 85 dubitabat nemo, quin ... -a vexata hanc ... efficerent vastitatem (*sc. morbum militum*). HOR. carm. 4, 4, 48 -a deos habuere rectos. PROP. 2, 19, 10 illic te nulli poterunt corrumpere ludi -aque peccatis plurima causa tuis. Ov. Pont. 3, 1, 132 non omni tempore -a patent. IVV. 12, 27 *rem* votiva testantur -a tabella. VOPISC. Aurelian. 41, 11 omnia in urbe -a eius (*Aureliani*) micant donis. AVG. civ. 3, 31 p. 143 D. -a renidebant.

B *pro obiecto: obi. pendet a verbis quibus significantur*: **1** *aedificatio, refectio, restitutio*: ENN. scaen. 347 o terra Thraeca, ubi Liberi -um inclutum Maro locavit. HEMINA hist. 11 -um fecerunt *Remus et Romulus* laribus Grundilibus (CIC. leg. 2, 28 Att. 12, 36, 1 LIV. 1, 45, 2. VITR. 10, 2, 15 ex marmore. AMPEL. 2, 1 IVST. 8, 3, 8 VVLG. III reg. 12, 31 IV reg. 23, 19 AVG. civ. 3, 25 p. 137 D.). VARRO ling. 5, 112 constituta (VITR. 1, 2, 7 LACT. inst. 1, 22, 21 AVR. VICT. Caes. 35, 7 CORP. III 1005). CIC. rep. 3, 15 reficienda (NEP. Timol. 3, 2 CORP. V 4007, 3). Att. 12, 9, 1 absolutum. LIV. 5, 50, 1 restituerentur (CORP. XIV 4001. XIII 3563 a fundamentis). VITR. 1, 7, 1 collocari. 4, 1, 5 aedificare (*fort.* 4, 1, 3 ITALA Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) VVLG. III reg. 11, 7). CORP. III 7118 (*a. 5 a. Chr.*) muro muniendum. APVL. met. 6, 3 -um sollerti fabrica structum.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LACT. inst. 1, 22, 22 creari (epit. 19, 4). epit. 19, 4 posuisse (CORP. XIII 1449). CORP. V 308 *et* 309 Q. Caesius ... perfecit. 4985, 5 Matri deum Numisius ... -um ampliavit. VIII 12272 -um dei Mercurii ... restauravit. **2** *votum, dedicatio, sacratio*: CATO orig. 1, 24 *-a* exauguravit ... *Termini -um* nequitum exaugurari (LIV. 1, 55, 2). VARRO ling. 6, 17 *Servius Tullius* -um Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense (TERT. nat. 1, 10 PS. AVR. VICT. orig. 5, 3 CORP. V 308. 309). LIV. 1, 27, 7 Tullus ... vovit ... -a ... Pallori ac Pavori (1, 55, 2 TERT. nat. 1, 10). 1, 55, 2 consecrata inauguratagque. PLIN. nat. 2, 16 dicatum. TAC. ann. 15, 41 *aram -um* praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat (AVR. VICT. Caes. 40, 26). TERT. nat. 1, 10 senatus probasset.
3 *cultus*: CIC. Verr. 3, 52 adisti (MIN. FEL. 24, 3 AVIEN. ora 367). Verr. 4, 9 -a spoliis hostium ornasse (VVLG. II par. 24, 7 AVR. VICT. Caes. 35, 7. *cf.* LIV. 43, 4, 7 tabulis ... pictis ex praeda -um Aesculapii exornavit *Lucretius*). fin. 1, 69 adamare. nat. deor. 3, 47 circumimus in agro Ardeati. OV. fast. 5, 485 -a ... veteres illis clausere diebus, ut nunc ferali tempore operta vides. SVET. Iul. 54, 2 donis referta. COMM. instr. 1 praef. 5 erravi tempore multo -a prosequendo. 1, 21, 6 putas ut isti *dei* te salvent seu regant, seu minuant, nisi quid tu -i decurris. 1, 24, 13 requiris. 1, 37, 22 colatis (SEDVL. carm. pasch. 1, 47 op. pasch. 1, 1 p. 178 CARM. epigr. 525, 1 BAVDON. 2). VVLG. iud. 9, 27 ingressi sunt -um dei sui (9, 46).
4 *violentia in -a*: ENN. scaen. 90 -a flamma deflagrata. CIC. div. in Caec. 11 spoliasse (Verr. 2, 9. 46. 52. 54. 4, 6. 5, 101 Sull. 71 dom. 140 nat. deor. 1, 82 SALL. Catil. 51, 9 NEP. Ages. 4, 8 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). Verr. 1, 11 depeculatus (*π Schol. Gron. ad l. cf.* fin. 3, 32; depopulatus *D Ψ cf.* Verr. 2, 48). Verr. 2, 54 nudatum (6, 184). 3, 52 eversum atque extersum. 5, 30 expilasse (nat. deor. 3, 83 off. 3, 90 SVET. Iul. 54, 2). Verr. 5, 104 vexata (Pis. 85). 5, 139 direpta (Manil. 23 Pis. 85 CAPITOL. Maximin. 19, 4 SCHOL. Cic. Gron. A p. 345, 23 St. SVLP. SEV. chron. 2, 22, 5). Verr. 6, 185 compilavit (nat. deor. 1, 86 PHAEDR. app. 13, 6). rep. 3, 14 inflammari. 3, 15 poenire. NEP. Paus. 4, 4 violari. Timol. 3, 2 detecta (deserta *codd.*). HOR. carm. 4, 4, 48 vastata Poenorum tumultu -a. ITALA Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) destringite -um istum (*λύσατε τὸν ναόν*; VVLG. solvite templum). TAC. ann. 15, 41 *ara -umque* exusta (AMM. 22, 13, 1. BAVDON. 2 antequam ... -us perureretur). LACT. mort. pers. 12, 5 *praetoriani* -um ... solo adaequarunt (VVLG. II Macc. 14, 33 dei -um [*σηκόν*] in planitiem deducam). AMM. 23, 6, 24 incensa civitate milites -um scrutantes. AMBR. epist. 40, 16 Valentinianorum -um incensum (VVLG. I Macc. 5, 44 succendit igni). VVLG. IV reg. 23, 19 -a ... abstulit Iosias (II par. 14, 5). SVLP. SEV. Mart. 13, 9 destruxerat *Martinus* (15, 4 COD. Theod. 16, 10, 25 ALC. AVIT. hom. 20 tit. GREG. M. epist. 11, 56 SERM. Caspari Anecd. p. 222, 8). *cf.* CORP. XIV 4001 -um Bonae deae vetustate dirutum. **5** *contemptus, neglectio*: PLAVT. Rud. 697 *scelesti* tuom fecerunt -um parvi. CIC. fin. 2, 63 contemneret. HOR. epod. 16, 19 habitanda -a apris reliquit et ... lupis *Phocaeorum civitas*. PROP. 2, 6, 35 velavit aranea -um. IVV. 9, 22 scelerare (*P*, celebrare *rell.*). PAVL. sent. 5, 23, 16 qui ... -um ... polluerint. APVL. met. 6, 1 neglegere. apol. 56 si -um aliquod praetereat, nefas habet. COMM. instr. 1, 35, 19 daemonum -a (fata *codd.*) vitate. PANEG. 4 (9), 9, 4 ne -a ... labes ... deformet. INSCR. christ. Rossi II 145, 4, 10 tegit blattea palla -um. **6** *variae res*: PLAVT. Aul. 620 perscrutabor -um, si inveniam uspiam aurum. Curc. 204 audio aedituum aperire -um. Rud. 140 -a ventris causa circumis. 254 viden ... -um ... hoc? (CIC. nat. deor. 3, 63 IVV. 10, 290). CIC. har. resp. 28 qui ... Brogitaro Gallograeco ... -um vendideris (Sest. 56). div. 1, 54 -um illud Indicis Herculis nominatum est. VARRO Non. p. 44, 2 quod nunquam -um ... clauderetur. PROP. 4, 9, 34 *Hercules ad nymphas*: pandite defessis hospita -a (vana *codd.*) viris (viis *codd.*). LIV. 5, 49, 3 recuperare patriam ... in conspectu habentis -a deum et coniuges et liberos et solum patriae. FEST. p. 351 sistere -a cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum constituere. quod Antistius Labeo ait ... -a sistere esse lectisternia certis locis et dis habere (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.² p. 422 adn. 1*). SEN. apocol. 6 *Febris* -o suo relicto sola cum illo (*Claudio*) venerat. TERT. nat. 2, 9 Sanctus ... a rege Plotio -um consecutus. VIR. ill. 22, 3 anguis ... Aesculapii -um petiit. **7** *situs*: MELA 1, 100 *sinus* Olbianos in promunturio fert Neptuni -um. PLIN. nat. 2, 210 celebre -um habet Veneris Paphos. APVL flor. 15 p. 50 *Samos habet* -um Iunonis. AVIEN. orb. terr. 992 urbs Ephesus tetricae sustollit -a Dianae.

C *dativus*: PLAVT. Rud. 331 villam Veneris *proximam* (SVLP. SEV. Mart. 13, 1) -o. CIC. div. 2, 81 cum *Brennus* -o Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset. Att. 12, 37, 4 si locum -o dederis. VARRO ling. 6, 54 profanum quod est ante -um coniunctum -o. OV. fast. 4, 756 agresti -o supposuisse pecus. SIL. 3, 669 stat -o vicina ... lympha. APVL. Socr. 15 p. 153 *daemones* praediti (*i. praefecti*) -is. MIN. FEL. 6, 3 caerimoniis atque -is tantum sanctitatis tribuere ... quantum. SVLP. SEV. Mart. 14, 1 cum ... -o ... ignem immisisset. CORP. VI 844 M. Plactorius ... M. Anicius ... magistri -o contermini.

i. q. pollen: **A** *sensu strictiore: quod ex seminibus frumenti molitis nascitur*: **1** *generatim*: PLAVT. Truc. 906 opus est -a. CATO agr. 74 *ad panem faciendum* -am in mortarium indito (SEN. epist. 90, 23 -am aqua sparsit ... finxitque panem. PLIN. nat. 13, 47 *palmae cutis* -ae modo spissatur in panem. 18, 102. 22, 67. 29, 49. VVLG. exod. 12, 39 coxerunt ... -am [*τὸ σταῖς*] ... et fecerunt ... panes azymos. iud. 6, 19 [*ἀλεύρου*]. I reg. 28, 24 [*ἄλευρα*]. CYPR. GALL. exod. 392 mollis ... -a ... formatur in orbes, azyma quos memorant. *cf.* CATO agr. 76, 1 *ad placentam faciendam.* 76, 2. 84 *ad savillum*). VARRO ling. 5, 106 circuli *dicti* quod mixta -a ... circuitum aequabiliter fundebant (PAVL. FEST. p. 16 circuli ... ex -a in sacrificiis fiebant. VARRO ling. 5, 107 a globo -ae dilatato ... dicti [a globo] globi. PAVL. FEST. p. 40 comptum genus libaminis, quod ex -a conspersa faciebant). CATO agr. 143, 3 -am bonam et far subtile sciat facere. VARRO Men. 527 in pistrino pinseret -am. OV. medic. 61 pulvereae fuerint confusa -ae. VITR. 7, 11, 1 conteritur *harena* adeo subtiliter, ut efficiatur quemadmodum -a. 10, 2 versatione *molae* subigitur -a. PHAEDR. 4, 2, 12. 19 sic valeas *mustela* ... ut -a es, quae iaces. COLVM. 8, 4, 1 furfures ... a -a excreti. 12, 38, 2. PERS. 3, 112 populi cribro decussa -a (SCHOL. *ad l.* -am nunc panem dicit, et hunc fingit ... plebeium esse positum). PLIN. nat. 15, 52 dat ... -a vilissimis *malis* nomen. 17, 53 *fimum* -ae vice cribris superinici. 17, 220 *cosses* -a saginati. 18, 87 quae *frumenta* sicca moluntur, plus -ae reddunt. 18, 90 pretium ... in modios -ae XL asses. 18, 104 fermentum fit ex ipsa -a. PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 6 triginta dierum -am. APVL. met. 9, 11 lucubrabant pervigilem -am. ITALA exod. 12, 34 (Gaudent. serm. 7 p. 883[A]) *et* VVLG. sumpsit populus conspersam -am (*σταῖς*) prius quam fermentaretur massa (AVG. loc. hept. 5 p. 537, 15 hoc nomine *adipis* etiam -am solent Graeci dicere ...; graecus quippe interpres *στέατα* posuit, quod sunt adipes). ITALA Rom. 11, 16 (Pacian. epist. 2, 3) si initium sanctum *est*, et -a (*τὸ φύραμα*, VVLG. massa). SYMPH. 169. ITIN. [Silv.] 28, 4 sorbitione modica de -a *gustent* (*cf.* ITALA Legion. *et* VVLG. II reg. 13, 8 -am commiscuit et ... coxit sorbitiunculas). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 3, 155 oriza genus est subtilissimi pollinis, id est -ae. ZENO 2, 44, 2 *frumenta* in -am candidam micuerunt. AMM. 22, 16, 7 ambitus lineales -a respersit. 25, 8, 15. HIER. in Agg. 1, 9 p. 747 -am et similam. epist. 22, 6, 2 mole -am. VVLG. gen. 40, 16 canistra -ae. I reg. 1, 24 tribus modiis -ae. III reg. 4, 22 sexaginta cori -ae. 17, 12 non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest -ae in hydria (17, 14 hydria -ae. 17, 16 *cf.* AVG. c. Faust. 12, 34). Os. 8, 7 *per imaginem*: germen non faciet -am (GREG. M. moral. 8, 70 -am culmus non facit. *cf.* EVCHER. form. 7 p. 42, 5 -a: opus bonum vel scientia). Matth. 13, 33 *fermentum* abscondit *mulier* in -ae (*ἀλεύρου*) satis tribus donec fermentatum est totum (Luc. 13, 21. *cf.* IREN. 1, 8, 3. MAR. VICTORIN. in Gal. 5, 9 corruptus panis *est* -a, et massa -ae, dum dimittitur, coacescit et hinc fermentum efficitur. IVVENC. 2, 821. HIL. in Matth. 13, 5 fermentum de -a est, quod virtutem acceptam acervo ... reddit). RVFIN. hist. 3, 6, 8. hist. mon. 13 pulticulas accipiens ex -a. Orig. in gen. 4, 1 neque similam habet neque panem mundum, sed -am. SORAN. 92 molere et -am facere. PETR. CHRYS. serm. 71 p. 402[C] *Christus* gratiae mola aptatus est in -am. EDICT. praef. urb. de fraud. (Corp. VI 1711) 15 si quis eorum (*molendinariorum*) ... -am crediderit postulandam. 18 si qui ... donandi animo -am offerre voluerit. *nota in proverb.*: MART. 8, 16, 5 et panem facis et facis -am (*i. dissolvis parta*). *adhibetur in medicina*: CATO agr. 156, 4 -ae minutae concas duas (*cf.* CELS. 6, 6, 1 p. 226, 34 -ae candidae quam tenuissimae. MARCELL. med. 8, 80 tenui. *etiam p. 284, 33*). CELS. 2, 33 *reprimit et refrigerat materiam. ibid.* calfacit ... ex qualibet -a cataplasma (4, 6 p. 128, 22 ex -a calida cataplasma. 4, 12 p. 136, 19 calidis ex -a cataplasmatis. 6, 6, 16. 7, 12, 1 ex -a et fico cataplasma). CELS. 3, 22 p. 112, 19 (*ad tabum*). 5, 26, 33 (*ad erysipelan*) aqua subactam -am. 5, 27, 13. 5, 28, 11 p. 212, 11 *ad tumores et ulcera.* 6, 6, 9 *ad inflammationes oculorum.* 7, 22 *ad ramicem.* PLIN. nat. 20, 15 -ae aridae pilulis (20, 30. 26, 44. *v. etiam supra l. 47*). 20, 102. 104. 22, 127 -a in pollinem subacta. 27, 53 bibitur *absinthium* ... in -ae trimestris sorbitione. *passim.* VEG. mulom. 1, 36. **2** *additur nomen frumenti: conficitur ex avena*: PLIN. nat. 22, 137 avenacea. 29, 143 hordeacea aut avenacea. 30, 38. *ex hordeo*: hordeacea (-ia): CATO agr. 89 polline vel -a hordeacia consparsa (*praebetur pecudibus avibus sim.*: VARRO rust. 2, 5, 17 vitulis obiciunt ... -am hordeaceam. 2, 7, 11 -am hordeaciam molitam. COLVM. 7, 10, 3. 7, 12, 10 canes hordeacea -a ... pascit. 8, 5, 18. 8, 7, 3. 4). SCRIB. LARG. 59. VVLG. num. 5, 15 *offeret* decimam partem sati -ae hordeaceae (*cf.* CYPR. GALL. num. 51 canam ... -am, hordea quam faciunt). *adhibetur in medicina*: CATO agr. 157 *bis* (*ad ulcera sananda*: CELS. 5, 28, 11. 7, 30, 3 PLIN. nat. 20, 40. 88. 22, 103. 27, 24. 32, 137). CELS. 3, 27, 2. 5, 18, 4. 5, 27, 8. 6, 6, 1 *ad inflammationes oculorum* (6, 6, 39 PLIN. nat. 21, 161. 23, 63 hordeacea -a et turis polline. MARCELL. med. 8, 33 *ad* tumores doloresque *oculorum*). CELS. 7, 20. COLVM. 6, 9, 2 *ad tussim* (6, 10, 2). 6, 12, 4. 6, 17, 3 scarificationi superponuntur. 6, 38, 2 SCRIB. LARG. 44. 160 ad frigidam podagram (*cf.* PLIN. nat. 35, 181 *ad articulorum dolores*). 179. 225. 252 PLIN. nat. 20, 135. 139. 167. 173. 179 *ad parotidas* (31, 63). 180 *ad strumas* (24, 39). 23, 78. 123 hydropicis (25, 55). 24, 29. 62 *ad* vomicas et panos (96). 27, 97. 32, 78 aurium vulneribus. *saepius.* PELAGON. 53. 137 CHIRON 48. 136 VEG. mulom. 1, 10, 8. 2, 49, 2 MARCELL. med. 1, 30. 9, 57. hordei: COLVM. 7, 3, 19 *agni* pascendi sunt ... -a hordei. PLIN. nat. 20, 20 ad levigandam cutem in facie. GLOSS. alfita. III 551, 14 alfita: polenta vel -a ordei. 562, 61 enias gireos (*cf. p. 281, 67*). *adhibetur a medicis*: PLIN. nat. 18, 78 hordei -a et ad medendum utuntur. 20, 81 podagrae ... morbisque articulariis (23, 3). 22, 126 *polenta* medicorum ratione a -a hordei distat eo, quod *eqs.* 26, 90. 30, 122. 31, 103. PELAGON. 6 *ad morbum* cibum debebit accipere ... hordei -am. MARCELL. med. 18, 13. ex, de hordeo: PLIN. nat. 22, 122 -a ex hordeo et cruda et decocta collectiones impetusque discutit. PELAGON. 261 ad nervos articulorum ... -am de hordeo. *ex*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

milio: PLIN. nat. 18, 100 cruda etiam -a *milii*. 22, 130 -a eius ... plagis imponitur. *ex siligine*: CATO agr. 75 (*de libo faciendo*) -ae siligineae libram. 76 *ad placentam*. 121 *ad mustaceos*. PLIN. nat. 18, 88 siligineae -ae gallicae modius XX libras panis reddit. CHIRON 834 (*ad tussim*) -a siligine quod sufficit. *ex tritico*: triticea: CELS. 5, 10 crustas *ulcerum* ... resolvit -a triticea. 6, 18, 6. 7, 19 cataplasma ex triticea -a. COLVM. 6, 17, 7. 7, 10, 3 SCRIB. LARG. 179. 189 -a triticea pultis more cocta. PLIN. nat. 20, 20. 22, 123 PELAGON. 53. 60. 137. 205 CHIRON 136 VEG. mulom. 1, 10, 8. 1, 12, 5. 1, 34, 3 ORIBAS. syn. 2 add. 847. tritici: CELS. 6, 6, 10 tritici -a ... cocta. COLVM. 6, 5, 2 fricti ac moliti tritici -a (VEG. mulom. 1, 17, 14). PLIN. nat. 21, 127. 22, 120 ORIBAS. syn. 1, 26. 2 add. 845. 846. ex tritico: PAVL. FEST. p. 118 lautitia -a appellabatur ex tritico aqua consperso. *adde*: PLIN. med. 2, 26 -a frumenti cocta. VEG. mulom. 2, 57, 1 fomentabis -a frumentacea. PELAGON. 6 cibum debebit accipere ... hordei -am, seminis -am, id est far cantabrum. **3** *i. q. massa ex aqua sim. subacta, depsta*: STILO Fest. p. 129 manias ... †ficta quae† ex -a in hominum figuras. MACR. sat. 3, 13, 12 (*ex Q. Caecilio Metello Pio pontifice maximo c. a. 82—65*) altilia ex -a involuta. SAB. Gell. 10, 15, 9 -am fermento imbutam attingere ei (*i. flamini diali*) fas non est (SERV. Aen. 1, 179 flamines ... -am fermentatam contingere non licebat). MELA 1, 57 -am calcibus subigunt. PETRON. 33, 6 ova ... ex -a pingui figurata. IVV. 5, 61 *panem* solidae iam mucida frusta -ae (*cf.* MART. 9, 2, 4 convivam pascit nigra -a tuum). APIC. 7, 293 (*ad pernam*) -am oleo subactam contexes. *nota proverbialiter*: PERS. 5, 115 cum fueris nostrae paulo ante -ae (SCHOL. dicit nostrae sectae ac si diceret nostrae vitae). *cf.* SVET. Aug. 4, 2 Cassius ... Parmensis quadam epistula ... ut pistoris ... nepotem sic taxat Augustum: 'materna tibi -a est ex crudissimo Ariciae pistrino'. **4** *i. q. gluten ex -a factum*: PLIN. nat. 22, 127 -a qua chartae glutinantur ... datur tepida sorbenda. 1, 22, 60 -a chartaria.

B *sensu latiore*: **1** *i. q. pollen ex seminibus leguminum edulibus confectum: ex cicere, cicerula*: PLIN. nat. 22, 148 -a utriusque *ciceris*. PELAGON. 205. PLIN. nat. 18, 103 panis hordeacius ervi aut cicerulae -a ipse fermentabatur. *ex ervo*: CATO agr. 109 de ervo -am facito libras IV. VEG. mulom. 2, 24, 3. COLVM. 7, 3, 19 *agni* pascendi sunt ... -a hordei vel ervi. 11, 3, 5 *rubi semina serenda* ervi moliti -ae immiscere. PLIN. nat. 18, 103 *v. l. 35*. 22, 29 *hippophais sucus* conditur ... pastillis -ae ervi (*cf.* 26, 63 *sucus tithymalli* excipitur -a ervi). 26, 60. *in medicina*: CELS. 6, 5 p. 225, 4. COLVM. 6, 33, 1 *ad vulnera* (PELAGON. 199). PLIN. nat. 20, 20. 264 *in compositione adversus venenata animalia*. 22, 15 varos ... emendat. 27, 118. 28, 65 PELAGON. 13. 205. 259. CASS. FEL. 76 p. 186, 13 ervi -ae tenuissimae (*ibid.* hordei pollinis). MARCELL. med. 4, 46 ORIBAS. syn. 2 add. p. 846. 847 syn. 5, 20. *cf.* VEG. mulom. 1, 45, 2 orobi. CHIRON 554 ervea. *ex faba*: CELS. 5, 28, 19 -am ex faba (6, 18, 6. *cf.* PLIN. nat. 18, 117 lomentum appellatur -a ex ea). CHIRON 611 de faba -a (MARCELL. med. 19, 42). VEG. mulom. 2, 129, 10 -ae fabaceae sextarius I (ORIBAS. syn. 1, 35, 2 fabace⟨a⟩). ANON. med. ed. Piechotta 173 -am fabae, hoc est lomentum (ORIBAS. syn. 1, 18). *ex lente*: VEG. mulom. 4, 7, 2 lentis. lenticulae: CELS. 5, 27, 13 MARCELL. med. 4, 46. VITAE patr. 5, 4, 13 panis hordeaceus erat et -a lenticulae. *ex lupino*: lupini: CELS. 5, 28, 16 -a lupinorum sextarium (MARCELL. med. 28, 8. 12 PLAC. med. 4, 9). PLIN. nat. 20, 20 lupini. 22, 155. VEG. mulom. 1, 45, 2 -ae lupini crudi. MARCELL. med. 4, 62 -a lupini incocti. 28, 6. ORIBAS. syn. 2 add. p. 848 *bis*. **2** *ex aliis herbis sim.*: VARRO rust. 3, 9, 20 farciunt *gallinas* turundis hordeaceis ... admixta -a lolleacea (*cf.* lollii: CELS. 4, 29. 5, 12. 5, 28, 18 PLIN. nat. 22, 160 ORIBAS. syn. 2 add. p. 847 *bis*. ex lollio: MARCELL. med. 30, 31). CELS. 5, 18, 2 cumini (23, 16 cumini aut coriandri). 6, 7, 1 faeni graeci (PLIN. nat. 23, 117. 126. 188 ORIBAS. syn. 2 add. p. 845. e faeno graeco: PLIN. nat. 26, 77). 6, 7, 1 lini sive alia -a (*cf.* lini seminis: SCRIB. LARG. 187. MARCELL. med. 4, 46. 18, 12. 34, 41. *adde* PLIN. nat. 20, 250). COLVM. 12, 15, 4 fici (*cf.* 12, 15, 3). PLIN. nat. 15, 123 folia *myrti* ... siccantur in -am (23, 162. *cf.* 23, 161 *myrti* foliorum arentium -a sudores cohibet *et* 20, 89 *brassicae* foliorum aridorum -a. 20, 145 servantur folia *mentastri* arida ad -ae modum. 25, 84 folia *serratulae* siccantur in -am). PLIN. nat. 16, 15 inopia frugum arefactis glandibus emolitur -a spissaturque in panis usum. 20, 11 *radix peponum* siccatur in -am (20, 12. *cf.* 20, 38 *inulae* radicis. 26, 73 inspergitur ... aridae radicis *raphani* -a potioni). 20, 92 *silvestris brassicae* aridae. 20, 151 aridae *mentae*. 20, 243 *marrubii* arida -a. 21, 129 aerina (24, 100). 21, 142 *iridis*. 23, 13 *nucleorum*. 23, 113 *flosculorum cytini*. 24, 155 *oenobreches* siccata in -ae modum. 24, 186 faeni (*cf.* 24, 187 *faeni seminis*). 25, 53 *hellebori*. 25, 145 vettonicae (25, 146 trimestri -a *vettonicae*. 26, 31. 41. 42. 77. 114. 117. 118. 136. 161). 26, 45 alcimae siccae -a (26, 83). 26, 73 gentianae. 26, 140 scordotis. 27, 80 *felicis herbae*. 27, 116 *polygoni* aridi. 27, 129 *rhecomae*. 27, 141 *tragonis* siccae. MARCELL. med. 21, 13 faeniculi (PLIN. med. 2, 20 faeniculina). **3** *ex rebus diversis metallicae naturae sim.* (*praeter l. 84. p. 284, 9. 18 apud* PLIN. nat.): PLIN. nat. 14, 138 pumicis (36, 156 PLIN. med. 3, 7). 16, 54 *resina* -ae modo tusa. 17, 147 tofi. 20, 48 turis (26, 81. 33, 102 *stibi* ac turis). 28, 40 contusi dentis humani -a (28, 205 dentium ... eiusdem *equi* tusorum -a. 28, 221. 30, 72 dentis caballini contusi. 30, 80). 28, 84 cinere ... addita caminorum -a. 28, 140 salsamentariae testa. 28, 165 caprini cornus -a vel cinis, magisque hircini (28, 178 *cervini* crudi cornus -am). 28, 207 caseum ... in -am tritum. 28, 211 suilli fimi (28, 238 *apruni fimi*. 28, 241 fimum recens suum vel inveterati -a. 28, 249 aridi *fimi*. *cf.* 29, 37 sordes ... caudarum concretae ... siccatae ... tusaeque in -am. SER. SAMM. 251). 30, 72 -a ex ossibus canini capitis. 30, 127 loricae ... candidae cochleae ... arefactae ... tusaeque in -am. 32, 34 †otius tegimenti *testudinum* -a. 32, 67 saepiarum crustae -a (32, 71 cortice *saepiae* ... in -am trito). 32, 68 conchyliorum *testae cinis* vel, si non uratur, -a. 32, 79 marmoris. 33, 69 -am a pila scutem vocant. 33, 114 *harenam* teri, dein lavari, -am ... iterum lavari. 33, 119 plumbi micae ... tunduntur in -am (*cf.* 34, 170 *plumbum* teritur in -am). 34, 154 *squamia ferri* -ae modo aspersa. 36, 133 assii lapidis. 36, 183 *gypsum* tundi se et in -am resolvi patitur. 37, 51 *chryselectri*. VEG. mulom. 2, 80, 3 *spongiam* combures -amque eius ... defundes.

iunctura e notabiliores: accedunt adiectiva: aerina *v. p. 283, 75*. arida: PLIN. nat. 20, 15. 30. 92. 243. 26, 44. 58. avenacea *v. p. 282, 56*. bona: CATO agr. 143, 3. calida: CELS. 7, 30, 3 SCRIB. LARG. 179. cana: CYPR. GALL. num. 51. candida: CELS. 6, 6, 1 ZENO 2, 44, 2. chartaria: PLIN. nat. 1, 22, 60 (*v. p. 283, 32*). cruda: PLIN. nat. 18, 100. 22, 122 *opp.* decocta. dulcis: MART. 13, 62. ervea: *v. p. 283, 47*. fabacea: VEG. mulom. 2, 129, 10. *adde*: ORIBAS. syn. 1, 35, 2. faeniculina: PLIN. med. 2, 20. frumentacea: VEG. mulom. 2, 57, 1. hordeacea: *v. p. 282, 57*. materna: CASS. PARM. *v. p. 283, 28*. minuta: CATO agr. 1, 56, 4. mollis: SER. SAMM. 251 CYPR. GALL. exod. 392. nigra: MART. 9, 2, 4. pervigilis: APVL. met. 9, 11 (*v. p. 282, 13*). pinguis: PETRON. 33, 6. pulverea: OV. medic. 61. siliginea: *v. p. 283, 3*. solida: IVV. 5, 68. subtilis: PLIN. nat. 18, 74. tenuis: MARCELL. med. 8, 80. (tenuissima:) CELS. 6, 6, 1 CASS. FEL. 76 p. 186, 13. trimestris: PLIN. nat. 25, 146. 27, 53. triticea: *v. p. 283, 6*. *iunguntur verba (de -a facienda): pro obiecto est*: facere: CATO agr. 143, 3 MART. 8, 16, 5 *in metaph., v. p. 282, 42*). SORAN. p. 92 molere et -am facere. molere: VARRO rust. 2, 7, 11. HIER. epist. 22, 6, 2 accipe molam, mole -am. *cf.* PLIN. nat. 16, 15 *glans* emolitur -a. pinsere: VARRO Men. 527. subigere: VITR. 10, 5, 2. PAVL. sent. 3, 6, 64. *cf.* PLIN. nat. 22, 127 -a in pollinem subacta. *aliter* (*i. q. depsere*): CELS. 5, 26, 33. 7, 22 MELA 57 APIC. 7, 293. terere: ORIBAS. syn. 1, 35, 2. *coniungitur praepositione* in: PLIN. nat. 18, 74 *hordeum* in subtilem -am molit. 36, 183 in -am resolvi. PLIN. nat. 15, 123 *folia* siccantur in -am (23, 162. 25, 84 *cf.* 24, 155 siccata in -ae modum). PLIN. nat. 28, 207 in -am tritum caseum (32, 71. 34, 170 teritur in -am). PLIN. nat. 29, 37 *sordes* tusae ... in -am (30, 127. 33, 119 tunduntur in -am).

syn.: pollen.

deriv.: farinaceus, farinarius, farinatus, farinosus, farinula, farinulentus.

farīnāceus (-ius), -a, -um *a* farina. -ius: AMBR. in Luc. 6, 81. *i. q. ex farina confectus*: FEST. p. 348 summanalia liba -a in modum rotae fi[n]cta[e]. p. 360 tauri verbenaeque in commentario sacrorum significat ficta -a. AMBR. in Luc. 6, 81 fortiori ... de interioribus frumenti panis -us ministratur. HIER. nom. hebr. p. 43, 10 Sisa *significat* tentatio sive -us.

farīnārius, -a, -um *a* farina [*tarent.* farnaro '*cribrum*'. *M.-L.*]. **1** *adiectivum: i. q. ad farinam pertinens, farinae aptus*: CATO agr. 76, 3 cribrum -um purum sumito caseumque per cribrum facito transeat. PLIN. nat. 18, 115 *gypsum* -o cribro subcernunt. **2** *subst.* **farīnārius**, -ī *m. i. q. mola, pistrina*: LEX Sal. 22, 1 cui *homini* -us est (*ita cod. 3 β; all. cod.* molinus, molinario, *sim.*). 22 add. 2 si quis sclusam (*i. Schleuse*) de -o (molino *vel* alieno *v. l.*) ruperit. 31 add. 2 via quod ad -o vadit.

farīnātus, -a, -um *a* farina. *i. q. in farinam redactus*: ITALA lev. 6, 21 (Lugd.) in sartagine cum oleo fiet *decima pars ephi*, -am afferet eam (*πεφυραμένην*, VVLG. oleo conspersa frigetur). HIER. nom. hebr. 5, 1 Chorri sive Chorraeus farina aut -us.

farīnōsus, -a, -um *a* farina. *i. q. speciem farinae praebens*: CHIRON 99 atheroma est tuberum, in quo invenitur -a glacies (VEG. mulom. 2, 30, 1 -a congeries).

farīnula, -ae *f. a* farina *deminutive*: VVLG. III reg. 17, 13 fac de ipsa -a subcinericium panem (*syn.* 17, 12 farinae). PAVL. NOL. epist. 23, 8 (*metaph.*) vas ... -ae nostrae ... copiosum de benedictione fecit, ut aliquid etiam de beati Eliae hydria nobis daret *eqs.* *de* PAVL. FEST. p. 105, *ubi trad.* farinolam, *v. p. 277, 78*.

farīnulentus, -a, -um [*a* farina. *Th.*]. *fere i. q. farinosus*: APVL. met. 9, 12 in modum pugilum, qui pulvisculo perspersi dimicant, -a cinere sordide candidati. *Wulff.*

fariolus *v.* hariolus.

? **fārior**, -ārī. *i. q. fari, loqui*: LEX XII tab. (8, 22) Gell. 15, 13, 11 qui si se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium -atur, improbus intestabilisque esto. fatiatur (*collato* in-fitiari) *coni. Schöll.*

faritālia *v.* faratalia.

fārius, -a, -um *collatis* fari, ne-farius *al. grammatici finxisse* *[Mbr.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videntur. cf. MART. CAP. 3, 325 cum a nefando dicamus 'nefarius', a fando '-us' non dicitur? *masc.*: GLOSS. V 575, 2 -i eloquentes (pharii *codd.*). *fort. fem.*: ISID. nat. 3, 1 feria ... a fando dicta quasi -a. *neutr.*: GLOSS. V 360, 54 -a eloquia (415, 32. 425, 11). 455, 50 loquia. 599, 46 verba multa. VIRG. gramm. epist. 3 p. 132, 5 verbum uno tantum -o ... contentum.

farmac-, farmati, farmax *v.* pharm-.

farneus, -a, -um *a* farnus. APIC. 7, 313 fungi -i.

farnus, -ī *f.* [*orig. inc. Th.*]. [*it.* fargna. *M.-L.*] *genus arboris; num eadem fuerit, quae* fraxinus, *dubitari potest (v. Olck, PW. VI 621), quamvis sonorum coniunctione quadam copulari possint (v. Sommer, Lat. Laut- u. Formenl. 273)*: VITR. 7, 1, 2 de cerro aut fago seu -o nullus *axis* ad vetustatem potest permanere. CET. FAV. 19. PALLAD. 1, 9, 3 de cerro aut fago aut -o diutissime tabulata durabunt. *Mbr.*

farrāceus (-ius), -a, -um [*a* far. *Th.*]. **1** *i. q. e farre consistens*: VARRO rust. 1, 31, 5 in -ia segete (*v. p. 285, 28*). PLIN. nat. 24, 39 *pix* subfervefacta cum polline -eo. **2** *i. q. confarreatus* (*cf.* farreatus): DIONYS. ant. 2, 25, 2 *ἐκάλουν δὲ τοὺς ἱεροὺς ... γάμους ... φαρρα-χειους ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φαρρος, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν. v. p. 278, 83.*

*?***farrāginārius,** -ōrum. *trad.* COLVM. 11, 2, 71 -a ... pecori futura per hiemem praesidio (farrago ordeacea *edd., v. infra l. 56*).

farrāgo, -inis *f.* (*m. v. infra l. 37*) [*a* far *ductum esse videtur. Th.*]. *etymologia*: VARRO rust. 1, 31, 5 ocinum ... id est ⟨ex⟩ fabali segete viride sectum, antequam genat siliquas; ⟨farrago⟩ contra ex segete, ubi sata admixta hordeum et vicia et legumina pabuli causa, vir⟨i⟩de, — a⟨u⟩t, quo⟨d⟩ [fart] ferro caesa, ferrago (*cf. infra l. 31 sqq.*) dicta, aut inde, quod primum in farracia segete fieri coepta (*cf. Götz, Ind. Forsch. 31 [1912] 304*). ISID. orig. 17, 3, 14 -o dicta a farre. GLOSS. V 199, 28 unde (*a* farre) et ferrago dicta. *legitur forma* ferrago, *ex qua voces linguarum romanicarum (v. l. 41) originem ducunt*: VARRO rust. 1, 31, 5 *v. supra l. 27.* VERG. georg. 3, 205 *M.* PERS. 5, 77 *P*[a]. NEMES. cyn. 283 feuragine *B.* CHIRON *ubique.* VEG. mulom. 1, 22, 5 *L suprascripta* a. 1, 56, 26 *APM.* DIOSC. 4, 107 GLOSS. III 200, 6. IV 342, 20. V 199, 28 *v. supra l. 30. genus, ubicumque discerni potest, femininum est praeter*: CHAR. gramm. I 65, **11** inveniuntur ... ex eadem forma (*i.* go *syllaba exeuntibus*) masculina ... -o. CHIRON 11 -o datus. 450 (*at fem.*: 10 *bis*). GLOSS. *γράστις. χιλή. χλόη.* choli (*i. χιλή vel χλοή*). *γράστις, χλωρὸς χόρτος.* genus frugis. brora (*anglosax.* brord), scaefr. NOT. Tir. 68, 27. [*it.* ferrana, *hisp.* herrén. *M.-L.*]

genus pabuli (*de quo v. Olck, PW. VI 1999 sq.*): **1** *proprie*: PAVL. FEST. p. 91 -o appellatur id, quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. ISID. orig. 17, 3, 14 herba *est* hordeacea adhuc viridis, necdum granis ad maturitatem turgentibus (GLOSS. V 198, 25 fruges adhuc in herbae colore. *cf.* IV 342, 20 viridis. *cf. infra l. 64*). VARRO rust. 1, 23, 1 ad pabulum quae pertinent, in quo est ... -o. COLVM. 2, 10, 31 -em in restibili stercoratissimo loco ... serere convenit (PALLAD. 10, 8. *cf. de cultura*: PLIN. nat. 18, 140 occari tantum desiderat. 18, 142 -o ex recrementis farris praedensa seritur). VARRO rust. 1, 31, 4 pabulum, primum ... -em ... secari. 2, 7, 13 post trimum, à quo tempore -o dari solet *eculo.* 3, 10, 3 cum est tempus -is, dandum *anseribus.* 3, 10, 6 obiciunt *anseribus* ... -em. VERG. georg. 3, 205 crassa magnum -e corpus *equi* crescere. COLVM. 2, 7, 2 -o quae est ex hordeo (*cf.* 2, 10, 24 pabulorum genera serenda ..., -em quoque hordeaceam. 11, 2, 71 *v. supra l. 21.* 11, 2, 75 -is hordeaceae modios septem ... serere oportet. 11, 2, 99 *bubus* -em hordeaceam dabit siccam. VEG. mulom. 1, 22, 7 -em, si tempus est ..., dabis VII diebus .... sed triticea -o hordeaceae praefertur; quae si defuerit hordeaceam dabis. *cf.* PLIN. nat. 18, 50 et in tritici genere pars aliqua pabuli est ... ut -o. CHIRON 10 haec ita -o melior erit, si ex tritico detur). COLVM. 9, 11, 8. 11, 2, 101 (*bis*) maturam -em *bubus praestari.* PERS. 5, 77 *ayaso* in tenui -e mendax. NEMES. cyn. 283 pasce ... -e molli cornipedes. CHIRON 9 *iumento* dabis faenum vel -em viridem (VEG. mulom. 1, 22, 5. *cf. supra l. 46*). 10. 11 *bis.* 450 VEG mulom. 1, 56, 26. 2, 79, 15 herbam viridem vel -em ad substantiam dandum. DIOSC. 4, 107 trifolii qui in -e nascitur. **2** *translate*: IVV. 1, 86 quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas, gaudia, discursus nostri -o libelli est (GLOSS. Iuv. *cod. P* materia).

farrarifugium *v.* farfarum.

farrārius, -a, -um *a* far. *adiect. i. q. ad farris praeparationem pertinens*: CATO agr. 10, 3 fistulam -am (*nomen machinae cerealis, de qua v. Blümner, Technol. I*[2] *p. 16, 2*). *v. etiam p. 286, 1.*
subst. neutr. **farrārium,** -ī: *i. q. locus ubi far conditur*: VITR. 6, 6, 5 horrea, faenilia, -a, pistrina extra villam facienda videntur. *v. etiam nom. propr.*

farratālia *v.* farat-.

farrātus, -a, -um *a* far. *adiect. i. q. far, pultem continens*: PERS. 4, 31 -a pueris plaudentibus olla pannosam faecem ... sorbet.
subst. neutr. plur. **farrāta,** -ōrum. *i. q. cibus ex farre confectus* (GLOSS. -a *a* farre): IVV. 11, 108 ponebant ... Tusco -a catino (SCHOL. cibos ex farre). SPART. Geta 5, 8 genera edulium ... fasianus, -a, ficus. *deriv.*: far⟨r⟩atalia (*?*).

*?***farreārius,** -a, -um *a* far. *i. q. farrarius*: CATO agr. 10, 5 pilum fabarium unum, -um (*ita cod.*; farrarium *apogr. b, Keil*) unum. *cf. p. 285, 71 sqq.*

*?***farreātio,** -ōnis *f. cf. c.* confarreatio *et c.* farreus. re*trad.* SERV. auct. Aen. 4, 374 *cod. Ambros.*; ferreationem *F*; conferrationem *T.* BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 9 *codd. Bas. 1 et 2. v. vol. IV p. 170, 34 sq.*

farreātus, -a, -um *a* farreus, *cf. c.* confarreatus, confarreare. *i. q. confarreatus*: GAIVS inst. 1, 112 nisi ex -is nati non leguntur. SERV. auct. Aen. 4, 103 -as nuptias ... quibus flaminem et flaminicam ... in matrimonium necesse est convenire. [*ex coniect.*: APVL. met. 5, 26 ext. *cf. Helmii adn.*]

farreus, -a, -um [*a* far. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 102 horreum antiqui -um dicebant a farre. *adiect.*: **1** *i. q. e farre consistens, confectus*: PAVL. FEST. p. 74 diffarreatio genus erat sacrificii ..., *dicta* quia fiebat -o libo adhibito (*cf. infra l. 21*). p. 280 qui *ager* ... seritur -o spico. COLVM. 7, 12, 10 -o vel triticeo pane satiandi sunt *canes* (GAIVS inst. 1, 112 VLP. reg. 9, 1 *v. infra l. 27*). PS. AVR. VICT. orig. 10, 5 crustam ... de -is mensis, quas sacratas secum habebat, comedisse *Aeneam.* 12, 1 non orbes -os ... sed mensarum vice ... apium ... fuisse substratum. **2** *i. q. farinae similis*: SER. SAMM. 41 desinet ... glomerari -a nubis (*i. porrigo. cf. p. 278, 33*). *subst. neutr.* **farreum,** -ī (*sc. libum, cf. supra l. 14*). [*i. q. umbr.* fasiu farsio '*farrea*' *vel* '*farreum*'. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 88 -um genus libi e farre factum. *adhibetur in confarreatione*: PLIN. nat. 18, 10. GAIVS inst. 1, 110 olim ... tribus modis in manum conveniebant *feminae*, usu, -o, coemptione (ARNOB. nat. 4, 20 usu, -o, coemptione genitalis lectuli sacramenta condicunt? BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 9). GAIVS inst. 1, 112. VLP. reg. 9, 1 -o convenit uxor in manum certis verbis ... et sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque -us adhibetur. BOETH. in top. Cic. 2 p. 299, 11 quae vero usu vel -o *convenerant* minime *matres familias vocabantur. cetera v. vol. IV p. 170, 29 sqq.* [*it.* fargua. *M.-L.*] *cf. nom. propr.*

*deriv.: ?*farreatio, farreatus, con(diff-)farreatio (-eatus).

farriculum, -ī *n.* [*a* farreum *deminutive. Th.*]. PALLAD. 11, 21 ex novo tritico purgato -um facies ... ita ut modio farris lagoenam musti adicias. *dub.*: ALEX. TRALL. II p. 191 *κεκρήσθω τῷ παρὰ Ῥωμαίοις καλουμένῳ φαριχύλῳ* (*sic edd., φασικλίῳ codd.*, suco farris *lat.*).

farricus, -a, -um *a* far. *i. q. farreus*: APIC. 4, 180 ptisanam -am. *Wulff.*

(**fars**) *acc.* fartim, *abl.* farte. *cf. c.* farcire. *i. quod infertum est, fartura (2)*: PLAVT. Most. 169 non vestem amatores amant ..., sed vestis -tim (fartum *Saracenus. cf. Skutsch, Berl. phil. Wochenschr. 1894, 138 sq.*). frg. inc. 23 (39) ⟨com⟩esa -te. PAVL. FEST. p. 495 scrutillus venter suillus condita -te expletus. *coniecit Skutsch l. c.* PLAVT. Mil. 8 -tem facere ex hostibus (fratrem *P*, fretis *vel* fritis *vel* fretum *A*, fartum *Muret*). *addendum fortasse* ARNOB. nat. 7, 25 *cf. p. 287, 53. cf.* fartim, fartus.

farsa *v. p. 281, 15.*

farsilis, -e [*a* farcire, farsus, *cf.* fartilis. *Th.*]. *abl.* -e *l. 52.* *i. q. fartus, variis cibis comminutis impletus* (*cf.* farcio *I B 2 a*): APIC. 4, 183 gustum de cucurbitis -bus. 8, 372 porcellum -em (8, 374). 8, 403 leporem -em. 9, 417 in lolligine -e. 9, 418 in sepia -e. 9, 431 sardem -em sic facere oportet. *latiore sensu videtur usurpatum* APIC. 5, 194 pisam farsilem, *i. cui obsonia intericiuntur. cf.* fartilis, farcilem.

farsōrēs qui aves saginant GLOSS. IV 74, 26 (V 455, 54). V 462, 39 'fartores' ... quos et -es dicimus. V 500, 18 qui aves saginant vel homines. *cf.* fartor.

farsūra, -ae *f.* [*a* farcire, farsus, *cf.* fartura. *Th.*]. *i. q. res, quibus aliquid fartum est*: TERT. adv. Val. 27 p. 203, 15 fuisse ... in Christo etiam ex Achamoth spiritalis seminis condimentum, ne marcesceret scilicet reliqua -a. *cf.* fartura.

fartalia, -ae *f.? cf. c.* farcire, fartus? GLOSS. cod. Vindob. 804 (*v. Rose, Anthim. index p. 52*) fartalia vel patella phanne (*theodisc.*). ANTHIM. 20 laridum *vaccae* ... in -a (fertalia *vel* fartalio *v. l.*) missum ... permittimus comedere. *cf.* faratalia.

fartātus, -a, -um *cf. c.* fartus, farcire. *i. q. fartus*: SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 60 hilli sive hilla -a salsicia (*cf.* VARRO ling. 5, 111).

farticulum, -ī *n.* [*a* fartum *deminutive. Th.*]. *i. q. farcimen parvum*: TITIN. com. 90 (Non. p. 331 Prisc. gramm. II 203) farticula, cerebellum, lactes agninas (fart-, fert- *codd.* Nonii, grat-, crat- Prisc.).

fartilis, -e [*a* farcire, fartus. *Th.*]. *i. q. fartus* (*cf.* farcio *I B 2 a*). *per iocum*: APVL. met. 6, 31 insiciatum (*Heinsius*, insiticium *trad.*) et -em asinum (*praecedunt*: asino vacuefacto praecordiis per mediam alvum ... virginem ... insuere). *n. plur. subst.* **fartilia,** -ium. *i. q. alimenta bestiis saginandis praebenda*: PLIN. nat. 10, 52 *anseris iecur* -bus in magnam amplitudinem crescit.
translate: TERT. adv. Val. 27 p. 203, 9 in *Christum* tanta licentia Iesum inserunt quidam, quanta spiritale semen animali cum inflatu infulciunt, -ia nescio quae commenti et hominum et deorum suorum. *cf.* farsilis. *v. etiam* fastidilis *p. 308, 57.*

fartim *adv. cf. c.* fars *et c.* farcio, fartus. GLOSS. Plaut. gramm. III 58, 8 -m *falso enumerat inter adverbia Plautina* 'in Mostellaria', *v.* PLAVT. Most. 169 *supra l. 41. i. q. in modum farturae:*

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *spectat ad multitudinem, amplitudinem*: LVCIL. 79 (Non. p. 11) ut lurcharetur lardum et carnaria -m (*v. adn. crit.*) conficeret (*i. affatim sibi inferciendo*). APVL. met. 3, 2 aditus . . . et tectum omne -m stipaverant. AVSON. Mos. 86 capito (*piscis*)...-m congestus aristis (*i. spinis*). 113 corporis ad medium -m pinguescis. **2** *spectat ad comminutionem*: APVL. met. 2, 7 parabat isicium -m concisum et pulpam frustatim consectam.

fartor, -is *m.* [*a* farcire. *Th.*]. **1** *de avium saginatore* (GLOSS. ἀιτευτής. homo qui animal saginat. -es saginatores): PLAVT. Truc. 105 de nostro saepe edunt *iuvenes*, quod -es (*CD*, fectorum *B*) faciunt (*sc. saginam*). TER. Eun. 257 cuppedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, -es, piscatores (CIC. off. 1, 150 *ad l.*: quae *artes* ministrae sunt voluptatum. EVGRAPH. *ad l.* '-es' dicimus, qui aves [*cf. adn. Wessn.*] farciunt, ut in meliorem usum sagina pinguescant. *item fere* GLOSS. V 462, 39 *ubi adiectum est* seu sartores. *aliter* DON. *et* SCHOL. Ter. *v. l. 22*). HOR. sat. 2, 3, 229 piscator . . . pomarius, auceps, unguentarius . . . cum scurris -r, cum Velabro omne macellum (PORPH. *ad l.* '-r' nunc avium, alias nomenclator. *cf. 3*). COLVM. 8, 7, 1 pinguem . . . facere gallinam, quamvis -is, non rustici sit officium. CORP. VI 8848 Antigonus Drusi Caesaris avium -r (8849). VIII 9432 ossuarium Vitli -is. **2** *de eo qui farcimina facit*: DON. Ter. Eun. 257 (*v. l. 12*) '-es' qui insicia et farcimina faciunt. SCHOL. Ter. *ad l.* -es a farciendis carnibus. **3** PAVL. FEST. p. 88 -es nomenclatores, qui clam (quidam *codd.*) velut infercirent nomina salutatorum in aurem candidati. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 229 *v. l. 18*. GLOSS. Plac. V 68, 22 -i nomenclatori (*cf.* 23, 2). *cf.* farsores.

fem. **fartrīx,** -īcis PRISC. gramm. III 508, 8.

syn.: saginator (GLOSS. II 591, 57).

fartōsus, -a, -um [*cf. c.* farcio, fartum. *Th.*]. *t. t. mulomedicinae*: CHIRON 300 de -o (*sic legendum etiam* 403 tit. *pro* farto). 403 si quod iumentum -um ventrem habuerit. VEG. mulom. 2, 90, 1 de -is. -i . . . talis est passio.

fartrīx *v.* fartor.

fartum, -ī *n. v. s.* farcio *p. 281, 17*.

fartūra, -ae *f.* [*a* farcire, fartus. *Th.*]. **1** *i. q. actus farciendi*: **a** *de farciminibus faciendis*: VARRO ling. 5, 111 ab eadem -a farcimina ⟨in⟩ extis appellata. **b** *de avibus saginandis*: VARRO rust. 3, 8 *pulli* ad -am meliores (*inde conicitur pro* sarsura 3, 9, 1 *in loco corrupto*). COLVM. 8, 7, 5 quot iam *dies* -ae processerint. 8, 9, 1 volatura ita, ut capitur, -ae destinatur (8, 14, 10). **2** *i. q. materia inferta: t. t. architecturae, i. q. lapilli fundamentis interiecti* (*Blümner, Technol. III 136. 144*): VITR. 2, 8, 7 tres suscitantur in ea structura (*quam ἔνπλεκτον appellant Graeci*) crustae, duae frontium et una media -ae. *ex coniectura non satis certa*: 10, 3, 4 aequipondii brevitas...ab imo sursum versum egredi cogit -am (*Ochmichen*, futurum *codd.*). *cf.* farsura.

1. fartus -a, -um *v. sub* farcio *et sub* fartosus (*l. 30*).

?2. (fartus, -ūs) *acc.* fartum, *abl. plur.* fartibus (*a* farcire). [*ex coniect.*: PLAVT. Mil. 8 *v. p. 286, 42*.] **1** *i. q. pulpa fructuum*: COLVM. 5, 10, 11 ea res efficit uberiorem fructum et -um (partum *codd.*) fici pleniorem ac meliorem (*cf.* arb. 21, 2 *s. v.* fartum *p. 281, 23*). **2** *i. q. farcimen*: ARNOB. nat. 7, 25 quid *deo sit* cum libis, quid diversis cum -bus (fratibus *cod.*) confectis iure ex multiplici atque impensarum varietate conditis (*ad* fars *pertinere putat Skutsch, Berl. phil. Wochenschr. 1895, 1449 adn.*). **?3** *i. q. fetus utero matris inclusus* ISID. diff. 1, 240 *v. p. 280, 12*. *Ammann.*

?farvasta semen GLOSS. V 500, 20. *Mbr.*

farum, farus *v.* phar-.

fās *indecl. n. [plerique cum antiquis a* fari *ductum esse censent. sed nescio an potius id substantivum sit, a quo derivata sunt vocabula* fanum, festus, feriae, *eadem fere significatione eademque origine, quam habet gr.* θέ-μις. *ex duabus pristinis substantivi formis* fēs- *et* fās- *inter se alternantibus compensatione quadam facillime* fās *nasci potuit. cf.* facio feci *et v. Bréal, Mém. de la Soc. de Ling. 5, 339 sq. Th.]. de etymologia*: PAVL. FEST. p. 88 fascinum et -s a fando nominantur. PRISC. gramm. III 486, 19 inde (*sc. a* fando) putant quidam . . . -s . . . dictum esse, quod iustum est dici vel taceri. *in fine* x *pro* s: GLOSS. V 293, 11 fax facula vel licentia. *de declinatione et genere*: PROB. cath. gramm. IV 22, 2 latina duo repperi indeclinabilia: hoc -s, hoc nefas; nam 'fandi'... a nominativo venit 'hoc fandum' (CHAR. gramm. I 27, 4 hoc -s huius -s. PRISC. gramm. II 239, 3 GRAMM. suppl. 116, 9. 124, 2 *cf.* PHOC. gramm. V 412, 6. 14. EXC. Bob. gramm. I 546, 35 -s ἄκλιτον). CHAR. gramm. I 35, 28 singularia tantum monoptota...et sunt neutralia velut -s *eqs.* (POMP. gramm. V 172, 2. GRAMM. suppl. 88, 29. 89, 25 his quidam addunt -s *eqs. cf.* PRISC. gramm. II 190, 2 in quibus unus *casus invenitur* . . . -s *eqs.* PS. ASPER gramm. V 550, 22 tantum per nominativum . . . in usu). DIOM. gramm. I 309, 20 quae neutro genere numero tantum singulari tribus casibus (*sc. nom. acc. voc.*) efferuntur, ut -s nefas (SERV. gramm. IV 433, 37 POMP. gramm. V 138, 7 CONSENT. gramm. V 352, 27). MART. CAP. 3, 299 '-s' et 'nefas' aptota. PRISC. gramm. II 184, 13 -s, nefas *inter neutra aptota*. 372, 12 genetivum non habet. 564, 1 quae . . . deficiunt, fixa sunt, ut -s *eqs. nota: velut pro genetivo huius vocis ponitur* fandi: VERG. Aen. 1, 543 deos memores fandi atque nefandi (SERV. iusti et iniusti). *v.* for. *quae sit pars orationis*: VIRG. gramm. suppl. 198, 18 heri . . . -s nonnulli putant nōmina esse inflectabilia, sed nos adverbia esse non ambigimus. GRAMM. suppl. 266, 2 -s, nomen, i. licitum, et transit in interiectionem. *notatur* f *cf. infra l. 29. de notione*: SERV. georg. 1, 269 'fas et iura sinunt': id est divina humanaque iura permittunt: nam ad religionem -s, ad homines iura pertinent. Aen. 6, 400 'licet': -s est. 9, 95 '-s habeant': ius. ISID. orig. 5, 2, 2 -s lex divina est, ius lex humana. transire per alienum -s est, ius non est. SCHOL. Prud. psych. 71 -s lex. FRG. Bob. gramm. suppl. 542, 18 -s naturalis lex (*ad Verg. Aen. 6, 438*). GLOSS. rationabile, iustum; licitum (*cf. supra l. 4*), licentia vel ius deorum (Iudaeorum *trad.*); θεμιτόν (EXC. Bob. gramm. I 546, 35); θέμις (*cf.* CIC. Tim. 6. 10 VVLG. II Macc. 12, 14); δίκαιον. -s est: iustum est aut conveniens; convenit; ius est vel ratio; -s: licet, iustum, conveniens; non est -s: non est iustum; illis -s: i. licet. *de usu*: -s est *inde a* PLAVTO (*l. 60. 84. p. 291, 54. 293, 16*) ENN.; contra -s *inde a* CIC.; -s violare *et* delere *singulis locis apud* CIC. (*ab eiusmodi verbo pendere videtur etiam* ACC. trag. 585 *p. 294, 40*); *praeterea apud scriptores raro substantivi loco est et fere non nisi altero substantivo* (ius, fides, lex *sim.*) *accedente* (LIV. 9^ies^ INSCR. *semel p. 294, 49* SEN. rhet. *semel* SEN. phil. *ter* PLIN. nat. *semel* QVINT. *semel* TAC. 8^ies^ PLIN. epist. *semel*); *multo etiam varius cum attributis* (*praeter* omne *inde a* CIC.) *ponitur; cf. epitheta p. 295, 72 sqq.* [*dub.*: LVCAN. 10, 262 ius (-s *v. l.*).] *non abiit in linguas romanicas.*

fas est: **A** *i. q.* ***nulla religio obstat, per religiones licet*** (*accedunt* -s puto, existimo, habeo *sim.*): **1** *antiquissimus usus est in* FASTIS (*cf.* CORP. I 1^2^ p. 210 *sqq.*), *in quibus ad 43 dies, qui plerique (39) sunt aut* kal. *aut* postr. kal. *aut* non. *aut* postr. non. *aut* postr. id. *adnotatur* F. *de notione cf.* FAST. Praen. *ad* Ian. 2 ⟨hic dies fastus est. fasti dies appe⟩llantur, quod iis licet fari apud ⟨magistratus p. R. verba ea, sine quibu⟩s verbis lege agi non potest (*supplevit Mommsen*). VARRO ling. 6, 29, 30. *sed de notis* F *et* N *non per* f(astus) *et* n(efastus), *quod vulgo fit, sed per* f(as) *et* n(efas) *explicandis cf. Schön, PW. VI 2015; Wissowa, Relig. u. Kultus*^2^ *p. 438 adn. 1. ad dies* IX kal. Apr. *et* IX kal. Iun. *ascriptum est* Q · R · (*vel* REX) C · F (FAST. ann. Iul. *ad* Mart. 24: frg. Caeret. *l. c.* p. 212, Maff. p. 223, Praen. p. 234, Vatic. p. 242, frg. min. 3 p. 251; *ad* Mai. 24: frg. Esquil. p. 211, Caeret. p. 213, Venus. p. 221, Maff. p. 224), *ad diem* XVII Kal. Iul.: Q · S. (*vel* ST ·) · D · F (FAST. ann. Iul. *ad* Iun. 15: frg. Venus. p. 221, Maff. p. 224; *in* frg. Tusc. p. 216 *brevius notatur*: Q · ST ·). *de his notis cf.* VARRO ling. 6, 31 dies qui vocatur sic 'Quando Rex Comitiavit, Fas' *eqs.* 6, 32 dies qui vocatur 'Quando Stercum Delatum, Fas' *eqs.* FEST. p. 258 PAVL. FEST. p. 259. *cf. Corp. I 1^2^ p. 289, ubi Varronis et Festi loci exscripti proponuntur. utrum* f(as) *illud strictiore quadam notione id ipsum, quod facere illis diebus licebat, antiquitus in se comprehenderit, an alicuius verbi infinitivus* (*velut* 'lege agere') *sit supplendus, in dubio relinquo. cf. de diebus intercisis*: VARRO ling. 6, 31 intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore . . . -s; a quo quod -s tum intercedit aut eo intercisum nefas, 'intercisi'.

2 *in precationum formulis sollemnibus* (*inde a* PLAVTO *infra l. 60*): **a** si -s est: TIB. 2, 3, 74 si -s est, mos, precor, ille redi. OV. trist. 3, 1, 81 *precatur Caesarem* (*item* Pont. 2, 8, 37 tua, si -s est, . . . numina sint precibus non inimica meis. fast. 1, 25 si licet et -s est. *accedit inf.*: trist. 5, 2, 46 alloquor...numina supplex, si -s est homini cum Iove posse loqui). CARM. epigr. 861 (*Patavii, periit*), 3 pro quibus officiis, si -s est, sancte *Priape*, paciscor, . . . ut *eqs.* AVR. orat. Fronto p. 99, 11 N. si -s est, obsecro. CARM. epigr. 680 (*Romae, a. 400*) meum, si -s, si⟨mul accipe corpus⟩. *inde translatum in obsecratione humili ac supplici*: PLAVT. Bacch. 1025 si me -s est obsecrare abs te, pater. TER. Hec. 387 te obsecramus, si ius, si -s est. *in imprecatione*: PROP. 3, 12, 5 si -s est, omnes...pereatis avari. **b** *in appellationibus deorum*: CARM. devot. Macr. sat. 3, 9, 10 Dis pater, . . . Manes, sive quo alio nomine -s est nominare. OV. met. 15, 867 quosque alios *deos* vati -s appellare piumque est. APVL. met. 11, 2 quoquo nomine, quoquo ritu . . . te -s est invocare. *cf.* LIV. 1, 2, 6 *divus Aeneas*, quemcumque eum dici ius -sque est. 3, 39, 4 quo *nomine* Iovem appellari -s sit. STAT. silv. 3, 2, 15 Nereides . . . , dicere quae magni -s sit mihi sidera ponti. **c** *petitur precibus, ut* -s *sit aliquid facere* (*quod abit in locutionem;* GLOSS. sit mihi -s, liceat mihi): VERG Aen. 6, 266 *v. p. 289, 40*. OV. epist. 15, 63 -s vidisse fuit, -s sit mihi visa referre (SEN. epist. 115, 4 -s sit vidisse. BVC. Eins. 1, 26 -s mihi sit vidisse deos, -s prodere mundum). LIV. 1, 16, 6 petens precibus, ut contra intueri -s esset. CVRT. 10, 10, 13 precati, ut ius -sque esset mortalibus attrectare deum. AVSON. Mos. 187 haec spectata *nulli* -s mihi sit pro parte loqui (*cf. Hosius ad l.*). 443 -s mihi *sit* sacrum perstrinxisse amnem *eqs.* MAR. VICTOR aleth. 1, 144. 464. *hinc translatum*: SIL. 6, 470 sit mihi -s me digna loqui. 8, 41 sit -s retinere favorem . . . patriae. STAT. silv. 1, 5, 61 -s sit componere magnis parva (*cf. p. 292, 43*). SER. SAMM. 785 non audita mihi -s sit, sed lecta referre. MART. CAP. 6, 722 haec primitus concedenda *esse* -s sit.

3 -s non est, -s est (-s habeo): **a** *tangere, adire sim. aliquid*: PLAVT. Trin. 290 quod manu non queunt tangere, tantum -s habent, quo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manus abstineant (*i. id tantum tangere nefas putant*). CIC. Verr. 5, 99 quae *sacra* non modo manibus attingi, sed ne cogitatione quidem violari -s fuit. 6, 187 *simulacrum* a viro non modo tangi, sed ne aspici quidem -s fuit (LEX vic. Furf. [Corp. I² 756, 7] utei tangere, sarcire . . . ⟨ius⟩ -sque esto. CATVLL. 89, 5 quod -s tangere non est [*cf. B 2 a p. 291, 9 sqq.*]. GRATT. 460 huic -s . . . Vulcania tangere dona. PAVL. FEST. p. 82 ederam flamini Diali neque tangere neque nominare -s erat. *v. etiam infra l. 14*). *cf.* NEMES. ecl. 3, 7 tamquam . . . -s . . . esset calamos tractare deorum (*cf.* 3, 13. MART. CAP. 2, 134 attrectare. *v. etiam p. 288, 75*). *cf. etiam* contingere *p. 291, 43*, sumere *p. 292, 46*. CIC. Verr. 5, 101 quo liberos adire ne orandi quidem causa -s erat (har. resp. 44. CAES. civ. 3, 105, 4 quo praeter sacerdotes adire -s non est. OV. met. 6, 649). *cf.* VERG. georg. 4, 358 -s illi limina divom tangere. Aen. 6, 563 nulli -s casto . . . insistere limen. OV. met. 2, 767 neque enim succedere tectis *Invidiae* -s habet. LIV. 8, 10, 12 eo magistratum R. escendere -s non esse. SIL. 3, 21 quis -s et honos adyti penetralia nosse (*cf.* CALP. ecl. 4, 158 tibi -s est sacra . . . penetralia visere Phoebi). IVV. 6, 329 iam -s est, admitte viros. TAC. Germ. 6 nec . . . sacris adesse ignominioso -s. LACT. inst. 1, 18, 10 ad terrenum hoc domicilium deorum admitti *homicidam*. CAES. Gall. 5, 12, 6 leporem . . . gustare -s non putant (MACR. sat. 1, 12, 28). *cf.* OV. fast. 4, 657 nec -s animalia mensis ponere. MELA 3, 64 caesorum . . . visceribus epulari -s et maxime pium est. CYPR. GALL. Ios. 518 illa nobis tantum mactare . . . -s est. PS. AVR. VICT. orig. 6, 7 ne cui feminae -s esset vesci ex eo *eqs.*

b *videre, intueri aliquid* (*cf. p. 288, 74*): CIC. Verr. 6, 187 *simulacrum* . . . aspici. *v. supra l. 4* (har. resp. 8). Mil. 7 negant intueri lucem esse -s ei, qui *eqs.* or. frg. A XIII 21 vidisse eum, quod -s non fuisset (OV. fast. 6, 7 -s mihi . . . voltus vidisse deorum [LVCAN. 1, 598 soli cui -s vidisse Minervam. *cf. p. 288, 72*]. MIN. FEL. 30, 6 homicidium nec videre nec audire. AVSON. 57, 3). CIC. leg. 2, 36 quo (*in sacrificium*) ne imprudentiam quidem oculorum adici -s fuit. MANIL. 4, 922 quod cernere -s est (MART. 5, 3, 5 cui tam prope -s est cernere . . . deum [*sc. Caesarem*]. MART. CAP. 2, 185 CYPR. GALL. exod. 140). PLIN. nat. 11, 150 *oculos hominis mortui* spectari. STAT. Theb. 2, 240 si -s oculis. MART. CAP. 2, 149 conspicari *aliquid*.

c *enuntiare, scire, cognoscere, quaerere aliquid* (*cf. p. 288, 72*): CIC. har. resp. 37 cuius deae ne nomen quidem viros scire (HOR. carm. 4, 4, 22 nec scire -s est omnia [*de re leviore consulto in maius aucta, cf. p. 293, 15 sqq.*]. MACR. sat. 1, 7, 18 quae sciri -s est). CAES. Gall. 6, 14, 3 neque -s esse existimant ea litteris mandare. VERG. Aen. 2, 158 *v. p. 290, 36*. 6, 266 sit mihi -s audita loqui, sit . . . pandere res . . . caligine mersas (HIL. euang. 46 secreta poli). *cf. p. 288, 71*. HOR. carm. 2, 19, 9 -s . . . est mihi Thyiadas . . . cantare *eqs.* OV. fast. 3, 314 discere. GRATT. 99 dic . . . , -s est, Diana, ministro. MANIL. 4, 520 si modo per causas naturam quaerere -s est (COMM. apol. 124 cuius nec initium nec finem quaerere -s est). LVCAN. 1, 631 vix -s . . . prodere me populis *aliquid* (10, 194 *cf. p. 288, 74*). 6, 430 si quid tacitum, sed -s erat. PETRON. 121, 104 si modo vera mihi -s est impune profari. PLIN. nat. 2, 144 quaedam fulgura enuntiare non putant -s nec audire. SIL. 1, 19 causas . . . -s aperire mihi *eqs.* STAT. Theb. 8, 90 si licet et sanctis hic ora resolvere -s est manibus. silv. 5, 3, 182 cui *Sibyllinum* -s volvere carmen (LACT. inst. 1, 6, 13 nec ab ullo *libros Sibyllinos* nisi a XVviris inspici -s habent). HIL. gen. 149 hinc . . . animae -s est ventura videre.

d *de aliis, quae ad sacra et religionem pertinent*: CORP. VI 576 extra hoc limen aliquid de sacro Silvani efferre -s non est. CIC. Verr. 3, 127 negant id (*extra sortem sacerdotem renuntiari*) . . . per religiones sacrorum ullo modo fieri posse, -s denique negant esse (leg. 2, 55 tanta religio est sepulcrorum, ut extra sacra et gentem inferri -s negent esse. *cf. infra l. 63*). 3, 128 alio mense ac -s erat *comitia haberi*. leg. agr. 2, 18 quem . . . creari -s non erat propter religionem sacrorum. 2, 19 quod per caerimonias populi fieri non poterat, . . . ut id, quoad posset, quoad -s esset, quoad liceret, populi ad partes daret. dom. 39 negant -s esse agi cum populo, cum de caelo servatum sit *eqs.* (Phil. 5, 7). 94 cum mihi uni *ea* iurato dicere -s fuisset. 109 ut inde (*sc. ex domo velut ab ara*) abripi neminem -s sit. 127. 138 si . . . neque is, cui licuit, neque id, quod -s fuit, dedicavit. Vatin. 32 nisi id fecisses, quod -s non fuit, nisi violasses templum Castoris. Phil. 2, 87 (*del. pars edd.*). rep. 3, 33 huic legi nec obrogari -s est, neque derogari . . . licet, neque . . . abrogari potest. epist. 3, 10, 9. CAES. Gall. 6, 23, 9 hospitem violare (-es violari *β*) -s non putant. VERG. georg. 1, 127 ne signare quidem aut partiri limite campum -s erat. OV. fast. 1, 629 scortea non illi -s est inferre sacello. 3, 811 nec -s concurrere ferro, (causa, quod est illa nata Minerva die). LIV. 1, 44, 5 *pomerium* neque habitari neque arari -s erat. *cf.* PAVL. dig. 39, 3, 17, 3 loco sacro . . . , quo -s non sit uti. LIV. 3, 55, 5 eum ius -sque esset occidi (QVINT. inst. 3, 6, 25 an -s fuerit tyrannum in templo occidere [IVV. 6, 628]. *cf.* SEN. contr. 9, 2, 12 de servo . . . supplicium sumi. VAL. FL. 3, 381 miscere neces. STAT. Theb. 6, 736 *hostem* demittere leto). LIV. 7, 6, 11 ab eo, a quo nec ius nec -s fuerit (*sc. contingi auspicia*). 7, 31, 3 sicut -s iusque est. 8, 10, 14 telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri -s non est. 9, 34, 17 *collegam* subrogare (*M*, subrogari *vulgo*). 22, 56, 4 nec lugentibus id *sacrum* facere -s est nec *eqs.* 31, 30, 2 belli iura, quae ut facere, ita pati sit -s. 31, 44, 5. 45, 33, 2 quibus *deis* spolia . . . dicare ius -sque est. *al.* LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 2, 14 si quis tergere . . . volet, quod beneficii causa fiat, ius -sque esto. PAVL. FEST. p. 104 iurare flamini Diali (GELL. 10, 15, 5 [*ex* libris de sacerd. publ. *vel* FAB. PICT.] iurare Dialem -s numquam est). p. 226 quibus *diebus* -s est hostem bello lacessere. FEST. p 318 neque -s est *hominem sacrum* immolari. SEN. contr. 1, 2, 3 -s sacerdoti non est ancillam tibi similem habere: fierine (*VD*, ne fieri *AB*) sacerdotem -s erit? *al.* PHAEDR. 4, 11, 13 nec de lucerna -s est accendi sacrum. SEN. Med. 9 deos . . . quos . . . Medeae magis -s est precari. Thy. 220 -s est in illo, quidquid in fratre est nefas. MELA 1, 57 nec cremare aut fodere -s putant *mortuos*. LVCAN. 3, 329 si non committitis illis arma, quibus -s est. 4, 699 -s utrumque putat *miles*. 8, 764 iniuria fati hoc -s esse iubet. PLIN. nat. 2, 145 hominem . . . *fulmine* exanimatum cremari -s non est. 16, 24 ligno *haliphloei arboris* nec ad sacrificia uti -s habetur. *al.* VAL. FL. 8, 424 *socii non iurati* reddere forsan -s habeant. SIL. 7, 162 haud -s, Bacche, tuos tacitum tramittere honores. *al.* STAT. Theb. 12, 97 utinam . . . caeloque animas Ereboque nocentes pellere -s *sit eqs. al.* QVINT. decl. 274 p. 123, 24 inde submoveri ictum *fulmine. al.* IVV. 1, 131 cuius ad effigiem non tantum meiere -s est (*sc. sed etiam cacare*). 10, 55 *petuntur*, propter quae -s est genua incerare deorum? 13, 237 quid -s atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis criminibus. TAC. Germ. 9 *Mercurio* humanis quoque hostiis litare -s habent (*cf.* ann. 14, 30. AVSON. 339, 10 hominem mactare sacris). hist. 5, 13. SVET. Tib. 2, 4 ne . . . intercedere -s cuiquam tribunorum esset. FRONTO p. 149, 6 N. neque balbam virginem . . . capi -s est *eqs.* GELL. 10, 15, 6 (*ex* libris de sacerd. publ. *vel* FAB. PICT.) anulo uti *Dialem* . . . -s non est. *al.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3, 22 ius -s meliusque fuit h⟨unc⟩ locum lustrari. PANEG. 4 (9), 17, 1 (*in metaphora*) ubi -s est . . . praemia consecrare, nisi *eqs.* LACT. inst. 2, 1, 6 *deum* ignorari ab homine -s non est. *al.* RVFIN. hist. 1, 2, 6 familiarius . . . quantum -s erat deum hominibus *innotescere*. CYPR. GALL. exod. 866 hoc . . . pro caede sui -s poscere nati. num. 716 eloquio, quod -s infringere nulli est. MART. CAP. 9, 898 -s asseritur, quicquid vos velle cognovi.

nota ἔμφασιν (*cf. p. 293, 7*): VERG. Aen. 2, 157 -s mihi *est* Graiorum sacrata resolvere iura, -s odisse viros atque omnia ferre sub auras, siqua tegunt (*cf. supra c*). PAVL. NOL. carm. 31, 347 fas (*quod alibi nefas est*) . . . , ut Iudaea, . . . per quam victima Christus erat, perderet omne sacrum.

B ***latiore sensu*** (*longe plurimis tamen locis non sine aliqua gravitate ponitur; consulto καταχρηστικῶς 1 e p. 293, 15; praeterea de levioribus rebus* CELS. 7, 2 *p. 293, 40* PLIN. nat. 29, 61 *p. 292, 4* QVINT. inst. 5, 14, 17 *p. 292, 73* PLIN. epist. 2, 5, 5 *p. 292, 77*): **1** *aut* ***cum negatione*** *aut* ***in enuntiato hypothetico*** *aut affirmative ita, ut aliquid* ***concedatur***, *i. q.* ***licet*** (a b c *a notione primaria non longe absunt*): **a** -s est *sc. per maiestatem deorum aut per naturam generis humani, qua homines infra deos sunt* (*de rebus, quae humanum modum excedunt, quae laedunt deorum maiestatem*): ENN. frg. var. 23, 3 si -s endo plagas caelestum ascendere cuiquamst. CARM. frg. Gell. 1, 24, 2 immortales mortales si foret -s flere. CIC. Tusc. 5, 38 humanus . . . animus . . . cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc -s est dictu (*cf. p. 293, 66*), comparari (*cf.* LACT. inst. 2, 2, 20 caeleste animal cum terrenis . . . coaequari. *cf. p. 291, 71. 292, 43*) potest. Lael. 11 quod homini -s esset optare (PERS. 3, 69. *cf.* OV. trist. 3, 5, 27/28 seu temere expecto, sive id contingere -s est, tu mihi, quod cupio, -s . . . esse proba. *p. 291, 39*. PAVL. FEST. p. 367 Themin . . . quae praeciperet hominibus id petere, quod -s esset *eqs.* [SEN. Phaedr. 214 plura quam -s est]. TIB. 1, 6, 64 proprios ego tecum, sit modo -s, annos contribuisse velim [*cf.* VICT. VIT. 2, 6 ut, si -s esset, animam suam pro eodem universos ponere delectaret]). LVCR. 5, 160 putare . . . *non* -s esse, deum quod sit ratione . . . fundatum . . . , sollicitare *eqs.* CATVLL. 51, 2 ille mi par esse deo videtur, ille, si -s est, superare divos. VERG. Aen. 2, 402 nihil invitis -s quemquam fidere divis. 4, 113 tibi (*Iunoni*) -s animum *Iovis* temptare precando. CIRIS 21 magno *te* intexens, si -s est dicere, peplo (EPICED. Drusi 129 Caesaris [*cf. infra l. 84*] uxori si talia dicere -s est, iam dubito, magnos an rear esse deos. *cf. p. 293, 62 sqq.*). AETNA 173 neque est aliud, si -s est credere, mundo venturam antiqui faciem, veracius omen (*cf. p. 293, 79 sqq.*). OV. met. 2, 645 animas tibi (*Aesculapio*) reddere ademptas -s erit (AVIEN. Arat. 218 cuiquam *homini* . . . -s esse novissima fata vincere, *i. mortuos suscitare*). trist. 4, 10, 89 nec vos mihi fallere -s est, *dei parentales* (AVSON. 92, 5 divos). 5, 3, 27 si -s est exemplis ire deorum. MANIL. 4, 440 nec -s est verbis suspendere mundum. SEN. dial. 7, 16, 1 ut, qua -s est, deum effingas. *al.* (*cf.* 12, 17, 1 in quantum modo homini -s est per divina ire vestigia). LVCAN. 7, 456 vindictam, quantam terris dare numina -s est. 8, 459 si numina nasci credimus aut quemquam -s est coepisse deorum. STAT. Theb. 6, 693 quid numina contra tendere -s homini? *al.* MIN. FEL. 29, 5 regibus non ut magnis . . . viris, sicut -s est, sed ut deis . . . adulatio . . . blanditur. LACT. opif. 4, 12 nec debuisse fieri aliter nec -s fuisse. AVG. civ. 10, 19 p. 432 D. ei deferre, cui uni -s esse noverunt. c. Pelag. 1, 15, 31 non . . . -s fuit, ut eius (*sc. virilitatis*) erubesceret creatura de sui opere creatoris. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894^{C} nulli eorum *lapidum* conferre non -s est firmamentum.

-s est *per maiestatem principis instar dei habiti* (*cf. p. 288, 53*):

[Vetter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. trist. 1, 2, 96 nec, quae damnaverat ille, crimina defendi -sque piumque puto. Stat. silv. 1, 2, 179. 4, 2, 17 datur ora tueri . . . et non assurgere -s est? Mart. 7, 2, 6 lorica . . . , sacrum cui tangere pectus -s erit *eqs.* 8, 32, 5. Plin. epist. 8, 6, 10 voluntati principis . . . , cui in nulla re -s putaret repugnare. *al.* Paneg. 12 (2), 27, 3 si -s piumque mortalibus aestimare caelestia. *cf.* 10 (4), 5, 1. 12 (2), 47, 1 *al.* Anon. de mach. bell. pr. p. 3 -s erit rei p. praesulem a privato desiderata cognoscere.

b *per leges a natura rerum generi humano impositas*: *α de amore licito*: Cic. Cluent. 12 generi sui, contra quam -s erat, amore capta. Mil. 43 ut *Clodium* nihil delectaret, quod aut per naturam -s esset aut per leges liceret. Catvll. 89, 5 *v. p. 289, 5.* Ov. met. 9, 510 nec nisi qua -s est germanae, frater ametur. 9, 551 quid liceatque nefasque -sque sit. 9, 748 pete, quod -s est. Cvrt. 8, 2, 19 apud eos parentibus . . . coire cum liberis -s est. Lvcan. 8, 409 cui -s implere parentem, quid rear esse nefas? Vlp. dig. 3, 2, 13, 4 quam uxorem ducere vel non potest vel (non *F*) fa⟨s⟩ non est. Vvlg. II reg. 13, 12. Avg. civ. 3, 3 p. 100 D. an deos -s est hominibus feminis . . . misceri? *adde* Sen. Oed. 1014 congredi -s amplius haud est. *nota*: Ov. epist. 4, 134 -s *esse* omne facit fratre marita (*i. Iuno per Iovem fratrem marita facta*) soror (*cf. p. 294, 37*). *β de lege naturae, qua liberos parentibus superstites esse par est*: Corp. V 312 quod -s erat filium facere parentibus. *cf.* IX 1493. 5813, 3 quod -s non fuit, monimentum feci. Carm. epigr. 376 (*Aquini, periit*), 8 -s erat, ut potius natus pia funera nobis penderet. *nota*: Carm. epigr. 171 (*Polae*), 1 quod -s parenti decuit facere f⟨ilium⟩. 172 (= Corp. VI 26901), 6 quod -s parenti facere debuit filius (*locutio ex duabus diversis male conflata*: quod -s fuerat *et* quod decuit *vel* debuit).

c *per fata sim. licet, εἵμαρται* (*cf. p. 294, 47. 295, 39 sqq.; Hey, Archiv 13 [1904], 212 sq.*): Caes. Gall. 1, 50, 5 non esse -s Germanos superare, si *eqs.* Verg. Aen. 1, 206 illic -s regna resurgere Troiae. 4, 350 et nos -s extera quaerere regna. 6, 63 vos . . . Pergameae iam -s est parcere genti, di. 7, 692 Messapus . . . , quem neque -s igni cuiquam nec sternere ferro. 8, 502 nulli -s (*seq. inf.*). 12, 28 me natam nulli veterum sociare procorum -s erat idque omnes divique hominesque canebant (*cf.* Stat. Theb. 2, 168 mihi nec Sparta genitos nec . . . iungere -s generos). Prop. 1, 12, 19 mi neque amare aliam neque ab hac desistere -s est. Ov. epist. 13, 71 si cadere . . . -s est . . . Troiam (Ivst. 14, 4, 12 *Alexandrum* mortali manu). met. 9, 385. trist. 3, 5, 27 *v. p. 290, 53.* Liv. 1, 18, 9 Iuppiter pater, si est -s hunc . . . regem Romae esse. Pavl. Fest. p. 149. Sen. suas. 2, 23 negante Calchante aliter navigari -s esse (*Bursian*, fuisse *C*). Val. Max. 1, 8 ext. 2 si talibus studiis perfrui -s non erat. 5, 1, 4. Lvcan. 2, 81 -s haec contingere non est colla tibi. Sil. 6, 604 Tyrrhenas sternere valles caedibus . . . -s fuerit. 10, 572 quo -s est ire superbas virtute . . . animas. Stat. Theb. 11, 122 quo -s erat usque. Mart. 7, 44, 8 si -s est cineri me superesse meo. Pass. Mar. Iac. 3 p. 49, 13 neque enim -s erat, ut tardius *eqs.*

sensu debilitato fere i. q. contingit: Ennod. epist. 1, 5, 12 p. 12, 14 *vobis* -s est post trabeas suas habere filium in obsequio consularem. Coripp. Ioh. 1, 35 natis -s non fuit ullis corpora . . . patrum . . . subdere terrae (*syn.* permissum *fuit*). Iust. praef. 39.

d *i. q. pium est, aequum, iustum, par est, licet*: *α* -s non est (*negatur* -s esse; *in enunt. interrog. v. p. 292, 34*): Plavt. Asin. 514 neque . . . te (*sc. matrem*) accuso neque id me facere -s existimo (*cf.* Liv. 39, 10, 4 matrem . . . insimulare). Ter. Haut. 149 nec -s esse ulla me voluptate hic frui, nisi *eqs.* Cic. dom. 113 negabas -s esse *eqs.* (p. red. ad Quir. 8). 133. p. red. ad Quir. 17 huic . . . homini . . . tantum debeo, quantum hominem homini debere vix -s est. 23. p. red. in sen. 28 quis . . . fuit, qui -s esse putaret *eqs.* (de orat. 1, 107 auctoritatem tuam neglegere -s mihi non esse puto. epist. 15, 4, 16. Ov. Pont. 2, 4, 6 non ita di mihi sunt tristes, ut . . . -sque putem . . . te non meminisse mei. *al.*). Planc. 56 non quo mihi -s sit quicquam defugere, quod salus Planci postulat. Mil. 86 non fuisse credo -s (*seq. acc. c. inf.*). Marcell. 2 nec -s esse ducebam (*seq. acc. c. inf.*). Phil. 2, 87 a M. Antonio, quod -s non est, rex Romae constitueretur. 6, 19 populum R. servire -s non est (Anth. 399, 7 Catonem. *cf.* Cic. epist. 1, 9, 18 cum *populum Atheniensem* cogi -s esse non arbitraretur). 13, 32 legem illam appellare (*cf. p. 293, 63*) -s non est. Tim. 10 -s . . . nec est nec umquam fuit quicquam nisi pulcherrimum facere ei *eqs.* (*Θέμις*). off. 3, 17 nec id, quod vere honestum est, -s est cum utilitatis repugnantia comparari (*cf. p. 290, 51 sq.*). 3, 34 Panaetius defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei -s erat). epist. 5, 12, 8 neque enim -s esse arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare. 10, 28, 1 interdum, quod mihi vix -s est, tibi subirascor (*cf. p. 292, 40*). Verg. Aen. 9, 206 nec -s *sc. erat, suppl. inf.* (11, 181). Ov. epist. 15, 187 nec mihi -s fuerit Sparten contemnere vestram. trist. 5, 13, 20 neque enim mutabile robur credere me -s est pectoris esse tui. Liv. 9, 9, 14 nec -s fuit alium . . . exitum esse. *al.* Sen. contr. 7, 7, 11 victum ab eo competitore, a quo vinci -s non erat nisi hominem turpissimum. Sen. dial. 11, 18, 1 *fratribus* salvis -s tibi non est accusare fortunam. *al.* nat. 6, 2, 9 non quia -s est optare publicam cladem. epist. 86, 3 neutrum -s erat. Lvcan. 9, 244 nec enim sperare secunda -s mihi. *al.* Plin. nat. 16, 14 ne servari quidem hominem -s esse lucri causa. *al.* 21, 181 non tamen auxilia *trychnon* tanti sunt, ut ideo plura nos de iis commemorare -s putem (*simili ratione de remediis abominandis vel pudendis dictu etiam* 27, 9. 28, 65 *al.*). 29, 61 praeterire *aliquid* (Ivst. 42, 2, 8 silentio . . . praeteriri *aliquid*. *cf.* Treb. Claud. 1, 3 tacere. Avson. 385, 14 reticere. *cf. p. 290, 16*). Val. Fl. 1, 118. Sil. 4, 513 nec Latius vallo miles debere salutem -s putat. 7, 749 nec prius . . . epulas -s cuiquam tetigisse fuit, quam *eqs.* Qvint. inst. 4, 2, 25 reum defendi. 8, 3, 36 nobis ponere alia *verba ac nativa illa.* decl. 274 p. 121, 28 expugnare domum -s non est. 297 p. 173, 12 negat -s esse, ut vir fortis manum meretrici praestet (Flor. epit. 3, 10, 9 Ivst. 13, 2, 9 Ps. Hil. libell. 8 p. 740[B] Symm. epist. 9, 36 Vvlg. III reg. 2, 20 Avg. c. Parm. 1, 9, 15 p. 35, 14. Cod. Theod. 11, 30, 2 [*a. 314*] = Iust. 7, 62, 12 ut . . . tormenta . . . perferat appellator. Corp. VI 31982 [*intra a. 367 et 383*]. *al.*). Tac. Agr. 46 quas *virtutes* neque lugeri neque plangi -s est (*cf. infra l. 53*). ann. 1, 77 Tiberio infringere dicta eius. Plin. epist. 1, 5, 7 ego ne interrogare quidem -s puto, de quo *eqs.* *al.* Flor. epit. 3, 3, 17 nec -s erat. Fronto p. 50, 12 N. nihil . . . mihi a te occultum . . . retinere -s est. *al.* Vlp. dig. 24, 1, 3, 1 *acc. c. inf.* 49, 2, 1, 1 a principe appellare -s non esse: Pavl. dig. 18, 1, 34, 2 nec enim -s est eiusmodi casus (*sc. ut liber servus fiat*) expectare (Cypr. epist. 57, 1 ecclesiam pulsantibus cludi). Apvl. met. 6, 19 tibi. Ps. Apvl. Ascl. 24 *acc. c. inf.*; *syn.* decet. Comm. instr. 2, 19, 6 -s in deo non est Christianam coli (*i. ornari*) fidelem. 2, 32, 2 in nigris (*sc. vestimentis*) *nec* exire . . . nec plangere -s est. Avr. Vict. Caes. 13, 9 moderatorem omnium vel errare minus -s sit. Hil. in Matth. 18, 10 *acc. c. inf.* Optat. 3, 3 p. 76, 5 *inf.* Avien. Arat. 1563 haud etenim . . . tibi . . . mitia iam caeli -s expectare serena. ora 7. Avson. 314, 4 tu bene si quid facias, nec meminisse -s est. 393, 95 nec -s est mihi . . . plebeiam docere pulpam. Symm. epist. 4, 26 *acc. c. inf.* Vvlg. act. 22, 22 non enim -s est eum (*sc. Stephanum*) vivere (*καθῆκεν*). *al.* Mart. Cap. 1, 8 *acc. c. inf.* Novell. Valent. 18, 6 (*a. 455*) ne cuiquam passim titulos . . . -s sit affigere. Cod. Iust. 8, 56, 3 *acc. c. inf.* *in indignantium interrogationibus*: Val. Fl. 8, 273 reverti . . . tam parvo in tempore -s sit? 8, 443 me ferre preces . . . -s erat? *cf.* Tac. ann. 3, 17 id ergo -s aviae (*seq. inf.*). Ps. Qvint. decl. 5, 15 an -s fuisse credis, ut *eqs.*

β si -s est (esset): Cic. Mur. 80 cives . . . si eos hoc nomine appellari (*cf. p. 293, 62 sqq.*) -s est. Cael. 27 *v. p. 293, 18.* ad Q. fr. 2, 2, 3 si -s esset, iure ei suscensere possemus (*cf.* 2, 8, 2 *et p. 291, 75*). Ov. am. 2, 13, 27 si . . . in tanto -s est monuisse timore. epist. 3, 6 si mihi pauca queri de te . . . -s est (Sil. 7, 738). met. 5, 417 si componere magnis parva mihi -s est (*cf.* Stat. silv. 1, 5, 61 *p. 288, 80. adde* Stat. silv. 3, 3, 56 si -s est aequare iacentia summis *et p. 294, 78. simili ratione ad modestiam significandam ponitur*: Ov. trist. 3, 1, 81 vos quoque, si -s est, sumite, plebeiae, carmina nostra, manus. Liv. 5, 30, 2 si suae gloriae sibi . . . meminisse sit -s. Lvcan. 9, 983 si quid Latiis -s est promittere Musis [Lavs Pis. 250]. Nemes. ecl. 2, 87 si . . . inter pinus corylum frondescere -s est). Ov. trist. 2, 515 scribere si -s est . . . mimos. Liv. 3, 72, 2 etiamsi -s sit curam emolumenti sui iudici esse. Sil. 8, 317 cur, uni patriam si affligere -s est, uni sit servare nefas? Plin. epist. 2, 1, 10 flere (*cf. supra l. 16*). si -s est *in parenthesi cum breviloquentia quadam* (*de re indigna et παραδόξῳ*): Min. Fel. 8, 4 miserentur miseri (*i. miserandi ipsi*), si (*male* miser⟨er⟩i si *Synnerberg*) -s est, sacerdotum. Prvd. psych. 211 advena nudus nititur antiquos, si -s est, pellere reges. Vict. Vit. 2, 51 volebant eum, si -s esset, necare. *cf.* Catvll. 51, 2 *p. 290, 61.*

γ affirmative -s est (*ita ut aliquid concedatur*): Acc. trag. 157 plus quam -s est captivum hiscere. Cic. ad Brut. 1, 14 (9, 23), 2 quem quidem civem appellari -s sit. Hor. ars 360 operi longo -s est obrepere somnum. Prop. 2, 13, 52 -s est praeteritos (*i. mortuos*) . . . amare viros. Ov. met. 4, 428 -s est et ab hoste doceri. Liv. 8, 10, 1 ut ius -sque erat (23, 12, 15 mihi quoque . . . interrogare ius -sque est. Sen. benef. 6, 4, 2 *patres* eiurare). Val. Max. 7, 5 pr. cum . . . singuli cunctorum voluntatibus resistere -s esse duxerint. Pers. 6, 25. Val. Fl. 1, 508 meritos -s e⟨s⟩t mihi rumpere questus. 3, 309 conferre genas *eqs.* 7, 208 -s tunc mihi manes dilexisse viri. *al.* Sil. 6, 449 natis -s duc concedere noctem, *Regule.* 14, 169. Stat. Theb. 3, 234 cui dedimus, tibi -s . . . incendere bello caelicolas. *al.* Mart. 7, 8, 9 -s audire iocos . . . , Caesar, et tibi. 12, 6, 11 nunc licet et -s est. Qvint. inst. 3, 8, 13 in iudiciis . . . vulgo -s habetur indulgere aliquid studio suo. 3, 8, 41 hoc -s putas? 5, 14, 17 et a ratione incipere -s est. *al.* Ivv. 1, 58 cum -s esse putet curam sperare cohortis, qui *eqs.* Tac. dial. 36. hist. 1, 44 inimici . . . caede laetari ius -sque credebat. 3, 33 aliud cuique *militum* -s nec quicquam illicitum. Plin. epist. 1, 7, 2. 2, 5, 5 descriptiones locorum . . . prope poetice prosequi -s est. *al.* Svet. Vesp. 9, 2 remaledici *senatoribus* civile -sque esse. Vlp. dig. 24, 1, 32, 2 -s esse eum . . . qui donavit, paenitere. Paneg. 2 (10), 13, 1 -s est . . . , ut *eqs.* 6 (7), 9, 5 sed tamen utcumque -s fuerit eum principem, quem anni cogerent . . . receptui canere. 9 (12), 9, 6 illos pugnare -s est, quibus *eqs.* Avr. Vict. Caes. 24, 10 -s putant . . . rapere *eqs.* 41, 12 quo excruciato, ut -s erat, servili more. Avson. 210, 3 *inf.* 322, 57 te praeeunte, nepos, . . . iterum -s

[Vetter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est didicisse Maronem. SYMM. epist. 3, 39 *convalui*; -s est, ut iam de me scribendi assiduitas exigatur. *al.* MART. CAP. 4, 327 inter templa deum -s est, Dialectica, fari. 4, 360 propriis aut similibus *verbis* et contrariis uti -s est. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 18, 5 -s fuit memet doctissimi atque amantissimi vel peritiae cedere vel credere amicitiae. DRAC. laud. dei 1, 495 illicitum -s ante putant. *nota ἔμφασιν* (*cf. p. 290, 34*): VERG. Aen. 1, 77 (*Aeolus ad Iunonem*) mihi iussa *tua* capessere -s est (*huc pertinere videtur* GLOSS. aequum est, iustum est, ascriptum [*vol. II p. 775, 20 sqq.*] est, *sed cf.* SERV. *ad l.* figura est litotes, ... non ait: 'licet mihi implere quae praecipis', sed 'nefas est non implere quae iusseris'. *cf. etiam* SERV. Aen. 1, 63). Aen. 8, 397 (*Vulcanus ad Venerem*) similis si cura fuisset (*sc. tibi*), tum quoque (*belli Troiani temporibus*) -s nobis Teucros armare fuisset (*cf. ea quae sequuntur et* SERV. *ad l.*).

c *καταχρηστικῶς de rebus levioribus consulto in maius auctis* (*cf. etiam p. 289, 38*): PLAVT. Cist. 20 hicine istud decet? :: iusque -sque est. CIC. Quinct. 94 si -s est respirare P. Quinctium contra nutum ... Naevi (*syn.* licet. *cf.* Cael. 27 si licet [scilicet *Bake*], si -s est *eqs.* Vatin. 4 non putas -s esse). OV. ars 3, 151 nec mihi tot positus *comarum* numero comprendere -s est. VAL. FL. 5, 670 -s aliquae ('*neutr. pl.*' *Leo*) nequeat sit (*Leo*, sic *codd.*) femina (*verba Martis irati*). SIL. 11, 546 iam -s Dardanio me non servire colono? MART. 1 praef. tam ... tristis ..., ut apud illum in nulla pagina latine loqui -s sit. 4, 71, 2 tamquam -s non sit, tamquam sit turpe negare. *al.* QVINT. inst. 2, 13, 1 velut si aliter facere -s non sit. 4, 1, 50 *al.* 10, 4, 3 quasi nihil -s sit rectum esse *eqs.* (MACR. sat. 1, 11, 1).

f *i. q. facultas est per naturam rerum*: **a** *strictiore sensu*: OV. met. 9, 385 quoniam mihi (*arbori*) -s ad vos incumbere non est. FRONTO p. 237, 22 N. *delphinus Arionem* exponit, quantum delphino -s erat, in extimo litore. PS. QVINT. decl. 8, 18 an -s putatis, ut suam servent viscera nudata faciem? AVIEN. Arat. 369 subiectos capiti *Virginis* Geminos tibi cernere -s est. ENNOD. epist. 8, 21, 1 p. 214, 4 quia non est -s hominem non errare. **b** *latiore sensu, fere i. q. fieri potest*: OV. trist. 2, 213 -s ergo est aliqua caelestia pectora falli. 3, 12, 41 -s quoque ab ore freti ... huc aliquem ... vela dedisse. fast. 1, 329 -s (*RV*, pars *vulgo*) etiam ... nomina de ludis *antiquis* Graeca tulisse diem. BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 6 p. 190, 19 id quoque exemplo intellegi -s est. *neg. i. q. fieri non potest*: DRAC. Orest. 838. *nota*: CELS. 7, 2 neque tamen -s non est nihil cucurbitulam agere.

2 ***plane affirmative, ita ut postuletur aliquid, non permittatur***: **a** *i. q. oportet, decet* (*praeceptum religionis est l. 48*): TAC. ann. 1, 10 quamquam -s sit privata odia publicis utilitatibus remittere. COMM. apol. 435 nunc ergo -s est credere ei, quem libri designant, non idolis vanis. HIL. ad Const. 1, 6 *synodi sententias* pro sacerdotalis iudicii reverentia -s fuerat sacerdotali ... conscientia contineri. AVSON. 469, 4 *deo iubente* fidere tam -s est quam dubitare nefas. QVEROL. p. 40, 18 -s erat me (*servum*) facere quod *dominus* praecepit. VVLG. I Macc. 12, 11 meminisse fratrum *in precatione* (*syn.* decet; *δέον*). AVG. civ. 10, 23 p. 437 D. nobis ... ad certam regulam loqui -s est. CYPR. GALL. lev. 76 fluvio -s est perfundere membra. Ios. 281 *legem dei* pariter totum -s est cognoscere mundum. iud. 517 paribus *praeceptis* -s esse teneri. CASSIOD. inst. div. p. 1107[A] *priscorum dicta* posteris laudare -s est. CORIPP. Ioh. 3, 126 quem -s cognoscere dignos. **b** *i. q. necesse est* (*propter fatum aut propter naturam rerum*): OV. fast. 1, 532 hanc -s imperii frena tenere domum. PERS. 1, 61 vos ... quos vivere -s est occipiti caeco. IVV. 10, 257 *Laertes*, cui -s Ithacum lugere natantem. TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 4 quae *documenta* ut clariora ..., qua propria, distare a vicariis -s est.

locutiones ad AB: -s est dicere (audire) *sim.*: CIC. Mur. 80 cives ..., si eos hoc nomine appellari -s est (Phil. 13, 32 legem illam appellare -s non est. ad Brut. 1, 14 [9, 23], 2). dom. 94 cum mihi uni dicere -s fuisset (*cf.* off. 3, 34 neque enim ei -s erat *dicere*). Tusc. 5, 38 si hoc -s est dictu (Tim. 6 ne dictu quidem -s est [*ὃ μηδ' εἰπεῖν τινι θέμις*]. *cf.* TAC. dial. 26 quod vix auditu -s esse debeat). CIRIS 21 si -s est dicere (OV. Pont. 4, 8, 55. 4, 16, 45 PERS. 1, 8 AVR. Fronto p. 28, 8 N. CASSIOD. var. 1, 45, 11. CORIPP. Iust. 1, 100 *al. aliter* EPICED. Drusi 129). LIV. 23, 42, 4 si -s est dici (LACT. ira 7, 2 ab homine. AVG. bapt. 1, 1, 2 p. 146, 6). SEN. Herc. f. 266 -s sit loqui (VVLG. II Macc. 12, 14 loquentes quae -s non est [*ἃ μὴ θέμις*]). benef. 3, 38, 3 sibi ... neque enim -s est alteri dicere. PETRON. 132, 9 ne nominare quidem te, *mentula*, inter res serias -s est. STAT. silv. 2, 1, 82 -s mihi ... venia dixisse parentum (Ach. 1, 895). TAC. dial. 28 coram qua neque dicere -s erat, quod turpe dictu *eqs.* PS. HIL. libell 8 nec -s est aliud dicere (AVG. civ. 22, 15 p. 592). AVG. c. Iul. 4, 3, 16 ut dicat *homo*. ALC. AVIT. carm. 4, 31 casto -s non est dicere cantu. credere, existimare *sim.*: AETNA 173 si -s est credere (SIL. 3, 425 STAT. Theb. 2, 595 FLOR. epit. 3, 3, 19). OV. trist. 5, 13, 20 neque enim ... credere me -s est *eqs.* MANIL. 3, 553 nihil in totum sibi credere. 4, 896 an cuiquam ... credere -s est *eqs.* SEN. dial. 12, 1, 2 si -s putas credere. PLIN. nat. 18, 19 ut -s est credere. SVET. Tib. 44, 1 vix ut re-

ferri audirive, nedum credi -s sit (CASSIAN. conl. 17, 20, 10 CLAVD. MAM. anim. p. 58, 23). PS. HIL. libell. 2 haec -s est de deo credere AVG. civ. 12, 18 p. 540 nobis ... -s non est credere *eqs* (*al.* ALC. AVIT. carm. 4, 113). 22, 2 p. 555 ut credamus. COLVM. 1 praef 2 quod neque -s existimare (QVINT. inst. 10, 5, 7 existimari). QVINT. decl. 309 p. 216, 9 non est dubitare iam -s (AVG. civ. 13, 9 p. 581 *al. cf.* HIL. trin. 3, 21 ambigere). RVFIN. hist. 1, 2, 10 de aliquo angelorum ... ista sentire (*θέμις*). *fines liciti et illiciti indicantur* (*cf.* contra, adversus, ultra -s *sim. infra l. 82 sqq.*): plus quam -s est: ACC. trag. 157 SEN. Phaedr. 214. contra quam: CIC. Cluent. 12. quoad: CIC. leg. agr. 2, 19. qua: OV. met. 9, 510 SEN. dial. 7, 16, 1 *al.* in quantum: SEN. dial. 12, 17, 1. quo ... usque: STAT. Theb. 11, 122. quantum: FRONTO p. 237, 22 N. *al.*

de structuris notabilia: absolute inde a PLAVTO *passim. c. acc. c. inf. inde a* PLAVTO *passim* (*passiv. raro apud poetas*: OV. trist. 1, 2, 96 *p. 291, 1.* 2, 213 *p. 293, 35.* PHAEDR. 4, 11, 13 *p. 290, 8.* VAL. FL. 7, 419 sic [*sc. infectis rebus*] te sub teste remitti -s me [mihi *codd.*] ... tuum [*i. qui tuus sim*]? *per tautologiam inf. gerund.*: MART. CAP. 6, 722 *p. 288, 81*). *c. dat. et inf. inde ab* ENNIO *passim. c. inf. solo*: CIC. *uno loco* Phil. 13, 32 *p. 293, 63.* CAES. *quater; saepe* (*passiv.*: OV. met. 4, 428 *p. 292, 63* LIV. 23, 42, 4 *p. 293, 70* QVINT. inst. 10, 5, 7 *supra l. 5*). *supin.* dictu: CIC. Tusc. 5, 38 Tim. 6; auditu: TAC. dial. 26 *p. 293, 67. coni. solus*: VAL. FL. 5, 670 *p. 293, 20.* ut: QVINT. decl. 297 p. 173, 12 FLOR. epit. 3, 10, 9 *p. 292, 10 sqq.* PS. QVINT. decl. 5, 15. 8, 18 *al. enunt. relat. c. coni.* (*cf.* dignus): PLAVT. Trin. 290 *p. 288, 84.* -s decuit *et* -s debuit: INSCR. *p. 291, 25.*

syn. et iuxta posita: iusque -sque est: PLAVT. Cist. 20; si ius, si -s est: TER. Hec. 387; ius -sque est: LIV. INSCR. *v. p. 289, 84 sqq. al.*; -s iusque est: LIV. 7, 31, 3; ius -s meliusque *est*: ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3, 22; licet; potest: CIC. leg. agr. 2, 19; pium est: OV. met. 15, 867 *al.*; oportet: QVINT. decl. 328 p. 290, 23; civile est: SVET. Vesp. 9, 2; decet: PS. APVL. Ascl. 24 *al.*; permissum est: CORIPP. Ioh. 1, 35. *opp.*: nefas est, *passim.* illicitum est: DRAC. laud. dei 1, 495.

(*medium quasi inter I et II locum obtinent*: VERG. Aen. 5, 800 *infra l. 43*; OV. epist. 4, 134 *p. 291, 19.* -s datur *c. inf. infra l. 77 sq.*)

II -s *merum substantivum* (*usque ad* APVL. *proponuntur omnia exempla*): **1** *i. q. lex divina vel naturalis, ius, aequum*: ACC. trag. 585 ibi -s, ibi cunctam antiquam castitudinem. CIC. har. resp. 43 in qua (*praetura*) idem iste deos hominesque, pudorem, pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, -s, leges, iudicia violavit. VERG. Aen. 5, 800 (*Neptunus ad Venerem*) -s omne est ... meis te fidere regnis (SERV.: possibile est; *potius i. q.* '*certe licet*'). 9, 95 immortale carinae -s (ius SERV.) habeant? (AVSON. 153, 7 cernere quem solus ... -s habet Christus. AVELL. p. 376, 15 refutandi *al.*). CVLEX 287 non -s ... erat ... divae (*dat.*) exorabile mortis. LIV. 1, 9, 13 per -s ac fidem decepti (*cf.* 29, 24, 3 neu -s (*om. Σ*), fidem ... fallat). 33, 33, 7 *ut* ubique ius, -s, lex potentissima sint. DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 19 togis pullis amictos, quibus eorum ius -sque erit eo die ⟨eiu⟩s vestis habendae. SEN. contr. 1, 2, 8 piratas ..., quibus omne -s nefasque lusus est. SEN. Med. 900 -s omne cedat, abeat expulsus pudor (TAC. ann. 15, 54. *cf.* SEN. Thy. 47 fratris et -s et fides iusque omne pereat. STAT. Theb. 1, 154 periit ius -sque bonumque et vitae mortisque pudor). Oed. 1023 per omne nostri nominis -s ac nefas. Thy. 138 -s valuit nihil aut commune nefas. LVCAN. 8, 142 quaerere ..., -s quibus in terris, ubi sit scelus. 8, 484 ius et -s multos faciunt ... nocentes. 10, 408 ibi -s, ubi proxima merces. PERS. 2, 73 compositum ius -sque animo ... admoveam templis. 5, 98 publica lex ... naturaque continet hoc -s, ut *eqs.* PLIN. nat. 30, 10 in tantum fides istis (*sc. voluminibus magicis Democriti*) -sque omne deest, adeo ut *eqs.* SIL. 11, 15 -s superante metu. 14, 92 iam ... nullum ... -s notum ignotumque nefas. STAT. Theb. 1, 460 sunt et rabidis iura insita monstris -sque suum. 3, 351 nusquam pietas, non gentibus aequum -s aut cura Iovis. 7, 512 non sic ... -s omne penates effugit (*cf.* AMM. 14, 7, 21 e iudiciis -s omne discessit). QVINT. inst. 3, 8, 26 -s, iustum, pium, aequum ... subici possunt honestati. PLIN. epist. 9, 13, 3 non ita me iura privata ut publicum -s et indignitas facti ... incitabat. TAC. hist. 2, 56 in omne -s nefasque avidi aut venales. 4, 58 -s armorum (CORIPP. Ioh. 8, 116 si -s civilibus armis iusque datum est ensum) et ius hostium. ann. 2, 10 patriae. FRONTO p. 156, 12 N. ut manducandi ius -sque est, ita dentibus subiciat. APVL. apol. 25 callere leges caerimoniarum, -s sacrorum, ius religionum. 86 praeferendum ... -s commune propriae ultioni. CARM. de Sod. 51 si -s iuvenale habet vastare pudorem. PANEG. 12 (2), 31, 3 tecum -s, secum nefas *eqs.* AVIEN. Arat. 262 haud ... umquam ... procurrere ... -s datur (CORIPP. Anast. 15 si -s componere [*cf. p. 292, 43 sqq.*] magnis parva datur). AVSON. 339, 9 quibus in scelus omne ruit -s. AMM. 14, 1, 5 id velut -s iusque perpensum ... urgebatur impleri. PRVD. psych. 71 numquid ... ullum -s tibi iam superest?

locutiones: **a** *aliquid facere* contra -s *sim.*: *α* contra: GLOSS. contra -s contra ius divinum; contra ius; contra licentia⟨m⟩ CIC. Verr. 6, 34 cum paludatus exisset votaque ... nuncu-

[Vetter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

passet, noctu stupri causa ... in urbem introferri solitus est ... contra -s, contra auspicia, contra omnes ... religiones. dom. 35. 139. har. resp. 34 (*ex har. resp.*). SALL. Catil. 15, 1 ius -sque. LIV. 32, 21, 23 ius omne et -s. 42, 21, 3 ius ac -s (actam *V*). CVRT. 6, 4, 9 SCRIB. LARG. 199. PETRON. 108, 3 -s legemque. QVINT. inst. 3, 8, 20. TAC. ann. 1, 19 contra morem obsequii, contra -s disciplinae. SVET. Claud. 39, 2. FLOR. epit. 2, 20, 7 -s deum moresque maiorum. 3, 14, 5 contra -s collegii, ius potestatis. MARCIAN. dig. 48, 18, 5 cognatam violavit contra -s. APVL. met. 8, 28 sanctae religionis. 10, 11 GALLICAN. Avid. 4, 9. LACT. inst. 3, 17, 15 contra -s omne. *al.* HIER. epist. 21, 35, 1 sanctitatis. VVLG. II Macc. 7, 1 edere ... carnes porcinas (*ἀπὸ τῶν ἀθεμίτων κρεῶν*). RVFIN. hist. 1, 7, 16. 17 AVELL. p. 1, 18 *al.* ENNOD. opusc. 2, 10 p. 290, 16 -s suum. **β** adversus (*aliter infra l. 65*): MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 adversus omne -s ac nefas (*nota* -s, nefas *mala affectatione ita coniuncta ad exemplum locutionum quae sunt* per -s et nefas, -s et nefas miscere *sim.*). PACIAN. epist. 3, 6 adversum -s sacerdotii. **γ** ultra: HOR. carm. 3, 29, 32 *deus* ridet ..., si mortalis ultra -s trepidat. SEN. epist. 95, 23 voluptatium ... ultra modum -sque concupitarum. **δ** secundum: LIV. 8, 39, 13 secundum ius -sque. 30, 31, 5. **ε** praeter: CARM. poet. min. V 50, 16, 3 si quis *grammaticus* felix praeter fatum extitit et -s. IVST. 39, 3, 8 commune bellantium (*cf. p. 294, 70*). COD. Theod. 9, 32, 1 (*a. 409*) *syn.* mos. **ζ** supra: GLOSS. supra -s *ὑπὲρ τὸ δέον*. **b** -s *violare sim.*: CIC. har. resp. 43 -s ... violavit. *v. p. 294, 40.* Att. 1, 16, 6 ius ac -s omne delere. VERG. Aen. 3, 55 -s omne (et cognationis et iuris hospitii SERV.) abrumpit (SIL. 2, 293 armis foedus -sque omne abrumpitur armis). GRATT. 451 quisquis misero -s umquam in supplice fregit. SEN. Thy. 179 post...-s ... omne ruptum (OCTAVIA 164. SIL. 17, 69 -sque fidemque ... ruperat. STAT. Theb. 9, 4 -s odii. TAC. ann. 1, 42 hostium ius et sacra legationis et -s gentium). SEN. benef. 7, 20, 1 corrumpendo -s omne. TAC. hist. 3, 5 ne ... ius -sque exuerent. LACT. inst. 5, 6, 10 divinum -s reliquerunt. IVST. 8, 3, 13 ne quod ius vel -s inviolatum praetermitterent. AVR. VICT. Caes. 5, 13 cum omne ius -sque parricidio trivisset. PRVD. apoth. 908 transgressa dei positum -s ... calcat (ham. 709 transit propositum -s. SIDON. epist. 2, 13, 2 supergressi ius -sque commune). **c** -s *sinit, prohibet sim.*: VERG. georg. 1, 269 festis quaedam exercere diebus -s et iura sinunt (Aen. 2, 779 nec te ... asportare Creusam -s aut *Iuppiter* ... sinit [SERV. auct.: -s pro fato]. AVSON. Mos. 80. CLAVD. MAM. anim. p. 183, 10 quoad [*cf. p. 294, 11*] homini posse -s sivit). Aen. 6, 438 -s obstat (SERV. iura naturae). OV. trist. 2, 205 prohibet. LVCAN. 5, 288 nec -s nec vincula iuris hoc audere vetant. MACR. sat. 1, 7, 8 -s et iura permittunt. **d** -s et nefas *miscere sim.*: VERG. georg. 1, 505 -s versum atque nefas (HOR. epod. 5, 87 venena maga non [*Haupt*, magnum *trad.*] -s nefasque, non valent convertere humanam vicem). OV. ars 1, 739 mixtum -s omne nefasque (MANIL. 2, 601 SEN. dial. 4, 9, 2. SIL. 11, 185 non ita ... Decio permixtum -sque nefasque, ... ut *eqs.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 24). met. 6, 585 -sque nefasque confusura ruit (RVFIN. hist. 2, 20, 3 ius -sque [*παντὸς δικαίου*]. PETR. CHRYS serm. 126 p. 547[C] *al.*). AMM. 21, 16, 8 -s eodem loco ducens et nefas. PRVD. cath. 3, 134 -sque nefasque simul glomerans. *cf. discernere*: HOR. carm. 1, 18, 10 cum -s atque nefas exiguo fine libidinum discernunt avidi. **e** per -s et nefas (*huc pertinere videtur*: DON. Ter. Andr. 214 proverbiale hoc est qualia sunt -s nefas *eqs.*): LIV. 6, 14, 10 ut per omne -s ac nefas secuturi vindicem ... viderentur. LVCAN. 5, 313 per omne -sque nefasque rues? PANEG. 11 (3), 21, 1 pecuniam per -s et nefas quaerere (*cf.* PAVL. NOL. carm. app. 2, 22 auri cupido ... pectus incitat per -s nefasque cogere). SIDON. epist. 1, 11, 5 per -s nefasque crescere affectans. **f** -s *respicere, contemnere sim.*: LIV. 27, 17, 13 ubi ius ac -s crederent coli. TAC. hist. 4, 67 -sque et foedera respicere. ann. 13, 15 neque -s neque fidem pensi haberent. AMM. 30, 4, 18 nec iam -s ullum prae oculis habent. *al.* PAVL. NOL. epist. 23, 40 p. 196, 7 si ... -s hospitale servasses. *adde*: TAC. hist. 3, 51 tantam adversus -s nefasque irreverentiam fuisse, ut *eqs.*

2 -s *velut deus in precibus invocatur* (*cf.* PAVL. FEST. p. 367 Themin ... id esse ... quod et -s. AVSON. 343, 1 prima deûm -s, quae Themis est Grais): LIV. 1, 32, 6 audite fines ..., audiat -s. 8, 5, 8 audite, Ius -sque. SEN. Herc. f. 658 -s omne mundi ... precor. LVCAN. 10, 410 pro -s! VAL. FL. 1, 796 ultricesque deae -sque *eqs.*

epitheta ad II: adiect. et pron.: omne: CIC. *saepe*. immortale: VERG. Aen. 9, 95. nullum -s notum: SIL. 14, 92. suum *et* aequum: STAT. Theb. 1, 460. 3, 351. publicum: PLIN. epist. 9, 13, 3. commune: APVL. IVST. SIDON. divinum: LACT. inst. 5, 6, 10. perpensum: AMM. 14, 1, 5. positum *et* propositum: PRVD. apoth. 908 ham. 709. hospitale: PAVL. NOL. epist. 23, 40 p. 196, 7. iuvenale: CARM. de Sod. 51. *c. genet.*: DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 19 *v. p. 294, 51.* CVLEX 287 *p. 294, 47.* SEN. Herc. f. 658 *supra l. 70 et al. in trag.* STAT. Theb. 9, 4 *supra l. 30.* TAC. hist. 4, 58 *p. 294, 70 al.* FLOR. epit. 2, 20, 7 *supra l. 7 al.* FRONTO p. 156, 12 N. *p. 294, 72.* APVL. apol. 25 *p. 294, 73 al.* IVST. 39, 3, 8 *supra l. 22. al.*

syn. et iuxta posita ad II: castitudo: ACC. trag. 585. auspicia *et* religiones: CIC. Verr. 6, 34. ius: CIC. *al.; plur.*: VERG. georg. 1, 269 STAT. Theb. 1, 460 *al.*; vincula iuris: LVCAN. 5, 288. fides: LIV. *al.* lex: LIV. 33, 33, 7 PETRON. 108, 3. pudor: SEN. Med. 900 STAT. Theb. 1, 154. modus: SEN. epist. 95, 23. bonum: STAT. Theb. 1, 154. pietas, cura Iovis: STAT. Theb. 3, 351. foedus: SIL. 2, 293; *plur.*: TAC. hist. 4, 67. iustum, pium, aequum: QVINT. inst. 3, 8, 26. mos: TAC ann. 1, 19 COD. Theod. 9, 32, 1; *plur.*: FLOR. epit. 2, 20, 7. fatum: CARM. poet. min. V 50, 16, 3. *opp.*: nefas: HOR. *saepe; nota* MANCIA or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 *p. 295, 14.* scelus: LVCAN. 8, 142 *al.*

deriv.: fastus; *comp.*: nefas. *Vetter.*

fascālis, -is *m. a* fascis. CORP. VI 33718 Maximo -i Aug(usti) n(ostri) Victoria. '*officium -is Aug. n. videtur fuisse idem quod anteu dicebatur lictoris*'. *Hülsen. compos.* quinquefascalis, sexfascalis.

fascea *v.* fascia. **fasceātim** *v.* fasciatim.

GLOSS. V 599, 45 **fascennina** clausibilis vallatio circa castra *cf.* IV 237, 1. V 500, 2 (fasceamina *De-Vit, Warren.* fascinas *Scaliger. de* fescenninis [*Verg. Aen. 7, 695*] *vix cogitandum erit. Götz*).

fasceola *v.* fasciola.

fascia (-ea), -ae *f.* (*an* **fāscia**?) [*cf. esse videtur c. gr. (macedon.?) βάσκιοι· δεσμοὶ φρυγάνων, βασκευταί· φασκίδες, ἀγκάλαι (Hesych.), hibern.* basc '*collare*' *et c.* fascis, *etsi fortasse* a *productam indicant voces ex Italia translatae helvet.* fäsch, *holland.* vaesche; *v. Kluge, Grundriß der german. Philologie I² 338. Th.*]. *cf.* ISID. orig. 19, 33, 6 *infra l. 83. de prosodia*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 15, 19 in -a sine causa adiecistis apicem, quia -a dicitur, quod volvendo fit [-a] (*cf. Keil ad l.*). *de formis: variant scripturae plerumque in codd., sed ita ut* -ia *melioribus codd. saepius quam* -ea *exhibeatur.* -ia *in titulis et papyris*: CORP. XII 6032[a] PAPYR. Genav. 1 I A 7 *al. item graece scriptum*: EDICT. imp. Diocl. 28, 38 *sqq.* PAPYR. Wessely, Wien. Studien 24 (1892) 150. *cf. etiam l. 37 sqq.* -ea (*in codd. vel omnibus vel melioribus*): VARRO frg. Non. p. 108 CIC. div. 2, 134 VAL. MAX. 4, 6, 2 COLVM. 6, 30, 6 PLIN. nat. 8, 221. 15, 66 GELL. 16, 3, 4 CAPITOL. Alb. 5, 9 LAMPR. Alex. 40, 11 NON. p. 451 SCHOL. Iuv. 6, 263 PELAGON. 43 PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 13, 2 HIER. epist. 64, 3, 2 MARCELL. med. 23, 18. 28, 71 MART. CAP. 5, 566. 6, 602. 607. 608 GREG. TVR. Franc. 8, 17. *de notione generaliter*: GLOSS. *φασκία ἥ τις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καλεῖται ταινία. ταινία ἡ καλουμένη φασκία.* ligatura, linia. *φασκία. καὶ τῶν φασκιῶν* et -iis. *cf.* ARNOB. nat. 2, 23 mitra strophium -a pulvinus mucinium *eqs.* (NOT. Tir. p. 98, 25 *sqq.*). POLLVX Onom. 2, 166 *περιξώστραν ... τὴν ζώνην, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι φασκίαν.* HESYCH. *s. τελαμών· λῶρος καὶ ὁ ἀνοφορεὺς τοῦ ξίφους καὶ τῆς ἀσπίδος ἢ δεσμὸς ἢ φασκία. depravatum, ut videtur, in* fascem: *vol. III p. 37, 5.* [*val.* fașă, *it.* fascia, *francog.* faisse, *hisp.* haza. *M.-L.*]

I ***proprie,*** [b] *ligamentum, quo involvitur, obvolvitur, circumdatur aliquid*:

A *linea, lanea sim.*: **1** *ad corporis humani partes varias involvendas*: **a** *infantium*: PLAVT. Truc. 905 puero ...-iis (falciis *codd.*) opus est. SORAN. p. 21 *praeparanda sunt propter partum* oleum, calida (*sc. aqua*), ... lanae, -ae .... p. 30 quomodo infantem fasciamus? superpositum eum femoribus suis lanea -a munda et lata *eqs. cf.* CAPITOL. Alb. 5, 9 *p. 297, 16. proverbialiter*: PETRON. 46, 1 non es nostrae -ae *i. originis, ordinis (aliter Heraeus ap. Friedländer, Cena² p. 269 quem conferas).* **b** *cruralis vel pedulis virorum: cf.* QVINT. inst. 11, 3, 144 *-iis* crura vestiuntur. VLP. dig. 34, 2, 25, 4 -ae crurales pedulesque et impilia vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. alia causa est udonum, quia usum calciamentorum praestant. VARRO frg. Non. p. 108 mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine -eis calciamenta. CIC. or. frg. A XIII 24 cum vincirentur pedes -iis. Att. 2, 3, 1 caligae eius (*Epicratis i. fortasse Pompei*) et -ae cretatae non placebant. VAL. MAX. 6, 2, 7 *Pompeio* candida -a crus alligatum habenti. PHAEDR. 5, 7, 36 princeps ligato crure nivea -a ... superbiens. IVV. 6, 263 quanta poplitibus sedeat quam denso -a libro. APVL. met. 7, 28 exsolvit suam sibi -am pedesque meos singillatim illigans ... constringit artissime. PLIN. med. 1, 1 pollinem siliginis ... oportet fronti illini et super -a pedalis alligetur. ORIBAS. syn. 5, 31 iter agentibus oportet in aestate -a mollem. *praecipue de venatoribus et militibus*: GRATT. 338 tegat imas -a suras. PETRON. 40, 5 ad scindendum aprum ... accessit ... barbatus ingens -iis cruralibus alligatus. PLIN. nat. 8, 221 Carboni imperatori apud Clusium -eis, quibus in calciatu utebatur *arrosis a muribus.* SIDON. carm. 2, 400 -a primos sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis mittit in adversum ... pollex *deae Romae bellicosae.* PAPYR. Genav. 1 I A 7. 18. 28. I B 6. 17. 27 caligas -as dr. XII (*pertinet ad stipendium militum*). *item* -ae *crurales vel pedules intellegendae, ut videtur*: CIC. or. frg. A XIII 22 purpureas -as habere non possumus. LAMPR. Alex. 40, 17 -eis semper usus est; bracas albas habuit. EDICT. imp Diocl. 28, 37 *φασκίν⟨ι⟩α* (*φασκίας E*). *φόρ(μης) ⟨α´⟩ ... ἐξ ... λίνου denar. tot.* 38 *φόρ(μης) β φασκία* (*φασκίας E*) *α´ denar. tot.* 39 *φόρ(μης) γ φασκία* (*om. E*) *α´ denar. tot. item* 40—45 (*cf. Blümner ad l.*). **c** *pectoralis feminarum ad sustinendas vel cohibendas papillas, mamillare*: NON. p. 538 strofium est -a brevis, quae virginalem horrorem cohibet papillarum. ISID. orig. 19, 33, 6 -a est, qua tegitur pectus et papillae comprimuntur atque

Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crispante cingulo angustius pectus artatur. et dicta -a, quod in modum fasciculi corpus alligat. GLOSS. III 370, 8 στηθόδεσμος (369,62 -ae pectoralis στηθόδεσμοι. *cf. infra l. 20*). *cf.* ETYMOL. magn. 749,42 τὸ στηθοδέσμιον . . . οἱ πολλοὶ . . . φασκίαν λέγουσι. PROP. 4, 9, 49 mollis . . . hirsutum cepit mihi -a pectus. OV. ars 3, 274 angustum circa -a pectus eat. 3, 622 *scriptas tabellas* tegat in tepido -a lata sinu. rem. 338 vitium *papillarum* -a nulla tegat. CORP. IV 1393 XII k(alendas) Maias tun(icam) pal(lium), nonis Mais (-am) *sc. lavandas dedi vel accepi*. PLIN. nat. 27, 77 -a mulieris alligato capite dolores minui. MART. 11, 104, 7 *ad uxorem*: -a te tunicaeque obscuraque pallia celant. 14, 134 -a pectoralis: -a crescentes dominae compesce papillas. SVLPICIA schol. Vall. Iuv. 6,537 me Cadurcis †restitutis (dissolutis *Bücheler*, destitutam *Pithoeus*) -iis nudam Caleno concubantem (concumbentem *cod.*). *cf. vol. III p. 37, 5*. TAC. ann. 15, 57 *mulier* vinclo -ae, quam pectori detraxerat . . . indidit cervicem. TERT. nat. 2, 14 adicite . . . titulis Herculaneis . . . -as Omphales. CAPITOL. Alb. 5, 9 purpurea matris illigatus est -a *Albinus*. VVLG. Is. 3, 24 pro -a pectorali cilicium *erit filiabus Sion* (*cf.* HIER. in Is. *ad l.* -a pectus tegit et eum possidet locum in feminis, quem rationale in pontificibus). Ier. 2, 32 numquid obliviscitur . . . sponsa -ae pectoralis suae (*cf.* LXX στηθοδεσμίδα)? HIER. epist. 22, 6, 4 *ad virginem castam*: non solvatur -a pectoralis. SORAN. p. 17 pectoralibus -iis didas (*i. mammas*) constringere. *nota c. gen. epexeg.*: CORP. II 2060 Postumia . . . poni statuam sibi testamento iussit, item ornamenta . . . fasc(iam) cylindrorum LXIII, marg(aritarum) C. *dubium an huc pertineat*: CATO orig. 113 mulieres opertae auro purpuraque; . . . coronas aureas, rusceas -as (facile *cod.*), galbeos lineos . . . . **d** *ad curationem morborum, vulnerum, molestiarum*: CIC. Brut. 217 *Octavius* devinctus erat -iis et multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. VAL. MAX. 4, 6, 2 *Plautius* scissis -eis ac vulnere divulso . . . spiritum . . . hausit. CELS. 3, 21 p. 109 *malagma impositum* -a . . . astringere (*i. alicui rei aliquid cf.* SVET. Galba 21 excreverat . . . in dexteriore latere eius caro praependebatque adeo, ut aegre -a substringeretur. PELAGON. 168 *mallonem* supra tumorem impones aut -a constringes. *sed aliqua re aliquid* SORAN. p. 17 ventrem *mulierum gravidarum* . . . -iis . . . constrictum). 5, 26, 14 ante mortem . . . plerique -as . . . lacerant. *ibid.* -*iis* caput deligatum est (7, 5, 4 membra. 8, 9, 1 *costam* a media -a. 8, 10, 1 capita articulorum. 8, 10, 7 *vulnera*. 8, 15 p. 356 umerus). *cf.* CELS. 6, 6, 1 priora *medicamenta* -a deliganda sunt (COLVM. 6, 30, 6 stercus ipsius iumenti fluentibus venis admotum -iis obligetur. PELAGON. 43. SCRIB. LARG. 131 *medicamentum* -a quam longissima alligatur. MARCELL. med. 23, 5. 6. 17. 18). CELS. 5, 26, 24 -a . . . ad vulnus deligandum lintea aptissima est; eaque lata esse debet, ut semel iniecta non vulnus tantum, sed paulum utrimque etiam oras eius comprehendat (8, 10, 1. 8, 15 p. 356. 8, 23 p. 361). si ab altera parte caro magis recessit, ab ea melius attrahitur *eqs. fusius*. 5, 26, 27 -ae astringendae sunt (8, 9, 1. 8, 10, 1). 6, 18, 8. 7, 20 p. 300. 8, 5 p. 338. 8, 7 p. 340. 8, 8, 1. 8, 9, 1. 8, 10, 1 -iis sex opus est *eqs.* (8, 10, 2 SCRIB. LARG. 214). *ibid. membrum* sex -iis involvendum (8, 12 p. 354 digiti. 8, 15 p. 356 spatha. *cf.* SVET. Dom. 17, 1 bracchio . . . obvoluto; *cf.* CELS. 8, 15 p. 356 -a . . . sub ala obvoluta). *al. passim*. **e** *ad varios usus*: SEN. epist. 80, 10 si vis illum *Scythiae Sarmatiaeve regem insigni capitis decorum* aestimare . . . -am solve. CVRT. 3, 3, 19 *regium capitis insigne* caerulea -a albo distincta circumibat. IVV. 9, 14 *nitorem in cute* Bruttia praestabat calidi tibi -a visci. GELL. 16, 3, 4 Scythas . . . ut famem longius tolerent, -eis ventrem strictissime circumligare (*cf.* GLOSS. -a ventralis κοιλιόδεσμος). IVVENC. 4, 396 gracilis conectit -a corpus Lazari (*cf.* PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 13, 2 exire Lazarum -eis colligatum). IVST. 38, 1, 9 cum *Ariarathes* ferrum occultatum inter -as gereret. SERV. Aen. 4, 137 limbus est . . . -a, quae ambit extremitatem vestium. SCHOL. Hor. epod. 8, 18 *virile membrum* -a solet tegi. SIDON. carm. 2, 254 ne per malas excrescat fistula duplex obtundit . . . circumdata -a nares *gentis Hyperboreae*.

2 *aliarum rerum*: CIC. div. 2, 134 ovum pendere ex -a lecti (MART. 5, 62, 6 nulla tegit fractos . . . culcità lectos, putris et abrupta -a reste iacet. 14, 159 oppressae nimium vicina est -a plumae? vellera Leuconicis accipe rasa sagis. *cf.* GLOSS. III 321, 6 -a lecti χειρία *et vol. III p. 37, 5*). PETRON. 64, 6 *puer* catellam . . . prasina involvebat -a. SVET. Iul. 79, 1 cum . . . quidam . . . statuae *Caesaris* coronam lauream candida -a praeligata imposuisset et tribuni plebis . . . coronae -am detrahi . . . iussissent. AVG. quaest. hept. 2, 3 dicimus . . . et sic aliquid superponi, non quemadmodum tectum domus, sed quemadmodum tectorium parietis tamquam super lineam -am. MART. CAP. 5, 566 umbilicum *libri* multa opertum -a. GREG. TVR. Franc. 8, 17 *tentorium* ab imo ex amplioribus incoeptum -eis angustatis in altum in uno cuculli capite saepe colligitur. *nota c. gen. epexeg.*: SVET. Cal. 17, 2 viris, feminis ac pueris -as (ς, fasces Ω) purpurae ac conchylii distribuit.

B *iuncea, viminea*: PLIN. nat. 15, 66 Liguria maritima . . . uvas sole siccatas iunci -eis involvit. 17, 112 *insitum* protexisse . . . mollibus bifidorum viminum -iis (*Iocundus*, fasces *libri*).

II *in metaphoris*: -ae *in variis rebus corporeis*: **1** *in arboribus*: VARRO Men. 182 Libyssa citrus -iis (Non. p. 451, *ubi* -am pro cortice Varro; fasces Non. p. 86) cingit forem (Non. p. 451; fores Non. p. 86); *cf.* PALLAD. 3, 17, 2 *plantam* inter corticem et lignum . . . deponimus, ne corticis -a dissipetur. **2** *in caelo: de zodiaco*: MANIL. 1, 682 bis sex latescit -a partes. *de zonis omnibus quinque*: MART. CAP. 6, 602 orbis terrae in quinque zonas sive melius -as dico pro rerum diversitate discernitur. 6, 607 qui in media -a sunt, his cotidie ortus occasusque mutantur. 6, 608. *de nube tempestatem parturiente*: IVV. 14, 294 nil color hic caeli, nil -a nigra minatur (*cum contemptu quodam dictum*). **3** *in epistylio*: VITR. 3, 5, 10 reliqua pars *epistylii* praeter cymatium dividenda est in partes XII et earum trium ima -a est facienda, secunda IV, summa V. 3, 5, 11 supra zophorum denticulus est faciendus tam altus quam epistylii media -a (*corr. Iocundus*, fastigia *codd.*). *ibid. iterum*. **4** *in muro*: MARCELL. chron. II p. 100, 518, 30 murisque firmissimis -a tenus consummatis. **5** *in agro* (*mensura agri, ut videtur, cf. Heraeus loco p. 296, 53 allato*): CORP. XII 6032[a] fines -ae fundi Pacatiani.

III ***translate:*** *in malam partem de peccatis*: ITALA prov. 5, 22 (Hil. in psalm. 2, 9) -iis peccatorum suorum constrictus est peccator (σειραῖς, VVLG. funibus. *cf.* HIER. epist. 64, 3, 2). [HIER. epist. 38, 2, 2 *Blesilla* divitiarum -iis colligata (*al. codd* fascibus).] *in bonam partem*: CASSIOD. in psalm. 146, 3 caelestis medicus paenitentium corda gravi afflictione contrita quasi quadam -a pietatis suae superducta constringit.

epitheta: **1** *ad materiam pertinentia: ad I A 1 a*: SORAN. p. 30 lanea. *ad I A 1 b*: CIC. or. frg. A XIII 22 purpureas. *ad I A 1 c*: CAPITOL. Alb. 5, 9 purpurea. *ad I A 1 d*: CELS. 5, 26, 24 lintea (8, 10, 1). ARNOB. nat. 5, 23 laneis. AVG. quaest. hept. 2, 3 p. 206 lineam. **2** *ad colorem pertinentia: ad I A 1 b*: CIC. Att. 2, 3, 1 cretatae. VAL. MAX. 6, 2, 7 candida. PHAEDR. 5, 7, 36 nivea. *ad I A 1 e*: CVRT. 3, 3, 19 caerulea . . . albo distincta. *ad I A 2*: PETRON. 64, 6 prasina.

syn. et coniuncta crebriora similes res significantia: ad I A 1 b: VARRO frg. Non. p. 108 tunica (PHAEDR. 5, 7, 36). *ibid.* toga. *ibid.* calciamenta (PHAEDR. 5, 7, 37 calceis). CIC. Att. 2, 3, 1 caligae (PAPYR. Genav. 1 I A 7. 18. 28. I B 6. 17. 27). *cf.* VLP. dig. 34, 2, 25, 4 *p. 296, 55*. *ad I A 1 c*: CORP. IV 1393 tunicam (MART. 11, 104, 7). *ibid.* pallium (MART. 11, 104, 7). II 2060 septentrionem cylindrorum . . . lineam cylindrorum . . . lineam arg(enteam) marg(aritarum). *ad I A 1 d*: CELS. 7, 5, 4 habenis (8, 7 p. 340. 8, 15 p. 356). 8, 12 p. 354 linteolis (ARNOB. nat. 5, 23). SVET. Dom. 17, 1 lanis.

deriv.: fasciamentum, fasciarium, fasciatim, fasciare. *deminut.*: fasciola.

fasciāmentum, -ī *n.* (fā-*? v.* fascia). *a* fasciare, fascia, *fere eadem notione, quam supra sub I A 1 b tractavimus*: PASS. Petr. 6 ceciderunt illi *Petro* -a ex crure demolita a compede.

fasciārium, -ī *n.* (fā-*? v.* fascia). *a* fascia, *fort. fere idem*. ANTH. 209, 11 (*iocose*) est tibi . . . -ii pondus longi pars summa telonis.

fasciātim (fā-*? v.* fascia). [*a* fascia. *Th.*]. QVINT. inst. 1, 4, 21 adiciebant *grammatici* . . . et tractionem, ut -m. CHAR. gramm. I 185, 27 a femininis . . . nominibus a littera terminatis nascuntur adverbia im litteris finita, ut fascia -m. *ibid.* -m quoque nonnulli non a fascia putant tractum, sed a fasce, si quidem -m [tractum] non per fascias, sed per fasces.

fasciculāre (-ia) *n.* *a* fasciculus. VEG. mil. 2, 19 -ia . . . , id est lignum foenum aquam stramen, etiam legitimi milites in castra portabunt.

fasciculus, -ī *m.* [*a* fascis *deminutive. Th.*]. *cf.* NOT. Tir. 38, 52/53. *neutrius generis* GLOSS. II 268, 37. 378, 36. 427, 12 PELAGON. 354 *cod. Vind.*

I ***proprie,*** *res funiculo vel linea in unum colligata*:

A *de virgulis, lignis, herbis, floribus, foliis, seminibus, al.*; GLOSS. -um δέσμη ξύλων ἢ ῥάβδων. -a ξύλων δέσμη. ῥάβδων δέσμη. *cf. infra l. 77*. **1** *latiore sensu*: **a** *absolute*: CATO agr. 101 si ramulos ficulneos voles *servare* cum foliis, inter se alligato, -os facito (COLVM. 12, 32). CIC. Tusc. 3, 43 -um ad naris *afflicti maerore* admovebis? COLVM. 2, 10, 13 *de faba excudenda*: modicus -orum numerus resolutus in extrema parte areae colligetur (*sic codd., sc. in unum -um magnum*; collocetur *edd.*), quem . . . tres vel quattuor homines promoveant pedibus et . . . contundant. 2, 10, 14 eodem modo reliqui -i excutientur. PLIN. nat. 12, 45 alligatur (*fort. scrib.* re- *vel* colligatur) *nardum Gallicum* -is in charta. 17, 174 harundo conexa -is. 19, 157 servanturque eius *ocimi folia* -is. FRONTIN. strat. 2, 1, 6 *milites pabulatum lignatumque qui processerant* cum -is . . . recurrentes. ITALA Matth. 13, 30 (Aug. c. Faust. 22, 72) colligite primum zizania et alligate -os ad comburendum (δέσμας. VVLG. *v. infra l. 82*. IREN. 5, 27, 1). CET. FAV. 21 camerae ex harundine graeca . . . sic contexantur, ut -i aequalis admodum grossitudinis et longitudinis ante ligentur. VVLG. lev. 23, 11 cum . . . messueritis . . . segetem, feretis manipulos spicarum . . . ad sacerdotem, qui elevabit -um coram domino. Matth. 13, 30 alligate ea *zizania* in -os. *metaphorice*: FVLG. Virg. cont. p. 84, 20 esto . . . contentus, mi domine, leviore -o, quem tibi Hesperidum florulentis decerpsimus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de* ***cibis,*** *potionibus*: **1** *praevalet notio taedii* (*saepe de cibi recusatione adversam valetudinem indicante, cf.* Cael. Avr. acut. exc. pr. p. 485 anorexia: -um. Gloss. nausiam. *nota pluralem varias -ii causas sim. significantem l. 16. 31. 32. 41. 49. accedit genetivus obiecti l. 12 sqq. 21. 23. 26. 33. 37. 40. 47. 50*): Cic. inv. 1, 25 ut cibi satietas et -um aut subamara aliqua re relevatur aut dulci mitigatur (Cels. 2, 7 cibi -um est. 2, 8 desierunt aegros urgere cibi -um et potionis desiderium [*cf. l. 23*]. 8, 4 increscit. *saepe*. Colvm. 6, 6, 1 cruditatis signa sunt ... -a cibi. 6, 8, 1 -a ciborum. 6, 34, 1 -o ciborum languescit pecus). Hor. sat. 2, 4, 78 magna movet stomacho -a, *si* puer unctis tractavit calicem manibus *eqs.* (Ov. Pont. 1, 10, 7 positae ... movent -a mensae. Mart. 13, 17 ne tibi pallentes moveant -a caules). 2, 6, 86 cupiens varia -a cena vincere (*muris urbani*) tangentis male singula dente superbo. Ov. Ib. 427 nec dapis humanae tibi sint -a. Cels. 1 pr. *aegros* propter -um abstinuisse *cibis*. 2, 3 *opp.* cupiditas cibi. 3, 6 ubi -o urgetur (*cf. l. 15*). 6, 6, 17 eorum, quae pituitam crassiorem reddunt. Sen. epist. 89, 22 nullis animalibus nisi ex -o pax est. Colvm. 2, 9, 19 *panis* sine -o potest assumi. 7, 3, 20 nisi pecudum -o pastor occurrerit. 8, 5, 23 *caprificus* fici -um creat. 8, 10, 5 *plur.* (*cf. l. 16*). Petron. 141, 6 *syn.* stomachi recusatio. Plin. nat. 3, 28 carne ita condita, ut citra -um sumi possit. 8, 52 aegritudinem -ii tantum sentit *leo*. 8, 101 *quaedam aves* lauri folio annuum -um purgant. 19, 127 *opp.* cibi appetentia. 21, 157 dant *thymum* . . . in -o tritum cum sale. 22, 155 *opp.* aviditas cibi. 23, 8 contra -a (23, 54 *remedium* -a discutit. 26, 41 *cumina* abstergent -a. *plur. saepius*). 24, 3 praedulcium -um sal temperat. 29, 38 si -o non pascantur *pecora*. 32, 43 -um cruditasque (*et alias iunguntur*). Stat. Theb. 1, 175 mixta famem -a vincunt. Qvint. inst. 1, 12, 5 stomachus . . . pluribus *cibis* minore -o alitur. Ivv. 14, 184 gratae post munus aristae contingunt homini veteris -a quercus (Schol. quia ante ... glandem homines comedebant). Min. Fel. 25, 12 quorum (*sc. pullorum*) cibo vel -o res publica summa regeretur. Porph. Hor. epist. 1, 10, 10 fugitivus sacerdotis . . . -o longo libaminum panem tantum desiderat. Arnob. nat. 7, 25 ad expellenda -a (*syn.* aversiones stomachorum). Pelagon. 408. Veg. mulom. 4, 2, 8 *syn.* nausea. Chiron 18 *al.* Avg. civ. 22, 24 quid saporum diversitas contra -um ...? Misc. Tir. p. 49, 14 ad (*i. adversus*) -um. Rvt. Nam. 2, 5 saepe cibis affert serus -a finis. Cael. Avr. chron. 3, 2, 13 *syn.* horror ciborum. Cass. Fel. 42 p. 96 stomachi. Evstath. Bas. hex. 8, 8 p. 956^{B} ne ultra modum ingesta satietas vespertinae vobis epulationis -um iniciat. Ennod. opusc. 1, 34 p. 271, 2. Anthim. 44 trucanti ... apti sunt pro -o. Oribas. syn. 2 add. p. 842 si -iis (fastirius *trad.*, -dius *ed.*) molestetur. Greg. M. moral. 10, 41 si -o corpus atteritur. *nota genet. gerundii*: Plin. nat. 14, 99 *acini uva* -um gignit uvas appetendi. Gell. 16, 5, 7 cum edendi -o (*opp.* intentio). **2** *spectat magis ad delicatam ciborum electionem* (Gloss. ciinis [*i.* ciisnis *AS.*, *a* cies '*fastidiosus in cibis*']. *cf. I B*): Fav. or. frg. Gell. 15, 8, 2 is nunc flos cenae habetur apud eos, quibus sumptus et -um pro facetiis procedunt. Varro ling. 5, 146 Forum Cuppedinis a -o (*cf. Goetz-Schoell et vol. IV p. 1436, 37*), quod multi Forum Cupidinis a cupiditate. rust. 3, 9, 18 *gallinae Africanae* novissimae in triclinium ... introierunt ... propter -um hominum. Hor. sat. 2, 2, 14 cum labor extuderit -a, ... sperne cibum vilem. Sen. nat. 3, 18, 2 tantum illis inesse -um, ut nollent attingere nisi eodem die captum *piscem*. epist. 17, 4 parvo fames constat, magno -um. 110, 12 sine -o implendus est *venter*. Tert ieiun. 15 qui ex -o, non qui ex officio abstinerent. Arnob. nat. 2, 42 saporum. Pomer. 1, 4, 2 saturitas sine -o. *de sapore remedii quo dentes colluantur*: Plin. nat. 32, 80. *per imaginem*: Cic. Brut. 236 *Piso* hominum ineptias ac stultitias, quae devorandae nobis sunt, ... iracundius ... respuebat sive morose ..., sive ingenuo liberoque -o. Qvint. inst. 2, 4, 29 necesse ..., cum eadem iudiciis pluribus dicunt, ... -um moveant velut frigidi et repositi cibi. Paneg. 12 (2), 26, 5 nullas *bonorum nostrorum* reliquias ... vel sero victa -o ... vorago (*sc avaritiae cum Charybdi comparatae*) revomebat. Pass. Thom. p. 149, 13 animae ... incipiunt petere escam verba dei, quae antequam sanae essent -um patiebantur.

C *plur. de* ***graviditate:*** Verg. ecl. 4, 61 matri longa decem tulerunt (abstulerint *v. l.*) -a menses (*ad ipsam temporis longitudinem spectat, cf. I A 2. apud imitatores indignae vel foedae vel odiosae cuiusdam rei notio subrepsisse videtur, cf. I A 1*). Hier. adv. Iovin. 1, 41 *Atalantem* non tumentes uteros feminarum -aque conceptuum amasse. Prvd. cath. 11, 54 sentisne, virgo nobilis, matura per -a (*i. maturam graviditatem*) pudoris intactum decus honore partus crescere. *spectat ad infantem Christum*: Hier. epist. 21, 2, 5 ut filius dei hominis filius nasceretur, decem mensum -a sustineret (22, 39, 2 ut nascatur, expectat, -a sustinet). *vix conferendum* Plin. nat. 7, 41 -um in cibis *inter indicia hominis incohati*.

D *de* ***amore:*** Plavt. Mil. 1034 facito (*i. simulato*) -i plenum,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quasi non lubeat. VERG. ecl. 2, 15 tristes Amaryllidis iras atque superba pati -a. HOR epod. 12, 13 mea cum saevis agitat (*i. increpat*) -a verbis: 'Inachia langues minus ac me' (PORPH. *ad l.* quod -o cum ea concumbam. *nota antecedere* quam malus undique membris crescit odor, *unde notionem sub II A descriptam latere suspiceris*). TIB. 1, 8, 69 oderunt . . . -a divi (*syn.* 75 fastūs). SEN. dial. 2, 18, 2 *C. Caesar cuidam* qualis in concubitu esset uxor eius obiecit . . .; marito princeps et adulterium suum *narravit* et -um. PS QVINT. decl. 14, 3 vanitatem -o despectuque captavit *meretrix* (*cf.* VVLG. Ezech. 16, 31 quasi meretrix -o augens pretium. *LXX et hebr. aliter*). TAC. ann 11, 26 Messalina facilitate adulteriorum in -um versa. 11, 36 paribus lasciviis ad cupidinem et -a. APVL. met. 2, 5 minus morigeros *iuvenes* . . . -o in saxa et in pecua reformat *maga*. 10, 7 indignatus -o novercae iuvenis. PORPH. Hor. carm. 2, 12, 25 'cum flagrantia detorquet ad oscula cervicem' magnifice depinxit -um mulieris *eqs. al.* NEMES. ecl. 4, 50 qui tulerit Meroes -a lenta superbae. AVSON. 404, 33 tuique amantem . . . alto neglegis -o. MART. CAP. 7, 725 talia . . . spectat -a (fastigia *v. l.*) virgo, nec te curatori . . . ambit . . .? 9, 914 ne . . . Hymen . . . nostrum invehat (*i. increpet*) -um. *cum genetivo obiecti*: OV. epist. 15, 99 mihi cunctarum subeunt -a, postquam *eqs.* CVRT. 8, 3, 6 penitus haerens amor (*sc. erga uxorem*) -o praesentium (*sc. paelicum*) accensus est. PORPH. Hor. epod. 12, 8/9 cum ex -o tui penis languit. SORAN. p. 2, 13 (47) menstrua abundantia cum -o viri. *de bestiarum venere*: VARRO rust. 2, 7, 8 si -um saliendi est.

E *de senectute* (*v. etiam sub D*): MART. 2, 41, 3 postquam triste caput -a vispillonum et miseri meruit taedia carnificis. IVV. 4, 202 ut captatori moveat -a *senex*. TAC. hist. 1, 7 ipsa aetas Galbae irrisui ac -o erat assuetis iuventae Neronis. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 7 quorum imbecillitas aut aetas -o victoribus fuit. ENNOD. opusc. 3, 37 p. 88, 38 cuius corporea soliditas et virtus animae imbecillitatem meam (*loquitur senex*) portavit sine -o. *metonymice*: APVL. met. 4, 7 tu . . . vitae dedecus primum et Orci -um solum (*increpatur anus*).

F *de spectandis, audiendis, legendis, discendis* (*adde structuras c. infinitivo sub I p. 315, 31 sqq. allatas*): **1** *i. q. satietas nimia, recusatio* (*accedit genet. obiecti l. 39. 40. 64. 67. p. 318, 16; cf. p. 318, 27*): **a** *de iis quae parum varietatis habent pro longitudine, de iteratione similium*: CIC. de orat. 3, 193 *pedum* vicissitudines efficient, ut neque ei satientur qui audient, -o similitudinis (QVINT. inst. 9, 3, 3 cotidiani ac semper eodem modo formati sermonis). PLIN. nat. 3, 28 Bracarum XXIIII civitates . . ., ex quibus . . . *sex* citra -um nominentur. QVINT. inst. 5, 14, 30 si *eloquentia* . . . et ex copia satietatem et ex similitudine -um tulerit (*syn.* contemptus, odium. *cf.* AQVILA rhet. 19). 9, 1, 21 ad levandum varietate -um (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 41 p. 247, 33 propter -a varia . . . uti oratione debemus). PORPH. Hor. epist. 1, 20, 8 'in breve te cogi, cum plenus languet amator' . . . nec totum nec per ordinem recitari -o post cenam. ARNOB. nat. 3, 42 brevitatis et -ii causa satis haec est dixisse. FIRM. math. 6, 40, 3 in -o auribus constitutis et ista respuentibus dicta. HIL. op. hist. frg. 1, 7 ne . . . tot epistolis, tot synodis . . . frequenter iniectis pernicioso ante finem -o expleatur (*sc. volumen, an supplendum: lector?*). AMM. 21, 1, 14. VEG. mil. 3 pr. ne . . . -um nasceretur ex plurimis. HIER. epist. 33, 2 vix medium descripsi indicem et legentibus -um est. in Ezech. 7, 23 p. 270. AVG. in psalm. 91, 1 propter -um animorum eadem diverse varieque tractantur. 104, 26 ad elocutionis varietatem medentem -o. SVLP. SEV. dial. 1, 23, 8 PAVL. MED. vita Ambr. 19. MACR. sat. 5, 15, 14 in catalogo suo curavit Vergilius vitare -um. somn. 2, 12, 8. MART. CAP. 3, 263 ne minutiora nectendo -um superae beatitatis (*i. superorum*) incurram. *al.* VAL. CEM. hom. 1, 6 ne otiosis auribus -um pareret longa narratio. BOETH. herm. comm. sec. 6, 13 p. 453, 13 *al.* ENNOD. epist. 1, 22, 3 p. 34, 15 *al.* VEN. FORT. virt. Hil. 13, 37. 38 (*v. p. 313, 76*). *nota*: AVSON. 419, 27 ut haec *Domitianum* pagina (*sc. qua septemdecim consulatus continebantur*) fastorum suorum, immo -orum, fecerit insolentem ('*taedii quod afferebat legentibus fastos idem consul annorum omnium titulis praefixus*' *Souchay*). *nota genet. gerund.*: PS. AVG quaest. test. I 95, 5 legendi. *personae*: MART. CAP. 7, 802 claudere . . . orsa, ne superum nostri capiant -a coetus. **b** *de studiis nimis exiguis, vilibus, pervulgatis*: SEN. contr. 10 praef. 1 *scholasticorum studia* leviter tacta delectant, contrectata et propius admota -o sunt. PLIN. nat. praef. 14 alia . . . ita multis prodita, ut in -um sint adducta. 10, 79 multa . . . omitto . . . -o parcens. 11, 4 ne legentes, quoniam ex his (*sc. quae ad insecta pertinent*) spernunt multa, etiam relata -o damnent (*cf.* 29, 28). SVET. gramm. 4 quae . . . omitti iam video desidia quorundam et infantia; non enim -o putem. TREB. trig. tyr. 31, 5 *tyrannos* in unum volumen idcirco contuli, ne de singulis, si singula quaeque narrarem, nascerentur indigna -a et ea, quae ferre lector non posset. FIRM. math. 1, 4, 13 prima litterarum signa cum quadam -ii aspernatione cognoscimus. 2, 4, 6 *v. p 319, 51*. ZACCH. 1 praef. cum in contemptu *contradictionis gentilium* -um inutile . . . sit. MART. CAP. 9, 891 si -o respuuntur (*sc. Medicina et Architectura*). **c** *de eis quae quovis vitio cernentem, audientem, legentem offendunt*: CIC. epist. 2, 16, 2 nosti enim non modo stomachi mei . . ., sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate -um (*cf.* SEN. dial. 5, 35, 4 *l. 6*). LIV. 38, 50, 12 aurium -um aberat, quia . . . non in gloriam referebantur *res gestae* (TAC. dial. 19 novis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator -um aurium effugiat. *cf.* QVINT. inst. 11, 1, 15 sui . . . iactatio . . . affert audientibus non -um modo, sed plerumque etiam odium). SEN. dial. 5, 35, 4 *oculi* non minus -o laborant . . .: macula offenduntur et sordibus *eqs.* SVET. Aug. 86, 2 cacozelos et antiquarios . . . pari -o sprevit. ENNOD. epist. 5, 3, 1 p. 155, 1 ne potioris dignatio ad paenitentiam redeat de abiuratione -ii (*i. ne paeniteat me, quod respiciens dignitatem tuam -um [sc. paginae rusticantis] vitandum censuerim*). CAES. AREL. suggest. p. 306 quod rusticissima suggestio mea eruditis auribus possit asperitatem ingerere vel -um generare.

d *de lingua vernacula*: CIC. opt. gen. 18 quid . . . est eorum in orationibus e Graeco conversis -um, nullum quom sit in versibus? (fin. 1, 10 *quidam abhorrent* a Latinis . . . *miror*, unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum -um). *cf.* SEN. epist. 58, 1 quae (*sc. res*) cum habuissent (*sc. nomina*), -o nostro perdidissent. quis autem ferret in egestate -um?

2 *de iudicio delicato* (*nota genet. obi. l. 27*): CIC. de orat. 1, 258 non tam ea quae recta essent probari quam quae prava -is adhaerescere. opt. gen. 12 sin . . . intellegentiam ponunt in audiendi -o. fin. 1, 5 rudem . . . esse omnino in nostris poetis aut inertissimae segnitiae est aut -ii delicatissimi (*cf. II F 1 d*). PS. HOR. sat. 1, 10, 7 ut esset opem qui ferre poetis antiquis posset contra -a nostra. epist. 2, 1, 215 spectatoris -a ferre superbi. SEN. epist. 58, 6 orationis etiam ad nostrum -um nitidae. QVINT. inst. 8, 3, 23 cum haec exercitatio . . . laboret incredibili verborum -o (*i. delicata electione*) ac sibi magnam partem sermonis absciderit. MART. 1, 3, 3 (*appellatur liber*) nescis dominae -a Romae: . . . nimium Martia turba sapit. PLIN. epist. 2, 5, 4 quotiens . . . ad -um legentium deliciasque respicio. 7, 12, 3 beneficio -i tui ipse laudabor. ARNOB. nat. 3, 15 hocine est illud -um vestrum, sapientia haec arrogans, qua despuitis nos ut rudes?

iuncturae: **1** *nominativus*: capit: MART. CAP. 7, 802. contingit: IVV. 14, 184 *cf. p. 314, 53*. est: OV. lb. 427 *v. p. 316, 21*. CELS. 2, 7 cibi -um est. COLVM. 6, 8, 1 si solum -um est. CASSIOD. in psalm. 118, 125 *v. p. 314, 52*. *c. inf. v. p. 315, 34*. fit: CHIRON 155. incidit: PLIN. nat. 32, 43. increscit: CELS. 8, 4. inest: SEN. nat. 3, 18, 2. nascitur: TREB. trig. tyr. 31, 5 AVIEN. carm. ad Flav. 20 VEG. mil. 3 pr. obstat: PLIN. nat. 32, 80. subit: OV. epist. 15, 99 *cf. p. 317, 21*. SEN. epist. 24, 26 IVV. 14, 201. venit: OV. ars 2, 323 *v. p. 314, 21*. CHIRON 132.

2 *genetivus*: SYMM. epist. 1, 95, 1 quod nullas sumpsi litteras tuas . . . scio non fuisse -ii tui. *pendet ab adiect.*: -i plenus *i. fastidiens*: PLAVT. Mil. 1034 AMM. 18, 6, 7. *ab adverbio*: PLIN. nat. 28, 164 admiscent *urinae* nardum -ii gratia.

3 *dativus*: esse *v. p. 315, 17*. mederi: PLIN. nat. 32, 64 *ostrea*. AVG. in psalm. 104, 26 ad elocutionis varietatem medentem -o. occurrere: COLVM. 7, 3, 20. parcere: PLIN. nat. 10, 79 *v. p. 317, 72*. prodesse PLIN. nat. 29, 79 allium. providere: HIER. in Ezech. 7, 23 p. 270. satisfacere: BOETH. herm. comm. sec. 4, 10 p. 251, 7.

4 *accusativus*: **a** *de eo qui fastidit*: agitare: IVST. 8, 4, 10. assumere: ARNOB. nat. 5, 25 *v. p. 315, 10*. debere: ENNOD. epist. 8, 5, 4 p. 204, 6 ne forte animus vester in occupationes publicas debeat de anagnostici prolixitate -um (*syn.* rancor). ferre (*alio sensu sub c*): VAL. FL. 4, 496 ferens -a visu. habere (*alio sensu sub b*): VOPISC. Car. 16, 8. *cf.* CASSIOD. in psalm. 43, 9 satietas quae nunquam novit habere -um. incurrere: MART. CAP. 3, 263. pati: (*cf. b*) CHIRON 244. sentire: PLIN. nat. 29, 100. sustinere: PELAGON. 408 HIER. epist. 21, 1, 5 *v. p. 316, 82*. 22, 39, 2. POMER. 1, 4, 1 ut nullum -um ex ipsa affluentium bonorum perceptione sustineant.

b *de eo qui fastiditur*: ferre: CIC. Phil. 10, 18 HOR. epist. 2, 1, 215 NEMES. ecl. 4, 50 (*sim.*: SEN. epist. 58, 1 *supra l. 18*). habere: SEN. dial. 2, 6, 8 habent ista (*sc. moenia sim.*) hostile -um (vestigium *A in marg.*) *i. hostibus -o sunt. cf. 4 c*. pati: VERG. ecl. 2, 15. mereri: MART. 2, 41, 3 *cf. p. 317, 27*. **c** *de causis vel auctoribus -ii*: afferre: CIC. Mur. 21. COLVM 5, 6, 3 -um bobus afferes. 6, 8, 1 solent . . . -a ciborum afferre vitiosa incrementa linguae. QVINT. inst. 11, 1, 15 SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 5 *v. p. 314, 64*. PAVL. MED. vita Ambr. 19. *nota*: RVT. NAM. 2, 5 saepe cibis affert serus -a finis. creare: COLVM. 8, 5, 23 PLIN. nat. 22, 109. facere: LIV. 3, 1, 7 SEN. epist. 94, 60 *v. p. 315, 5*. MACR. sat. 5, 22, 15. *accedit* de: SYMM. epist. 1, 82 haec . . . officia nullum faciunt de assiduitate -um. ferre: VERG. ecl. 4, 61 *p. 316, 77*. AMM. 21, 1, 14 extra calcem sermo decurrens lecturo. generare: DAMAS. Hier. epist. 35, 2, 1. gignere: PLIN. nat. 14, 99. habere: CIC. Tusc. 4, 23 *v. p. 314, 10* (*aliter sub b*). inicere: EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 956^{B}. movere: HOR. sat. 2, 4, 78 OV. Pont. 1, 10, 7 MART. 13, 17 IVV. 10, 202. parere: PLIN. nat. 12, 81. ARNOB. nat. 4, 17 ne . . . prolixitas -um audientiae pariat. 7, 44 AQVILA rhet. 19 SVLP. SEV. Mart. 1, 8. praestare: EPIST. Theoderici Cassiod. var. 2, 2, 1. suscitare: MART. CAP. 6, 705. **d** *de tollendo, levando, vitando -o* (*in enumeratione coniungo eiusdem stirpis composita*): abigere: PLIN. nat. 12, 81. 23, 161. abstergere: PLIN. nat 20, 34 siser . . . stomachum excitat, -um absterget. *saepius*. detergere: COLVM. 8, 10, 5. auferre: PLIN. nat. 19, 127.

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

23, 10. decutere: PORPH. Hor. sat. 2, 2, 44. discutere: PLIN. nat. 23, 54 VEG. mulom. 4, 2, 8. excutere: SEN. epist. 119, 15 ARNOB. nat. 2, 42. deponere: CLAVD. 10, 31 ENNOD. epist. 4, 23. detrahere: PLIN. nat. 12, 155. effugere: SEN. dial. 9, 3, 6 TAC. dial. 19. expellere: ARNOB. nat. 7, 25. extundere: HOR. sat. 2, 2, 14. levare: QVINT. inst. 9, 1, 21. 9, 3, 3. allevare: HYMN. Ambros. 1, 1, 4. relevare: CIC. inv. 1, 25 COLVM. 10, 180. sublevare: ENNOD. opusc. 1, 34. mitigare: CIC. inv. 1, 25. perrumpere: HOR. epist. 1, 10, 25. purgare: PLIN. nat. 8, 101 *v. p. 315, 29.* solvere: AVIEN. carm. ad Flav. 23 suco . . . -a solvens. temperare: PLIN. nat. 24, 3. tollere: MAR. VICTORIN. defin. 17, 23. vincere: HOR. sat. 2, 6, 86 PLIN. nat. 25, 91. vitare: MACR. sat. 5, 15, 14.

5 *ablativus*: compleri: ZACCH. 1, 3. expleri: HIL. op. hist. frg. 1, 7 *cf. p. 317, 51.* efferri: CIC. Lael. 54. laborare: SEN. contr. 2, 1, 13 SEN. dial. 5, 35, 4 *oculi.* epist. 9, 22 QVINT. inst. 8, 3, 23. 12, 9, 7. urgeri: CELS. 2, 3. 3, 6.

6 *praepositiones*: ad: HOR. epod. 4, 12 *v. p. 314, 20* SEN. contr. 1, 2, 3 *v. p. 315, 42.* SEN. epist. 58, 6 *v. p. 318, 26.* citra: PLIN. nat. 3, 28. 32, 118. ex: SEN. epist. 89, 22 *v. p. 316, 24.* TERT. adv. Marc. 2, 4 *v. p. 314, 62.* PORPH. Hor. epod. 12, 8/9 *v. p. 317, 23.* in *c. accus.*: SEN. benef. 1, 12, 4 gregalia quoque poma et post paucos dies itura in -um delectant, si provenere maturius. epist. 78, 26 rerum naturam peragranti nunquam in -um veritas veniet (SCHOL. Hor. epist. 1, 10, 10 cui liba in -um venerant. AVG. gen. ad litt. imperf. 9 p. 481, 10 ut textus sermonis in -um non veniret). PLIN. nat. praef. 14 *adduci.* TAC. ann. 11, 26 *verti* (*v. p. 317, 12*). in *c. ablat.*: esse: PLIN. nat. 12, 91 *v. p. 316, 6.* TAC. dial. 18 vitio malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in -o esse (*i. fastidiri*). *aliter, si recte traditur*: TERT. patient. 10 p. 15, 23 absolute . . . praecipitur malum malo non rependendum. quomodo id observabimus, si fastidientes (*excidit aliquid velut* quidem provocationis) in -o ultionis non erimus? (*i. ulcisci non fastidiemus*). constituere: FIRM. math. 6, 40, 3 in -o auribus constitutis. facere: ITALA deut. 17, 12 (Lugd.) homo qui fecerit in -o, ut non obaudiat sacerdoti (*ποιήσῃ ἐν ὑπερηφανίᾳ*, VVLG. superbierit). pro: OPTAT. 7, 5 p. 178, 2 regnum dei pro -o habuerunt.

structurae c. genetivo exempla notabiliora (genet. obiecti v. sub I A p. 314, 42. 67. 78, sub II A p. 316, 4, II B 1 v. p. 316, 12, II B 2 p. 316, 63, II D p. 317, 20, II F 1 v. p. 317, 35, II F 2 p. 318, 27): *genet. nominum quae corporis partes designant*: aurium: LIV. 38, 50, 12 TAC. dial. 19 *v. p. 318, 2.* stomachi (*cf.* CASS. FEL. 42 p. 96) — oculorum: CIC. epist. 2, 16, 2 *v. p. 317, 84.* *genet. causam -ii indicat*: COLVM. 10, 180 *lactuca* relevat longi -a morbi (*aliter p. 314, 21*). SVET. Tib. 10, 1 assiduitatis. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 44 cruditatis. AVG. civ. 10, 8 p. 414 volatilibus castra (*sc. Iudaeorum in deserto*) completa et cupiditatis ardorem -o satietatis extinctum. *genet. gerundii definitive*: CIC. opt. gen. 12 audiendi *v. p. 318, 21.* *genet. temporis*: PETRON. 141, 6 si promiseris *stomacho* pro unius horae -o multorum bonorum pensationem. HIER. epist. 21, 2, 5 decem mensum *v p. 316, 82.* *nota*: FIRM. math. 2, 4, 6 Graeci . . . in primis vestigiis constituti istum tractatum cum quodam dissimulationis -o reliquerunt (*i. dissimulantes -um?*).

accedunt praepositiones: circa: PLIN. paneg. 20, 3 nullum circa hospitia -um. de: SYMM. epist. 1, 82 *c. p. 318, 72.* in: CIC. epist. 2, 16, 2 *v. p. 317, 84.* PLIN. nat. 7, 41 *v. p. 316, 83.*

adiectivorum conspectus: accedunt singulari: altum: AVSON. 404, 33. ingenuum ac liberum: CIC. Brut. 236. insolens: CIC. fin. 1, 10. longum: PORPH. Hor. epist 1, 10, 16 (*plur. l. 61*). perniciosum: HIL. op. hist. frg. 1, 7. venale: SEN dial. 2, 15, 5. *accedunt plurali*: docta: PRVD. psych. 529. lenta: NEMES. ecl. 4, 50. longa: VERG. ecl. 4, 61 (*sing. l. 58*). mala: HOR. epist. 1, 10, 25. rancida: ENNOD. epist. 3, 11, 3. 4, 23. superba: VERG. ecl. 2, 15. tristia: COLVM. 10, 180.

synonyma: offensio (CIC. Tusc. 4, 23), satietas (CIC. Mur. 21 *et passim, opponitur* CASSIOD. in psalm. 43, 9 *p. 318, 56*), fatigatio (AVG.), taedium (VAL. MAX., taedia MART.), odium (QVINT. inst.), rancor (ENNOD.). *ad I A 4, I C, II D*: arrogantia (CIC. Phil. 11, 38. *cf. l. 70*), insolentia (CIC. de orat. 2, 209), superbia (CIC. rep. 48), contumacia (CIC. Lael. 54), vultus superbus (CVRT.), despectus (PS. QVINT.), contemptus (TERT.), supercilium (ARNOB.), arrogantia, typhus, elatio (ARNOB.), sanna typhi (MART. CAP.). *ad I B, II F 2*: acerbitas (SVET.), deliciae (PLIN. epist.). *ad II B*: aversiones stomachorum (ARNOB.), nausea (VEG. mulom.), horror ciborum (CAEL. AVR.). *iungitur* cruditas *p. 316, 34.*

annominationes: facetiae FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2. fastus (-i) AVSON. 419, 27.

opp.: desiderium (LIV.). *ad II B 1*: cupiditas, fames, cibi appetentia, aviditas cibi.

deriv.: fastidire(?), fastidiosus. *Ammann*

fastīgātio, -ōnis *f. a* fastigare. *fere i. q.* ἔγκλισις, *declivitas cf.* fastigium *I C.* PLIN. nat. 17, 106 calami exactio medullam ne nudet, tamen (*fort.* tantum *scrib.*) tenui fistula detegat. -o levi descendat cuneo tribus non ampliore digitis. APVL. flor. 9 p. 35 fabricatum *Hippiam* . . . ampullam . . . recta -e cylaulae (cymulae *Helm*).

fastīgātus (*prius, ut videtur, formatum quam* fastigare) *vide p. 324, 68.*

fastīgio *v.* fastigo.

fastīgiōsum sublime elatum GLOSS. *ex lib. gloss.*

fastigium, -ii *n.* [*a* fastigare, -ari *ductum esse videtur. Th.*]. *scribitur* fastidium LIB. pontif. p. 52, 10. 53, 1, 10 *al. significat altas vel summas partes alicuius rei*: GLOSS. res alta vel summa pars aedificii. culmen altitudo sublimitas, culmen altitudo. culmen. summitas, nobilitas generis. ἄκρον. -a excelsae sedes. capita culmina summa montium. excelsa sedis aut pars summa par⟨ie⟩tis. *de scriptura variante inter* fastidium *et* -um *v. p. 313, 80 sqq.*

I ***proprie*** *de re corporea*:

A *summum culmen, summitas, sublimitas*: **1** *de operum vel aedificiorum variorum generibus*: PAVL. FEST. p. 88 -um aedificii summum. GLOSS. ὀροφή. ἀέτωμα. πέτασος. pinnaculum templi maiestate(?) pi⟨nn⟩aculum. **a** *de habitationibus, domiciliis*: *α indicatur genus aedificii, plerumque genetivo*: CIC. de orat. 3, 180 Capitoli -um illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est (VAL. MAX. 6, 9, 5 in Capitolino -o. TAC. hist. 3, 71 sustinentes -um aquilae *Capitolii.* ann. 12, 64 -o Capitolii examen apium insedit. GELL. 2, 10, 2 aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in aedem conscenderetur suggestusque pro -ii magnitudine altior fieret. PS. AVR. VICT. epit. 13, 10. *cf.* LIV. 35, 10, 12 clipea inaurata in -o Iovis aedis posuerunt. 35, 41, 10 in cella Iovis supra -um aediculae. VITR. 3, 2, 2 supraque *columnas aedis* -um symmetria . . . collocatum. 3, 2, 4 *amphiprostylos aedis Iovis et Fauni* habet . . . columnas et -um. 3, 3, 5 ornanturque . . . earum *aedium* -a Tuscanico more. 3, 5, 12. 13. 4, 3, 8. 4, 7, 5 *al.* PLIN. nat. 35, 154. 36, 13. SVET. Aug. 91, 2 TERT. spect. 8 ACT. Arv. a. 183 l 22 CORP. III 9768[?]. V 1829. 7614. X 531). CIC. de orat. 3, 180 utilitatem templi -i dignitas consecuta est (PROP. 2, 31, 11 OV. met. 15, 672 fast. 5, 559 LIV. 37, 3, 2. 40, 2, 3 OBSEQ. 1. 5 FEST. p. 274 PLIN. nat. 22, 44 *al.*). div. 1, 16 cum Summanus in -o Iovis optumi maxumi . . . e caelo ictus esset. ad Q. fr. 3, 1, 14 conclavia . . . esse multorum -orum. VERG. Aen. 1, 438 urbis (CLAVD. 5, 58. 24, 134). 2, 302 tecti (2, 444. 458 summi . . . culminis. 2, 758. 8, 366. VITR. 2, 1, 3. STAT. Theb. 10, 746 CARM. epigr. 909, 1). 8, 491 *domus* (SEN. epist. 122, 8 PLIN. nat. 36, 187 VAL. FL. 2, 235 SVET. Iul. 81, 3 Claud. 17, 3 FLOR. epit. 4, 2, 91 AMM. 17, 7, 6 HIL. in Matth. 25, 5 PAVL. PETRIC. Mart. 5, 230 CASSIOD. in psalm. 101, 8 IORD. Get. 42, 220). OV. met. 1, 373 *delubrorum* (PLIN. nat. 28, 16). 2, 3 *regiae Solis* (SEN. Phaedr. 384). VITR. 5, 6, 9 tragicae *scaenae* deformantur columnis et -is et signis reliquisque regalibus rebus. SEN. Tro. 1069 turris (AMM. 21, 12, 10). nat. 6, 9, 3 *civitatis* (IVST. 18, 4, 12). dial. 11, 9, 2 cenationum. epist. 89, 21 villarum. 90, 17 *cratis.* CVRT. 7, 3, 8 aedificiorum. PLIN. nat. 37, 14 *musaei ex margaritis.* STAT. silv. 1, 5, 42 effulgent camerae, vario -a vitro . . . nitent (EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 893[D]). SVET. Cal. 37, 1 basilicae. Nero 12, 1 prosceni. GELL. 13, 25 (24), 1 fori Traiani. AVSON. Mos. 312 conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aulae Dinochares, quadro cui in -a cono surgit . . . pyramis. MART. CAP. 1, 10 adytorum. HIST. Apoll. 3 portae (4).

β genere aedificii non accuratius indicato: CIC. Phil 2, 110 ut haberet *Caesar* pulvinar, simulacrum, -um (*sc. ut dei in templis*), flaminem (2, 111). off. 3, 33 (*in imagine*) operi incohato, prope tamen absoluto, tamquam -um imponimus (QVINT. inst. 1 pr. 4). VERG. Aen. 9, 406 *dona* suspendive tholo aut sacra ad -a fixi. OV. Ib. 365 *invenum* -a vultus, bracchia Pisaeae sustinuere fores. VITR. 4, 2, 2 antiqui fabri quodam in loco aedificantes . . . inter tigna struxerunt supraque coronas et -a . . . ornaverunt. 4, 2, 5 in -is ⟨mutulos aut⟩ denticulos fieri *eqs.* 7, 5, 2 ut *antiqui pictores* . . . aedificiorum figuras, columnarum et -orum eminentes proiecturas imitarentur in *parietibus.* 7, 5, 3. 4. 5. 6 qui . . . supra tegularum tecta potest habere . . . -orum explicationes? PLIN. nat. 36, 6 tantas moles in privatam domum trahi praeter fictilia deorum -a. VAL. FL. 3, 62 super foribus Bellona . . . adstitit . . . pulsans -a. STAT. silv. 1, 2, 152 innumeris -a nixa columnis. 1, 3, 10 Venus Idaliis unxit -a sucis. VOPISC. Tac. 17, 5 imago Apollinis . . . ex summo -o in lectulo posita. ARNOB. nat. 2, 12 ex altissimi culminis se rursum praecipitasse -o *Simonem* (*nisi est de monte intellegendum*). CARM. epigr. 295, 5 Romani proles excitat -a tectis. INSCR. christ. Rossi II p. 170, 26, 21 fundamenta erecta usque ad -a. *cf. in metaphora* MART. CAP. 5, 508 *eloquentiae* Cicero duo quasi fundamenta, duo dicit esse -a . . . -a vero sunt copiose ornateque dicere. **b** *de muris et partibus murorum*: VERG. Aen. 9, 565 taedas alii ad -a iactant. SEN. Tro. 652 *Astyanactem* celsa per -a missum. CVRT. 4, 6, 22 moenium (ARNOB. nat. 2, 17). 5, 1, 31 munimenti. 9, 4, 30 *muri* (VAL. FL. 2, 553 STAT. Theb. 11, 356 VEG. mil. 4, 30. *cf. Thes. gloss. s. v.* pinna). STAT. Theb. 10, 528. 535. 870. 921 Ogygiae . . . turris *moenibus impositae* (TAC. hist. 5, 11 conspicuo . . . -o turris. AVSON. 298, 13 *murorum species* sic turribus altis ardua ut aërias intrent -a nubes. AMM. 19, 5, 1). 12, 705. VVLG. II reg. 18, 24 *speculator* erat in -o portae super murum. *de molibus*: CVRT. 4, 2, 8 *undae* summi operis -o superfusae (LVCAN. 2, 684 molis. AMM. 19, 6, 6). CVRT. 5, 1, 28 crepidinis.

2 *de aliis rebus manu factis, instrumentis*: LVCR. 4, 429

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

porticus . . . cum tota videtur, paulatim trahit angusti -a coni. 5, 1265 mucronum. LYGD. 1, 11 chartae. LIV. 44, 9, 8 cum armati superstantes *testudini* subissent, propugnatoribus muri -o altitudinis aequabantur (VITR. 10, 13, 6). PLIN. nat 16, 200 trabs . . . e larice longa pedes CXX bipedali crassitudine aequalis, quo intellegebatur vix credibilis reliqua altitudo -um ad cacumen aestimantibus. 36, 69 -um *obelisci* addere auratum. STAT. Theb. 10, 600 lucis (SCHOL. *ad l.* summum culmen exortae flammae). APVL. met. 2, 4 pilae volubilis instabile -um. OPT. PORF. carm. 20^b, 7 (*de carmine in figuram organi composito*) ultima postremo donec -a tota ascensu iugi cumulato limite claudat *Clio*. FIRM. err. 24, 2 veli *templi*. HIL. in Matth. 22, 2 (*in imagine*) lapis . . . ab aedificantibus improbatus et in -um angularis erectus. VVLG. Hebr. 11, 21 adoravit -um virgae *Iacob* (*cf.* Ps. PRIMAS. in Hebr. p. 766^B per -um . . . id est summitatem virgae *sequente interpretatione allegorica*. PAVL. NOL. carm. 19, 633 geminae . . . in utraque virgae ut diducta pari -a fine supinant). PASS. Mar. Iac. 6 p. 53 ostensum est . . . mihi . . . tribunalis excelsi et candidi nimium sublime -um. *nota de altari*: LIB. pontif. p. 52, 10 *posuit Silvester* -dium argenteum battutilem (p. 53, 1. 10. 98, 9).

3 *de rebus naturae*: **a** *de montibus, collibus*: *α culmen, altitudo*: CAES. Gall. 7, 69, 4 colles . . . pari altitudinis -o oppidum cingebant. HIRT. Gall. 8, 14, 4 *planities iugi* declivi -o duobus ab lateribus muniebatur. 8, 41, 5 extruitur agger . . . quae superaret -um fontis. BELL. Alex. 72 tumulus . . . naturalis . . . excelsiore undique -o sustinet murum. LIV. 36, 24, 8 *rupes* -o altitudinis par (*an* pari? *cf. supra l. 21*), media valle velut abrupta ab arce erat. CVRT. 6, 6, 29 stipitibus cumulatis -um montis aequatum est (SIL. 5, 488 STAT. silv. 3, 1, 93 CLAVD. rapt. Pros. 3, 383. APVL. met. 7, 24 *coniecit Brant, sed codd. recte* vestigium). 8, 11, 6 petra non ut pleraeque modicis ac mollibus clivis in sublime -um crescit. APVL. Socr. 8 p. 139 ⟨decem⟩ stadia altitudo -ii *Olympi* non aequiperat. AVIEN. orb. terr. 952 erigitur celsa in -a . . . Sinope. 1025. 1084. 1148. ora 92 moles . . . celsa saxei -i. 227. 516. 639 scrupeo -o. 646 tanto -o in usque celsa nubium subducitur *Solis columna*. CYPR. GALL. gen. 749 collis. CORIPP. Iob. 3, 217 *cf.* ARNOB. nat. 2, 12 *p. 320, 67*. *β collis humilis*: CVRT. 4, 9, 10 si qua campi eminebant, iussit aequari totumque -um extendi. STAT. Theb. 6, 260 sinuataque caespite vivo mollia non subitis augent -a clivis *campum inclusum*. 7, 132 *Mars* sacrae circum -a vallis turbine praevectus. **b** *de mundo, caelo*: MANIL. 1, 534 haec sunt -a mundi (3, 216 *de septentrione*). 2, 510 *Capricornus* auribus . . . captat -a Cancri. 2, 881 quae *regio* fulgentis sequitur -a caeli proxima (3, 506. PLIN. nat. 2, 212 *mundo* a meridiano caeli -o vergente in occasum. STAT. Ach. 1, 619. *cf.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 64^B [*tropice*:] non aliud esse amoris vim nisi quae animam de terris ad -a caeli celsa perducat). 3, 625 Cancer ad aestivae fulget -a zonae. 4, 254 (*ad Capricornum*) retrahis ductas summa ad -a noctes. 5, 11 cum . . . summum contigerim sua per -a culmen. GERM. 478 *in Cancro* habet *Titan* . . . cursus -a summa. PLIN. nat. 2, 178 assurgens -um curvatur. APVL. Socr. 4 p. 127 cum . . . habitacula summa *deorum* ab infimis tanta intercapedo -ii dispescat. flor. 2 p. 8 hiemis (*i. Boreae, septentrionis, tempestatis, ut videtur*). mund. 33 in mundano -o, quem Graeci uranon vocant. MACR. somn. 1, 1, 8 immortalium animarum sedes . . . in ipso consummati operis -o locavit *Cicero*. CARM. epigr. 709, 13 (*ca. a. 542*) *Flavianus episcopus* corde lustrans abdita cuncta -a poli.

4 *de animantibus et eis, quae terra procreat*: **a** *de hominibus deis statuis partibusque corporis*: LVCR. 4, 827 -a posse surarum ac feminum pedibus fundata plicari. LACT. opif. 10, 4 superciliorum -a pilis brevibus adornata. 10, 23 digitorum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 34, 10 f litteram imum labium superis imprimentes dentibus reflexa ad palati -um lingua leni spiramine. AVSON. 290, 17 (*in imagine*) *Capua* comere . . . paribus (*sc. ac Roma*) potuit -a conis. AVG. vera relig. 38, 71 per -um huius corporis, id est per hos oculos. **b** *de partibus vel rebus animalium*: PLIN. nat. 10, 145 aquatilium *animalium ova* rotunda, reliqua fere -o cacuminata. 11, 124 *dammarum cornua* in leve -um exacuta. **c** *de arboribus, herbis, floribus*: PLIN. nat. 16, 141 meta (*i. quoddam genus cupressi*) in -um convoluta. SOL. 46, 4 quod folium *Mediae arboris* aculeatum spinulentis -is hispida turgescat. AVSON. 361, 27 *rosa* aperit primi -a celsa obelisci mucronem absolvens.

B ***ima altitudo*:** VERG. georg. 2, 288 forsitan et scrobibus quae sint -a quaeras (SERV. *ad l.* -um et summae et imae partis possumus dicere. auct. -a infimas altitudines dixit. *cf.* NON. p. 302. 463 SERV. Aen. 1, 58. 438. 2, 758 GLOSS. V 568, 52 COMMENT. Lucan. 4, 296 ADNOT. Lucan. 4, 296 GLOSS. V 199, 1).

C ***declivitas, ἔγκλισις*: 1** *agrorum, locorum, rerum terrenarum*: CAES. Gall. 7, 73, 5 scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur paulatim angustiore ad infimum -o. 7, 85, 4 iniquum loci ad declivitatem -um magnum habet momentum. civ. 1, 45, 5 declivis locus leni (*Pluygers*, tenui *codd.*) -o vergebat in longitudinem. 2, 24, 3 iugum . . . paulo leniore -o ab ea parte, quae ad Vticam vergit. VARRO rust. 1, 14, 2 *fossa* -um habet. LIV. 1, 38, 6 cloacis -o in Tiberim ductis. 25, 36, 7 omnia -o leni subvexa. 27, 18, 6 suberat . . . altera inferior summissa -o planities (CVRT. 6, 6, 23).

44, 5, 3 per proclive sumpto -o *inviorum*. VITR. 7, 1, 4 cum ea *pavimenta* extructa fuerint et -a sua extructiones habuerint. 7, 1, 6 pavimentum . . . struatur -um habens (8, 5, 1). 7, 1, 7. 8, 5, 3 si erit -um *chorobati* magnum facilior erit decursus aquae. 8, 6, 3 uti specus fodiantur sub terra librenturque ad -um. 8, 6, 6 habebunt *decursus et circumductiones et ventres fistularum* a capitibus ad moenia -ii libramenta. SEN. dial. 2, 1, 2 quae *oculis ex longinquo contuentibus* praecipitia ex intervallo apparebant, redit lene -um. MELA 1, 102 mollibusque -is *Pontus* donec angustos utrimque angulos faciat inflectitur. 3, 74 *Arabicus sinus* quodam -o minus ac minus latus et quo magis penetrat angustior. **2** *rerum corporearum*: CAES. civ. 2, 10, 3 *columellas* inter se capreolis molli -o coniungunt. 2, 11, 1 quidquid incidit -o musculi elabitur LIV. 9, 40, 2 summum *scutum* latius . . . -o aequali; ad imum cuneatior (*sc. forma*). 44, 9, 9 testudini iniecta *tela* imbris in modum lubrico -o innoxia ad imum labebantur. VITR. 5, 9, 7 tubuli . . . inclinati -o in cloacas. PLIN. nat. 16, 158 *calamus* leni -o tenuatur in cacumina.

D ***altitudo superficiei*** *aquae vel terrae*: SEN. nat 3, 28, 4 *aquae maris* aequo terris -o ascendunt (ascendet *codd.*). CVRT. 4, 2, 19 iamque a fundo maris in altitudinem modicam opus creverat, nondum tamen aquae -um aequabat. 6, 4, 19 *Hyrcaniae* -um . . . perpetua valle submittitur. 8, 2, 23 coeuntibus aquis ex superiore -o in vallem. 8, 9, 3 (*de India*) quae austrum accipiunt, in altius terrae -um excedunt. 8, 10, 31 agger aequaverat summae -um terrae. 9, 9, 19 inaequale terrae -um occupaverant undae. LVCAN. 4, 296 puteusque cavati montis ad irrigui premitur -a campi (*minus apte de ima altitudine sumunt* COMMENT. Lucan. ADNOT. Lucan. GLOSS. V 199, 1). *cf. de generibus agrorum*: VARRO rust. 1, 6, 2 e quibus tribus -is simplicibus (*sc. campestri collino montano*) . . . alia cultura aptior quam summis. 1, 6, 5. 6. 1, 20, 5.

II ***translate*** *de re incorporea*:

A ***summum culmen, summus status*: 1** *absolute*: **a** *de animantibus*: *α generatim*: NEP. Att. 10, 2 ut modo hi, modo illi in summo essent aut -o aut periculo. 14, 2 *ut* pari . . . -o steterit *Atticus* in utraque fortuna. LIV. 3, 35, 9 *deiectis honore* aliis eiusdem -ii civibus (TAC. ann. 2, 84). 27, 19, 6 cuius miraculo nominis (*sc. regii*) alii mortales stuperent, id ex tam alto -o aspernantis *animi Scipionis* . . . . 27, 31, 6 *Philippus* summittendo se in privatum -um quo minus conspectus, eo solutior erat. 38, 52, 11 ad id -um . . . P. Scipionem . . . pervenisse, ut (VELL. 2, 15, 2. *cf.* LIV. 44, 1, 11 venerit). MANIL. 2, 813 haec tutela decet -a summa. 4, 544 *Erigone* alta per imperium tribuit -a summum. VELL. 2, 30, 3 *Pompeium* per tot extraordinaria imperia in summum -um evectum (*Heinsius*, vectum *AP*. 2, 56, 3. 2, 116, 4 CVRT. 4, 14, 20). 2, 40, 4 *Pompei* -um tantis auctibus fortuna extulit, ut (TAC. ann. 12, 42). 2, 65, 1 in quod iam emersissent -um *Pompeianae partes*. 2, 109, 1 corpus suum custodientium imperium . . . in eminens et nostro quoque imperio timendum perduxit -um *Maroboduus*. 2, 131, 1 quidquid numinum hanc Romani imperii molem in amplissimum terrarum orbis -um extulit. VAL. MAX. 1, 6, 12 opes *Pompei* privato -o excelsiores. 2, 6, 17 quidquid . . . in excelso -o positum est, humili et trita consuetudine . . . vacuum esse convenit (SEN. epist. 76, 31 CVRT. 6, 9, 22 PLIN. nat. 1 praef. 11). SEN. clem. 1, 8, 3 nec magis illis *diis* descendere datum est quam tibi, tu item -o tuo affixus es. benef. 4, 21, 6 descendit e -o (dial. 9, 10, 6 multi . . . sunt, quibus necessario haerendum sit in -o suo, ex quo non possunt nisi cadendo descendere. 10, 4, 1 QVINT. decl. 267 p. 91). 6, 30, 3 monstrabo tibi cuius rei inopia laborent magna -a. nat. 3 praef. 9 *alia* ex -o suo nullas habitura reliquias *deus* iactat. 4 praef. 22 Pompeium Lepidumque ex maximo -o . . . ad extrema deiectos (epist. 47, 18 de -o). dial. 4, 21, 7 (*ad felicem*) non pro -o te tuo metiris; ipse te proicis. 6, 4, 4 in summo -o collocatos (TAC. hist. 1, 15 PLIN. epist. 1, 7, 1). 6, 20, 4 exigui temporis adiectio -o illum *Pompeium* suo depulit. 7, 25, 4 sublimi -o coniunge . . . praecipitem mutationem. epist. 94, 73 beatos in . . . invidioso -o . . . trementes. 108, 13 *Attalum* sublimem altioremque humano -o. CVRT. 4, 7, 8 haud contentus mortali -o *Alexander*. 6, 9, 22 patrem in idem -um . . . admovi. 9, 2, 28 humanum -um exceditis. 9, 10, 24 animo super humanum -um elato. COLVM. 1 praef. 29 summum . . . culmen affectantes satis honeste vel in secundo -o conspiciemur. TAC. ann. 1, 14 *Tiberius* muliebre (*i. Augustae*) -um in deminutionem sui accipiens. 3, 29 initia -ii Caesaribus erant. 3, 73 pulcherrimo populi Romani -o. 12, 11. 15, 74 mortale -o egresso. *al. passim*. *β spectatur certi -ii genus*: LIV. 2, 27, 6 cui *centurioni* curatio altior -o suo data esset. 35, 12, 10 ex altiore -o rex quam tyrannus detractus (37, 45, 18 regum maiestatem difficilius ab summo -o ad medium detrahi. SEN. suas. 1, 9. VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 *Alexandro* gregarii militis incolumitas proprio -o carior erat. SEN. clem. 1, 21, 2 CVRT. 3, 13, 12. 4, 1, 16. 17 TAC. ann. 6, 32. 11, 10. 15, 1 LACT. ira 23, 10 IVST. 11, 15, 14). TAC. ann. 3, 56 (*de tribunicia potestate*) id summi -ii vocabulum Augustus reperit. 13, 17 familia *Neronis* summum ad -um (*i. imperium*) genita (14, 54. 15, 65 PLIN. paneg 61, 2 LACT. mort. pers. 18, 3. 10 EVTR. 7, 8. 10, 2, 3). PLIN. epist. 2, 1, 2 perfunctus est tertio consulatu, ut summum -um privati hominis impleret. SYMM. epist. 1, 58 quam

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bene urbana opera novis -is excitabam. CLAVD. 22, 313 sumenda tibi -a (*sc. consulatus*) vitas. SACR. Leon. p. 433 neque nos oblectent praerogativa -ii (*sc. sacerdotii*). ENNOD. opusc. 2, 25 claros ad haec -a (*sc. sacerdotii*) erigit *apex dignitatis* (2, 47). CASSIOD. var. 6, 23, 4 inter haec praeclara -a optimum esse iudicem decet. CARM. epigr. 709, 2 (*ca. a. 542*) *Flavianus* casto pollens corpore, summi -ii arce liliis ceu vernantibus artus conservans ab albo. *nota*: NOVELL. Iust. 11, 1 cum in antiquis temporibus Sirmii praefectura fuerat constituta ibique omne fuerat Illyrici -um tam in civilibus quam in episcopalibus causis. 75, 1 *volumus* appellationes omnes ad tuum -um tuamque sedem remittantur. CARM. epigr. 856, 10 *de privigno*: qui pietate sua coleret -a nostra. **b** *de rebus*: SEN. suas. 2, 3 ingentium imperiorum magna -a ... collapsa sunt. SEN. epist. 92, 26 e -o suo deiecta virtus. 111, 4 *animus* philosophiam a -o suo deducit in planum. PLIN. nat. 30, 2 *magice* in tantum -ii adolevit, ut hodieque etiam in magna parte gentium praevaleat. QVINT. inst. 2, 17, 3 *rhetoricen* in tam sublime -um ... sine arte venisse. 12, 11, 26 poesis ab Homero et Vergilio tantum -um accepit et eloquentia a Demosthene atque Cicerone. TERT. anim. 33 volo iudicii ... divini iustitiam ... recensere, si non sublimiore -o praesidet humana censura. LACT. inst. 6, 23, 39 quod continentiae genus quasi -um est omnium consummatioque virtutum. 6, 24, 30 quae summum -um virtuti et iustitiae imponerent. EVTR. 10, 8, 1 urbem nominis sui ad tantum -um evehere. MVTIAN. Chrysost. hom 1 p. 240 cum de natura humana disserimus et -um habentia loquimur et submissa.

2 *cum genetivo vel attributo*: **a** *variarum rerum (hominis infra l. 58)*: *α rerum*: LIV. 6, 20, 8 cum *Manlius* ea ..., quae bello gesta essent, pro -o rerum ... memorasset (MANIL. 1, 42 IVV. 3, 39 PANEG. 2 [10], 3, 3 CASSIOD. var. 6, 18, 3). GRATT. 282 neque *canis* emeritae servat -a laudis. VAL. MAX. 1, 7, 2 *Caesarem et Augustum* divinitatis -o coniunctos. 2, 10 praef. censura ... sine tribunalium -o ... potens. 5, 6, 4 res publica ... ad summum imperii -um excessit (IVST. 41, 6, 2 EVTR. 8, 12, 1 AVG. civ. 22, 6 p. 562). SEN. epist. 84, 13 dignitatis (TERT. idol. 18 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 4, 5). CVRT. 3, 12, 25 praeteritae fortunae (PANEG. 3 [11], 7, 5 AMM. 14, 11, 29). 6, 8, 7 magnitudinis. 10, 6, 20 Alexandri fortuna tantique regni -um. QVINT. inst. 12, 1, 20 eloquentiae. TERT. idol. 18 potestatis (PANEG. 6 [7], 6, 1 AMBR. hex. 3, 11, 48. *cf.* GREG. M. moral. 26, 44 potentiae). nat. 1, 10 maiestatis *deorum* (apol. 10 *cod. Fuld., alii* vestigia. *cf.* PANEG. 7 [6], 3, 3 *de felicitate*). CENS. 1, 6 virtutum (FIRM. err. 21, 5 RVFIN. patr. 10, 1). ARNOB. nat. 1, 23 summi[s] culmini[bu]s. 4, 11 nominis *deorum* (EPIST. pontif. 346 [*a. 418*] Migne 20, 683^{A} *papae*). IVVENC. 3, 514 vitae. AVSON. 419, 45 auditorii sacri. Mos. 413 veri honoris. AMBR. Iac. 2, 9, 40 meritorum (SEDVL. op. pasch. 3, 24 p. 250). HEGES. 5, 22, 2 pietatis (PETR. CHRYS. serm. 38 p. 307^{C}). PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 9, 2 studiorum. RVFIN. hist. mon. 1 p. 391^{A} perfectionis (p. 395^{D} ENNOD. opusc. 3, 102) apol. 2, 29 fidei. epist. Clement. 8 totius boni. Orig. in cant. 3 p. 180^{C} caritatis. PRVD. ham. 437 famae. CLAVD. 28, 41 summi ... iuris. ZACCH. 3, 2 munerum divinorum. COD. Theod. 6, 35, 5 promotionum (12, 1, 121). PETR. CHRYS. serm. 22 p. 262^{B} virginitatis. 76 p. 416^{B} ecclesiae (ENNOD. dict. 2, 10 CASSIOD. in psalm. 101, 8). POMER. 1, 8 divinae contemplationis. 3, 7 castitatis. VAL. CEM. epist. p. 758^{A} gradum coniunctorum nominum -o transcendit animarum *Philemo*. SALV. gub. 4, 26 praecipitantes -a nobilium matrimoniorum in cubilia obscena servarum. ENNOD. dict. 20, 6 execrandi erroris. COD. Iust. de cod. comp. 1 tanto -o laborum sufficientes Iohannem ... Leontium. EVGIPP. epist. 5 tui operis. CARM. epigr. Engström 218, 4 generis. *β hominis*: AVSON. 419, 33 in tanti te ... oratoris -um .. attollis. *γ de malis rebus*: AVG. serm. ed. Mai 85, 1 inimicae virtutis. ENNOD. epist. 5, 17 delictorum. APRING. in apoc. 20, 7 elevationis. **b** *magistratus officii imperii*: LIV. 6, 38, 13 dictaturae. 7, 22, 9 nullius honoris -um non aequabat *C. Marcius* (PS. QVINT. decl. 3, 15 honoris *tribuni militum. cf.* COD. Theod. 7, 4, 1 SIDON. epist. 2, 3, 1 CASSIOD. var. 5, 40, 7). VAL. MAX. 3, 4, 1 maiestatis, *sc. regni* (IVST. 1, 1, 1. 13, 1, 5 AMM. 20, 5, 6). 4, 1, 1 magistratus. CVRT. 6, 6, 2 Persicae regiae. PLIN. paneg. 93, 2 consulatus. SPART. Hadr. 8, 7 senatus. LACT. mort. pers. 2, 7 imperii. IVST. 25, 4, 1 regni (CASSIOD. var. 10, 32, 3). AVSON 419, 4 sedes honoris, sella curulis, gloriosa pompis imperialis officii, in cuius me -o ... posuisti. AMBR. hex. 1, 2, 6 tyrannidis. CLAVD. 1, 58 summi ... iuris (*i. consulatus*). carm. min. 25, 67 summae ... sedis. COD. Theod. 6, 6, 1 (*a. 382*) dignitatum *i. magistratuum* (ENNOD. epist. 4, 7, 3 CASSIOD. var. 2, 2, 1 CORP. VI 32051). 7, 4, 1 praefecturae (COD. Iust. 2, 12, 25 praetorianae vel urbanae praefecturae). PETR. CHRYS. serm. 29 p. 281^{C} apostolatus. SIDON. epist. 7, 4, 2 sacerdotii. ALC. AVIT. epist. 23 culminis. CASSIOD. var. 4, 25, 1 sacri ordinis. SEN. clem. 1, 26, 5 principis (SVET. Cal. 22, 2 SPART. Hadr. 20, 1) TAC. ann. 14, 47 imperatoris. SVET. Cal. 22, 2 regum. TERT. castit. 4 apostoli. PRVD. c. Symm. 2, 424 summorum procerum. CASSIOD. var. 6, 8, 1 iudicis. VELL. 1, 11, 6 (*de consulatu*) principale (2, 128, 1. *cf. de imperio*: LACT. mort. pers. 4, 2 PS. LACT. inst. interpol. 7, 26 p. 668). 2, 69, 1 consulare (SCHOL. Cic. Bob. p. 161, 26 St. NOVELL. Valent. 11, 2 NOVELL. Iust. 62, 2, 1). VAL. MAX. 1, 6, 1 regium (5, 1, 1f SEN. epist. 74, 28 CVRT. 10, 10, 14. *cf.* AMBR. hex. 5, 18, 60 regale. RVFIN. hist. 11, 18 *cf. p. 313, 81* VEREC. in cant. 7, 1 MVTIAN. Chrysost. hom. 26, 3 FACVND. defens. 12, 5 p. 850^{B}). TAC. ann. 4, 40 equestre. 14, 61 imperatorio (CAPITOL. Pius 6, 4. *cf.* IOH. BICL. chron. II p. 214, 574, 2 imperiali. NOVELL. Iust. 35, 2 ISID. Goth. 31 chron. II p. 279). CAPITOL. Aur. 6, 3 aulico. PETR. CHRYS. serm. 108 p. 500^{A} sacerdotale. ENNOD. opusc. 2, 110 pontificale. *cf.* TERT. resurr. 55 p. 115 angelicum (HIER. epist. 12, 2 archangelico).

B ***caput, summa*:** VERG. Aen. 1, 342 longa est iniuria, longae ambages; sed summa sequar -a rerum (SERV. *ad l.* primordia. GLOSS. IV 411, 26 verba summatim exposita). MAR. VICTORIN. gramm. VI 100, 4 decursis metrorum per novem species -is. COMM. apol. 523 ego non tota, sed summa -a carpo. HIER. hom. Orig. in Luc. 16 -um et ut ita dicam culmen super his, quae iactabantur de Iesu, ... sermo Simeonis fuit. AVG. civ. 5, 26 p. 240 D. cetera ... vitae huius vel -a vel subsidia, sicut ipsum mundum lucem auras *eqs.* ZACCH. 2, 4 p. 1113^{B} libatis -is totam lucem in parte luminis intueri et utrumque brevi expositione percurrere. 2, 19 p. 1144^{B} ut totius credulitatis corpus amplectens sacramentorum enumeres -a divinorum. PRISC. Anast. 148 concipiens tua ... plurima facta ... non possum verbis ... proferre ... quocirca laudum relego -a summa.

C *t. t. grammaticorum de signo accentus i. q.* ***cacumen*:** DIOM. gramm. I 431, 4 accentus quidam -a vocaverunt, quod in capitibus litterarum ponerentur, alii tenores vel sonos appellant; nonnulli cacumina retinere maluerunt. AVDAX gramm. VII 358, 7 quod si monosyllaba est pars orationis, ipsa erigitur. in hac erectione, id est -o, aut circumflexus ponitur aut acutus. MART. CAP. 3, 264 *syllabae* tres partes esse non dubium est: de iunctura, de -o aut de longitudinibus. 3, 268—274 *fusius de re cf.* 3, 268 omnis modulatio ex -is vocum gravitateque componitur. 3, 273 accentus partim -a vocamus, quod litterarum capitibus apponantur. DIOM. gramm. I 433, 21 coniunctio complexiva sive copulativa que et disiunctiva ve ... adiunctae verbis et ipsae amittunt -um (PRISC. gramm III 488, 22). EXPLAN. in Don. gramm. IV 525, 23 si omnes syllabae pari -o vocis enuntientur. 533, 5 aliqua in eo syllaba necesse est summum illud vocis -um possideat. AVDAX Beda gramm. VII 241, 11 interiectiones omnes ... in novissimis syllabis -um capiunt. AVDAX gramm. VII 360, 7 ut *appendices* ... proprium ... -um perdant. 360, 23 expletivae plures -a retinent. causales autem et rationales quaedam cum -is, alii gravi accentu deprimuntur. 361, 5. 10. *cf.* AVSON. 409 haec tu ita iuxta naturam Romanorum accentuum enuntiasti, ut tamen veris et primigenis vocibus sua -a non perirent.

epitheta ad altitudinem spectantia: ad I A 1: VERG. Aen. 2, 758 summa (OV. met. 2, 3 CVRT. 5, 1, 31. 7, 3, 8 VOPISC. Tac. 17, 5 IVST. 18, 4, 12). SEN. Tro. 652 celsa (CASSIOD. in psalm. 101, 8). ARNOB. nat. 1, 28 sublimibus (6, 6). 2, 17 alta. *ad I A 3*: MANIL. 4, 254 summa (GERM. 478). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 64^{B} celsa. *ad II A*: NEP. Att. 10, 2 summo (MANIL. 2, 813 VELL. 2, 30, 3. 2, 56, 3 SEN. dial. 6, 4, 4 CVRT. 4, 14, 20 *al. paulo aliter de certo imperio*: LIV. 37, 45, 18 TAC. ann. 3, 56. 13, 17. 14, 54. 15, 65). LIV. 6, 38, 13 altius (27, 19, 6. 35, 12, 10 VELL. 2, 116, 4 VAL. MAX. 3, 4, 1 SEN. epist. 74, 28. 76, 31). VAL. MAX. 2, 6, 17 excelso. SEN. dial. 7, 25, 4 sublimi (QVINT. inst. 2, 17, 3 IVST. 41, 6, 2 EPIPHAN. Hier. epist. 51, 4, 5 COD. Theod. 7, 4, 1). nat. 4 praef. 22 maximo. PANEG. 2 (10), 3, 3 arduo. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 180^{C} celsis.

derivatum: fastigiare.

fastīgo, -āvī, -ātum, -āre [*cf. esse videtur c. hibern.* barr ‘*caput arboris, capillus, culmen*’, *theodisc.* burst *anglosax.* byrst ‘*saeta*’, *theodisc.* parrēn ‘*horrere*’, *ind.* bhṛṣṭiḥ ‘*acumen, angulus, dens*’, *fortasse c.* 1. fastus *et c.* far. *Th.*]. ° -are *metro comprobatur* PAVL. NOL. carm. 19, 94 MAR. VICTOR aleth. 2, 406 SIDON. carm. 2, 5. *forma* -iare *a* fastigium *deducta traditur*: PLIN. nat. *tantum* 18, 52 *et* 19, 70 *codd. D*^{2} *Par. et D F.* SOL. 32, 44 $C_2 G$. 56, 16 *compluribus codd.* MART. CAP. 9, 944 (-atur $B^1 R$) ALC. AVIT. epist. 93 (-atis *S*) hom. 6 p. 110, 12 ISID. orig. 15, 11, 4. 19, 23, 6. *cf. p. 325, 16. traditur pro* castigare: SIL. 5, 50 *F O V.* 12, 356 *O V. scribendum pro* castigare: CAES. Gall. 2, 8, 3.

I ***proprie*** *in obliquum, declive ducere, acuere.* **A** *part. perf. pass.* **fastīgātus** *fere pro adiect.: obliquus, declivis, acutus*: **1** *de montibus*: CAES. Gall. 2, 8, 3 collis in fronte (frontem *codd.*) leniter -us (castigatus $B_2 \beta$, castigatus castratus α) paulatim ad planitiem redibat (LIV. 37, 27, 7 collis ... in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato -us). **2** *de operibus, aedificiis vel rebus ad aedificia pertinentibus, sive aedificiis similibus, instrumentis, lineis*: LIV. 44, 9, 6 -am, sicut tecta aedificiorum sunt, testudinem faciebant *milites.* VITR. 7, 4, 5 sōlo festucato inducitur aut rudus aut testaceum pavimentum ita -um, ut in canali habeat nares. 8, 6, 1 *ut* sōlum ... rivi *aquae ductus* libramenta habeat -a. PAVL. FEST. p. 73 delicia est tignum, quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus -um collocatur. SEN. contr. 1, 6, 4 -is supra tectis auro puro fulgens praelucet Capitolium. PLIN. nat. 18, 172 quarto generi *vomerum* ... cuspis acutior in mucronem -a. 36, 92 pyramides ... ita -ae, ut in summo orbis aeneus et petasus unus omnibus sit impositus (*cf.* SOL. 32, 44 pyramides turres sunt -ae. ISID. orig. 15, 11, 4 pyramis, genus sepulcrorum quadratum et

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

um ultra omnem excelsitatem). HYG. mun. castr. 49 *fossae* species est -a vel Punica. -a dicitur, quae a summa latitudine lateribus devexis in angustiam ad solum coniuncta pervenit. EXPLAN. in Don. gramm IV 532, 16 acutae nŏta est virgula a sinistra parte dextrorsum sublime -a. SOL. 56, 16 pauxilla aedes ignobiliter ad culmen -a. AMM. 31, 2, 4 arundine -um . . . tugurium PAVL. NOL. epist. 13, 13 -us solido aere tholus. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 12 sublimitas *aedis* immensiter -a. **3** *de rebus naturalibus*: PLIN. nat. 2, 89 *cometas* breviores et in mucronem -as xiphias vocavere. 9, 113 (*de margaritis*) elenchos appellant -a longitudine alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. 13, 71 papyrum . . . decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem -um. 21, 14 *rosae cortice* in virides alabastros -o. ISID. orig. 19, 23, 6 eminent apicibus -is Alani.

adv. **fastīgātē** (*cf. c. adi. 2*): CAES. Gall. 4, 17, 4 cum . . . *tigna* festucis . . . adegerat non sublicae modo derecte ad perpendiculum, sed prone ac -e (-gia- $A^2B^2M^2$). civ. 2, 10, 5 -e (fastigato *z*, -giato O^1) atque ordinatim structo tecto. GLOSS. -e altitate (alte, elate?).

B *alii modi pro verbo (saepius reflexive): acuere, angustum reddere*: **1** *de terris*: MELA 1, 20 *Africa* pergit incurva ad occasum -atque se molliter (3, 105). 2, 5 *terra* spatiosa modice paulatim se ipsa -at. 3, 7 *promunturium* lata sede procurrens paulatim se ac sua latera -at. **2** *passive de herbis, frumentis: acui, in altum crescere*: PLIN. nat. 18, 52 *frumenta* verno tempore -antur in stipulam. 19, 70 cucurbita . . . omni modo -atur. 19, 146 *hortensium* viret thyrso primum emicante, qui caulem educens tempore ipso -atur (*Mayhoff*, -tus est *libri*) in toros striatos. 24, 178 folia eius *graminis* . . . in exilitatem -antur. **3** *de aedificio*: MAR. VICTOR aleth. 2, 406 lateri *arcae* servetur ianua, qua se collecta oblico -et machina tecto. **4** *de Musa*: FVLG. myth. 1 praef. 26 *Musa* hyalinae cavitatem sphaerae osseo -ans tigillo.

II ***translate*:** **A** *in altum ducere*: MAR. VICTORIN. ad Iust. **1** *de libelli interiore visu*: abditum immensi . . . mentis suspiciones -at et caecat. PAVL. NOL. carm. 19, 94 collis alumni (*sc. Sion*) lene iugum celso -at vertice Christus. MART. CAP. 5, 468 ut quisquis laudabilis non est vituperabilis habeatur vel contra qui vituperatione caruerit laudibus -etur. SIDON. epist. 3, 6, 3 *Christus* statum celsitudinis tuae . . . *parentum* titulorum parilitate -at. 7, 9, 14 *Sidonius* dignitatum -atur insignibus (*cum nota vituperationis*). ALC. AVIT. epist. 93 conicite nunc, quantum debeant, quos honoribus -atis. *part. perf. pass.* fastigatus *pro adiect. (superl. l. 43. 44. 45): altus, celsus, sublimis*: LEONT. epist. pontif. Hil. (Thiel 5, 1) sanctitas tua (*Hilari*) ad id honoris (*apostolicae sedis*) -um culmen evecta est. SIDON. epist. 1, 9, 2 duo -issimi consulares, Gennadius Avienus et Caecina Basilius. 2, 4, 1 Proiectus . . . ad arcem -issimae felicitatis evectus. 8, 13, 2 gratias -issimae caritatis arce transcendere. carm. 2, 5 quamquam diademate crinem -us eas. **B** *accentu, sono notare*: MART. CAP. 3, 262 nunc iam compactis cursanda est syllaba formis, ut -etur longa brevisque fuat. 9, 944 *tetrachordum* in singulis tropis in omne acumen erigitur, in singulis modulationibus -atur. *Bannier.*

fastilis *v. p. 308, 56.* **fastimentus** *v. p. 299, 69.*

fastināca *v.* pastinaca. **fastucium** *v.* pha(s)sucium.

fast(u)ōsus, -a, -um [*a* 3. fastus. *Th.*]. -osus: PETRON. 131, 3 LAVS Pis. 119 MART. 10, 13, 7. 13, 102. -uosus: SCHOL. Hor. ars 97 MART. CAP. 6, 579. 9, 898 NOT. Tir. 56, 48. **1** GLOSS. -uosus superbus. fastu⟨osu⟩s superbus elatus. **a** *de homine*: PETRON. 131, 3 (*per ironiam*) quid est, inquit, -ose, ecquid bonam mentem habere coepisti? **b** *de rebus*: LAVS Pis. 119 domus . . . humilem calcat -osa clientem. MART. 10, 13, 7 ad nocturna iaces -osae limina moechae. SCHOL. Hor. ars 97 ('proicit ampullas') id est -uosa verba (*deest AV*). MART. CAP. 9, 898 -uosa rigidus elatione. **2** GLOSS. fastidiosus: MART. CAP. 6, 579 utrique feminae (*sc. Philosophiae et Παιδείᾳ*) quam insit -uosa censura. *per enallagen i. q. fastidio conveniens*: MART. 13, 102 expirantis adhuc scombri de sanguine primo accipe -osum . . . garum. *? adverb.* **fastuōsē:** SCHOL. Hor. epist. 1, 5, 19 'calices quem non fecere disertum?' docet -e loqui ebrium (*Cruquianus*, fatuose *γb. coniciuntur varia*). *Ammann.*

1. fāstus, -a, -um [*a* fas. *Th.*].

I *strictiore sensu de eis diebus, quibus in fastis* F(as) *nota ascribitur* (*cf.* fas *p. 288, 26 sqq.*). PAVL. FEST. p. 87 -orum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio. -i enim dies festi sunt (*minus recte*). PRISC. gramm. III 486, 21 ex quo (*sc. a* 'fas') -i et nefasti dies et -i *τὰ ἡμερολόγια. cf. etiam infra l. 82 sqq.* ISID. nat. 1, 4 (= orig. 6, 18, 1 GLOSS. V 568, 56 *ex Suetonio?*) -i dies sunt, quibus ius fatur. *de notione*: SERV. auct. Aen. 12, 779 sacro profanum contrarium ut festo profestum, -o nefastum. *cf.* ISID. diff. 1, 249 -i universaliter comprehensi tam boni quam mali; dies -i, quibus sunt contrarii nefasti. GLOSS. *ἐπιτηδεία ἡμέρα* (*cf. ἡ ἐπιτηδεία ἡμέρα* nefastus dies, -us dies); felix, faustus (*cf. s. v.; fortasse cf. c.* PAVL. FEST. *supra l. 71*); -u⟨s⟩ iustus. *exponitur, quid sint* dies -i *et* nefasti (*cf. de re Schoen, PW. VI 2015 sq.; Humbert, Daremberg-Saglio III 175 sqq.*): VARRO ling. 6, 29 dies -i, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari (*cf.* **6**, 53). FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 2 (Corp. I 1^2 p. 231) ⟨-i dies appe⟩llantur, quod iis licet fāri apud ⟨magistratus p. R. ea sine quibu⟩s verbis lege agi non potest. PAVL. FEST. p. 93 -is diebus † iocunda (⟨sine piacul⟩o cun⟨ct⟩a?) fari licebat, nefastis quaedam non licebat fari. OV. fast. 1, 48 ille nefastus erit, per quem tria verba silentur, -us erit, per quem lege licebit agi (MACR. sat. 1, 16, 14 -i *dies* sunt, quibus licet fari praetori tria verba sollemnia 'do dico addico'). ISID. diff. 1, 250 dies -i sunt, quibus iudicia exercere et causam dicere vel agere licet. VARRO frg. Macr. sat. 1, 16, 27 ad rem . . . militarem nihil *attinet*, . . . utrum -us an nefastus dies sit. LEX Cic. Sest. 33 ut omnibus diebus -is legem ferri liceret (CIC. prov. 46 -is *diebus*). OV. fast. 1, 50 qui *dies* iam -us erit, mane nefastus erat (*cf.* FEST. p. 278, 20 e nefasto -us). LIV. 1, 19, 7 *Numa* nefastos dies -osque fecit (*cf.* FLOR. epit. 1, 2, 2 descripsit). PLIN. nat. 33, 17 publicatis diebus -is (*de Cn. Flavio cf. infra l. 83*). MACR. sat. 1, 16, 3 profestis *diebus* insunt -i, comitiales *eqs.* PRISC. gramm. II 256, 11 *v. infra l. 21.*

II *latiore sensu non legitur nisi cum particula negativa* (non -us *i. q. nefastus*): SVLP. APOLL. Anth. 653, 39 qua duce non -um mortali limen aditur. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 1 nefasto: non -o et abominando.

masc. plur. subst. ✠ **fāstī**, -ōrum. PRISC. gramm. II 256, 11 a fastis et nefastis diebus . . . dictum. ISID. orig. 6, 8, 8 *v. p. 328, 1. num. sing. ob analogiae rationem fictus apud* GRAMM. *et in* GLOSS. *de declin.*: SERV. Aen. 3, 326 liber, qui dierum habet computationem, secundae declinationis est: unde erravit Lucanus (*v. infra l. 51*) dicendo *eqs.* (*cf.* COMMENT. Lucan. 10, 187 male posuisse videtur). PROB. nom. gramm. IV 211, 17 -us, id est libellus, generis est masculini et genetivo 'huius -i' facit. AGROEC. gramm. VII 115, 18 (= BEDA gramm. VII 272, 19) 'fastus' de superbia facit genetivo plurali 'fastuum', '-us' de libris (ISID. diff. 1, 260. DIFF. ed. Beck p. 56, 9 de libris -orum) facit '-orum'. PRISC. gramm. II 256, 10 'fastus', quando a 'fastidio' est verbo, quartae est, quando vero pro annali accipitur, a -is et nefastis diebus sic dictum, frequentius secundae est, invenitur tamen et quartae (*deinde pro exemplis affert*: LVCAN. 10, 187 *collato* SERV. Aen. 3, 326 [*supra l. 24*]. VARRO frg. HOR. carm. 3, 17, 4 [*infra l. 41 sq.*]). *nom.* -us (-i *saepe*): PAVL. NOL. carm. app. 3, 125 ORIENT. comm. 2, 123 ASTER. Anth. 491, 7. *cf. etiam l. 63. acc.* -us: CORP. X 6679 (*Antii, litt. opt.*). *litterarum artificio probatus*: OPT. PORF. carm. 18, 2. *ex Prisciani testimonio* (*supra l. 31*): VARRO frg. Prisc. gramm. II 256, 21 HOR. carm. 3, 17, 4 (*RF*; -os *ABCL*; PRISC. *l. c.* 256, 16 apud Horatium duplicem invenio scripturam in III carminum '...-os' et -us in aliis codicibus). *praeterea trad.*: HOR. carm. 4, 14, 4 (-os *L*) epist. 2, 1, 48 (*a Rπ*, -os *cett.*) OV. fast. 1, 11 (*Vrsin. al.*) SEN. dial. 3, 21, 3. 12, 14, 2 COLVM. 9, 14, 12 SIL. 2, 10 TERT. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 3 (*MR*^{1}) OPT. PORF. carm. 4, 1 CLAVD. 8, 155 (*E*). 17, 267 (*V*). 18, 478 (*ε*) PARIS 2, 5, 2 (-os VAL. MAX.) ENNOD. epist. 1, 5, 3 p. 10, 11 dict. 13, 5 p. 465, 19 (-os *B*, -us *cett.*). -os: CIC. *quater* HOR. sat. 1, 3, 112 OV. *quater* LIV. *bis* VAL. MAX. *bis* SEN. epist. 88, 39 LVCAN. 2, 645. 5, 384. 399 PLIN. nat. 4, 14 STAT. *bis* TAC. hist. 4, 40 PLIN. paneg. 58, 3 SVET. *quater* TERT. ieiun. 13 CLAVD. *quater. al.* CARM. epigr. 325, 4 (*Romae, periit*). *abl.* -ibus: LVCAN. 10, 187 *cf. p. 327, 79 et supra l. 25. de notione*: ADNOT. Lucan. 2, 645 -i dicuntur libri, qui annum et acta ipsius anni continent. GLOSS. -us -i libri; -ibus libris (*ad* RVFIN. hist. 1, 7, 13 [*v. p. 330, 79*] *errore, ut videtur, nam ibi de superbia dicitur. inde fictus esse videtur nomin.*: GLOSS. V 360, 5 fastes libri). *legitur inde a* CINC. VARRONE CIC. [*loc dub.*: TERT. spect. 6 reliqui ludorum de natalibus . . . et municipalibus festis (-is *edit. Gangnei in marg., recte, ut videtur*) superstitionis causas habent.]

I *libri, in quibus dierum fastorum et nefastorum totius anni fit descriptio*: PAVL. FEST. p. 87 PRISC. gramm. III 486, 21. ISID. diff 1, 249 *v. p. 325, 76.* ADNOT. Lucan. 10, 187 -us ⟨...⟩ dicuntur, ubi menses et dierum ordo conscriptus est. -orum libri *vel libri* de -is *ferebantur conscripti a* Cincio (*cf.* MACR. sat. 1, 12, 12 Cincius in eo libro, quem de -is reliquit), Caesare (COMMENT. Lucan. 10, 187 est . . . liber -orum divi Iulii Caesaris, qui ordinationem continet anni secundum auctoritatem compositus Chaldaeorum *eqs.*), Ovidio (trist. 2, 549 sex ego -orum scripsi totidemque libellos. SERV. georg. 1, 43 Ovidius in -is. [PRISC. gramm. II 530, 28 *al.*] PRISC. gramm. II 96, 19 Ovidius . . . in IIII -orum. *saepe.* EVTYCH. gramm. V 480, 1 Ovidius in V libro -orum. *al.*), Sabino (MACR. sat. 1, 4, 6 Masurius -orum secundo), Niso (MACR. sat. 1, 12, 30 Nisus in commentariis -orum). *sine auctoris nomine*: OV. fast. 1, 657 *v. p. 327, 16.* AGROEC. gramm. VII 124, 9 (= BEDA gramm. VII 276, 16) a *Iuventa* Iunium mensem appellatum in libris -orum legimus. *-orum reliquias in lapidibus* (FAST. ann. Iul. Maff. frg. 3 m⟨armorea tabul⟩a fast⟨orum⟩) *et in libris manuscriptis servatas edidit Mommsen* Corp. I 1^2 p. 210 *sqq.; quorum antiquissimos* (Venus.) *ante annum 16 a. Chr. incisos esse constat. cf. de re: Wissowa, PW. VI 2016 sqq.; Bouché-Leclercq, Daremberg-Saglio IV 987 sqq.* **A** -i *Romani*: **1** *proprie*: CIC. Verr. 3, 132 dies de -is eximere (*cf.* 5, 151 cum diem festum ludorum de -is suis sustulissent). Mur. 25 -os . . . volgo non habebant . . .; inventus est . . . Cn. Flavius, qui . . . -os populo proposuerit (LIV. 9, 46, 5 circa forum in albo. *cf.* CIC. Att. 6, 1, 8 pro-

[Vetter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tulit. *bis.* 6, 1, 18 illud de Flavio et -is. VAL. MAX. 2, 5, 2 paene toto foro exposuit. SVET. gramm. 17 in quo *hemicyclio* -os a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat *Verrius Flaccus* [*cf.* FRG. gramm. Rom. Funaioli p. 511 *sq.* CORP. I 1² p. 231 *sqq.*]. MACR. sat. 1, 12, 16 Fulvius Nobilior in -is, quos in aede Herculis Musarum posuit *eqs.*). CIC. Phil. 2, 87 ascribi iussit in -is ad Lupercalia (ad Brut. 1, 15 [9, 23], 8). ad Brut. 1, 15 (9, 23), 8 notam esse in -is . . . victoriae. VARRO frg. Prisc. gramm. II 256, 20 *Caesar* -us correxit (*Popma*, porr- *codd.*; SVET. Iul. 40, 1). ling. 5, 84 *Furrinae* in -is feriae Furinales sunt (*cf.* rust. 2, 5, 6 in -is dies hordicidia nominatur. *cf.* LACT. inst. 1, 11, 21 certus dies habetur in -is, quo *eqs*). HOR. carm. 4, 14, 4 quae cura patrum . . . tuas, Auguste, virtutes in aevum per titulos memoresque -us aeternet (SCHOL. annales, qui ad commemorationem honorum vel rerum gestarum inventi sunt). OV. Ib. 219 *lux*, in -is cui dat gravis Allia nomen. fast. 1, 11 *praemia* pictos signantia -os. 1, 61. 289. 657 ter quater evolvi (*cf. p. 328, 59*) signantes tempora -os (2, 7 signata . . . tempora -is). 1, 660. 2, 122 maximus his (*sc. Nonis*) -is accumulatur honos. 4, 19 si qua . . . pars te de -is tangere debet. 5, 722 *Agonia* in -is hoc . . . tempus habent. LIV. 4, 3, 9 si non ad -os, non ad commentarios pontificum admittimur. PAVL. FEST. p. 259 *illud* in -is notari solet (*ibid. iterum*). SIL. 6, 339 -is . . . notandum dedecus). LVCAN. 7, 409 damnata . . . Romanis Allia -is (FLOR. epit. 1, 13, 7 nunc diem -is Roma damnavit). MART. 8, 2, 1 -orum genitor parensque Ianus. TAC. hist. 4, 40 qui . . . -os adulatione temporum foedatos exonerarent. ann. 1, 15 *ludi* -is additi. SVET. Tib. 5 sic . . . in -os actaque in publica relatum est *Tiberium natum esse Romae illo die illis coss.* CAPITOL. Aur. 10, 10 -is dies iudiciarios addidit *eqs.* SERV. auct. Aen. 8, 654 adhuc -i non erant. *nomina consulum kalendis primis uniuscuiusque anni praescribuntur (suffectorum [cf. infra l. 39] ad suas kalendas ascribuntur); nonnullis locis diiudicari vix potest, utrum de unius anni -is an de perpetuis -is cogitetur*: LVCAN. 2, 645 vos, qui Latio signatis nomine -os (LACT. inst. 6, 4, 21 ut -os signent et annis nomen imponant. OPT. PORF. carm. 18, 2 luce tua signes -us sine limite consul. CLAVD. 8, 155). LVCAN. 5, 384 laetos fecit se consule -os (*cf.* STAT. silv. 4, 1, 20 da gaudia -is continua. ENNOD. carm. 2, 32, 2 dans lucem -is). PLIN. paneg. 58, 3 aperire annum -osque reserare. 92, 2 non alia nos pagina quam te consulem accipiet et nostra quoque nomina addentur (*cf. p. 328, 34*) -is, quibus ipse praescriberis (SPART. Hel. 5, 13—14 quorum -is consularibus sic nomina praescribuntur, ut dicantur . . . duo Augusti *eqs.*). AVSON. 322, 93 ut trabeam . . . consul induerem -isque meis praelatus haberer. CARM. de mens. 2, 4 *mensis*, purpureus -is qui numerat (*i. assignat*) proceres. HIER. in Am. 3 pr. p. 309/10 praesenti anno, qui *illorum* -is nomen imposuit. PRVD. c. Symm. 1, 595 -orum . . . arce (*i. columine*) potiti annales proprio signarint nomine chartas. CLAVD. 24, 88 *Roma te* -os . . . ornare coegit (*cf.* CARM. epigr. 325, 4 [*Romae, periit*] aeterno decoravit nomine -os). SIDON. epist. 1, 9, 5 Augusti . . . repetendum -is nomen. carm. 2, 3 *cf. p. 330, 33.* CASSIOD. var. 2, 1, 1 ammonet nos consuetudo sollemnis dare -is nomen. CARM. epigr. 888, 1 (*Puteolis, saec. II*) ⟨qui dedit⟩ Aeneadum -is ex ordine consul nomina. 889, 2 (*Romae*) Gallus . . . -orum (*i. ordinarius*) consul.

2 *metonymice*: **a** *i. q. consulatus*: STAT. silv. 1, 4, 82 revocant -i maiorque (*sc. quam praetoris*) curulis. 4, 1, 1 laeta bis octonis accedit purpura -is Caesaris. AVSON. 410, 3 -orum titulo prior. 419, 27 ut haec *Domitianum* pagina -orum suorum, immo fastidiorum, fecerit insolentem. AMM. 29, 2, 15 post . . . trabeas et -orum monumenta mundana. CLAVD. 8, 612 te -os ineunte quater. 18, 478 inter Arinthaei -os. 28, 131 ille dedit -os, ad quos . . . confugeret sparsum maculis servilibus aevum. 28, 640 novum -is aperit felicibus annum. PAVL. NOL. carm. app. 3, 125 non ut servandi signent mea nomina -us (ORIENT. comm. 2, 123 mansuri signent tua nomina -us). ASTER. Anth. 491, 7 quem . . . summi celebrent per saecula -i. ENNOD. opusc. 2, 134 p. 328, 19 necessitatibus ferunt auxilium decora -orum (*sc. sportulae*). **b** *i. q. annus*: LVCAN. 5, 399 menstruus in -os distinguit saecula consul. OPT. PORF. carm. 4, 1 imperii -us geminent vicennia signa. AVSON. 470ᴬ, 23 exactis . . . per trina vicennia -is. **c** *i. q. honores* (*et triumphi*): LVCAN. 8, 818 bustum non ullum . . . ordine tanto -orum (factorum *VU*). **d** *i. q. consules*: AMM. 16, 1, 1 in collegium -orum . . . ascitus. CORIPP. Ioh. 4, 234 Libyam Romanis reddere -is. Iust. 4, 137 antiqui redeunt, nova saecula, -i. **e** *de diptychis consularibus* (*cf. Kübler, PW. IV 1134; Bloch, Daremberg-Saglio I 1474 sqq.*): SIDON. epist. 8, 6, 5 ut . . . peracta . . . sportula datique -i.

B *de Graecis aliisque hemerologiis*: CIC. Tusc. 1, 68 lunam . . . quasi -orum notantem . . . dies. phil. frg. V 35 horum annorum, quos in -is habemus. OV. fast. 3, 87 peregrinos inspice (6, 59 *Aricinos*) -os. COLVM. 9, 14, 12 sequor . . . Eudoxi et Metonis antiquorumque -us astrologorum (LVCAN. 10, 187 nec meus [*i. Caesaris*] Eudoxi vincetur -ibus annus). TERT. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 3 *pseudoapostolorum* circumcisionem vindicantium et Iudaicos -us (*M R*¹, -os *R*³. ieiun. 13 aspice ad Iudaicos -os).

II *tabulae, in quibus nomina consulum ceterorumque magistratuum eponymorum inde ab anno a. Chr. 509 (cf. p. 328, 18 sqq.) ordine perscripta sunt*: **A** *-i publici populi R.*: ISID. orig. 6, 8, 8 -orum libri sunt, in quibus reges vel consules scribuntur (GLOSS. V 568, 4), a fascibus dicti, id est potestatibus. unde et Ovidii libri -orum dicuntur, quia de regibus . . . editi sunt. GLOSS. -us et -i libri ubi sunt nomina consulum *sim.*; -us libri consolatus (*inde emendandum* libri consolator?); -i libri quos consules habebant. [*fortasse huc pertinet*: -um devote vel quod magistratus legunt (leguntur *b*). *cf.* fatus devotae laudes Caesarum quod magistratus legunt.] *fastorum in parietibus Regiae ad forum R. incisorum ceterorumque minorum reliquias edidit Mommsen* CORP. I 1² p. 16 *sqq. de re cf. Schoen, PW. VI 2023 sqq.; Bouché-Leclercq, Daremberg-Saglio IV 1005 sqq.* CIC. Sest. 33 quos *consules* nemo est, quin non modo ex memoria, sed etiam ex -is evellendos putet (*cf.* TAC. ann. 3, 17 nomen Pisonis ⟨e⟩radendum -is censuit. 3, 18 ne nomen . . . -is eximeretur [*cf. p. 326, 81*]). Pis. 30 hanc *legem* qui se metuere dicerent, (hos *add. E*) consules . . . -i ulli ferre possunt? epist. 5, 12, 5 enumeratione -orum. LIV. 9, 18, 12 paginas in annalibus magistratuumque -is percurrere (*Mommsen*, magistratuum -isque *codd.*). VAL. MAX. 4, 4, 1 -orum illud columen (*Brutus primus consul. cf.* 7, 3, 2 primum in -is locum. SIL. 2, 10 *Publicola* Ausonios atavo ducebat consule -us. PAVL. NOL. carm. 21, 221). 6, 9, 14 cuius VII in -is consulatus leguntur (SEN. epist. 104, 9. CLAVD. 17, 335 libris -isque. *al.*). SEN. dial. 3, 21, 3 uno nomine occupare -us vult. 12, 14, 2 ad -us te et annales perducam publicos. LVCAN. 5, 5 dies, qui dat nova nomina -is (GLOSS. libellis, ubi nomina consulum inscribuntur. MART. 12, 26, 5 purpureis . . . -is. *cf.* 11, 4, 5 qui purpureis iam tertia nomina -is, Iane, refers Nervae [SIDON. epist. 8, 8, 3 -os . . . purpurissatos]. DRAC. mens. 2 *Ianuarius* nova -orum permutat nomina libris). 8, 276 an Libycae Marium potuere ruinae . . . plenis (*sc. huius nominis*) reddere -is (LAVS Pis. 9 pleni numeroso consule -i). PLIN. nat. 34, 137 familia illustris in -is. frg. Roman. Char. gramm. I 138, 16 -os omnes et libros 'a Fulvio Nobiliori' scripta rettulisse. VAL. FL. 2, 245 durent Latiis . . . saecula -is. SIL. 8, 255 hunc Fabios inter . . . -is labem suffragia caeca addiderant (*cf. p. 327, 39.* 16, 131 hic . . . ignis . . . adiunget Latiis tua nomina -is [CLAVD. 18, 151 *aliquem* adnectere]). STAT. silv. 4, 1, 29 dinumera -os. 4, 6, 7 vina . . . perpetuis (*cf.* CLAVD. 1, 279 te . . . longa . . . perpetui ducent in saecula -i) aevo certantia -is (*dat. ex interpr. Skutschii; alii aliter*). bell. Germ. frg. 3 ter memores implerunt nomine -os. PLIN. paneg. 58, 3 servitus pulsa privata -is nomina induxit. SVET. Aug. 100, 3 ut omne tempus a . . . die natali ad exitum eius saeculum Augustum appellaretur et ita in -os referretur (VOPISC. Car. 6, 1. TREB. Gall. 15, 2 in -os publicos). TREB. Gall. 14, 10 scriptum invenimus in -is 'Valeriano imp. consule'. AVSON. 147, 3 digessi -os et nomina praepetis aevi. 150, 1. 332, 6 Roma . . . hoc apice (*i. consulum nomine*) aeternis signat sua tempora -is. LIB. de praen. 2 animadverto . . . in consulum -is perplexum usum praenominum et cognominum fuisse. PRVD. c. Symm. 2, 427 publica res . . . consulibus dat condere -os. CLAVD. 17, 267 turpia non Latios incestant nomina -os (-us *V*). 18, 319 -is accedere. 22, 4. 307 laetetur quisquis Eoos scribere desierit -os. 22, 476 scribunt aetheriis Stilichonem sidera -is. ENNOD. epist. 1, 5, 3 p. 10, 11 -us. *-i personati*: CLAVD. 19, 13 abluto . . . respirant nomine -i.

B *privati*: **1** *consulum*: CIC. Att. 4, 8ᵇ, 2 ut non minus longas iam in codicillorum -is futurorum consulum paginulas *Domitii* habea⟨n⟩t quam factorum. **2** *collegii*: CORP. X 6679, 5 (*Antii, litt. opt.*) et ostia et -us de sua pecun. fecer⟨unt⟩.

III *latiore sensu*: **A** *i. q. chronica, annales, monumenta antiquitatis* (*cf.* SCHOL. Hor. carm. 4, 14, 4 *p. 327, 13*): HOR. sat. 1, 3, 112 tempora si -osque velis evolvere (*cf. p. 327, 16*) mundi. carm. 3, 17, 4 per memores . . . -os (-us? *cf. p. 326, 40*). 4, 13, 15 tempora, quae semel notis condita -is inclusit volucris dies. epist. 2, 1, 48 qui redit in -os (-us *a R π*) et virtutem *poetarum* aestimat annis. VAL. MAX. 8, 15, 4 explica totos -os, constitue omnes currus triumphales, nihil tamen *eqs.* SEN. epist. 88, 39 quantum temporis inter Orphea intersit et Homerum, cum -os non habeam, computabo? PLIN. nat. 4, 14 delubrum Olympii Iovis, ludorum claritate -os Graeciae complexum. VVLG. I par. 27, 24 numerus *adulescentium* . . . non est relatus (*cf. p. 327, 26*) in -os regis David. CLAVD. 20, 60 prisca recensitis evolvite saecula -is. OROS. hist. pr. 10 ex omnibus . . . historiarum atque annalium -is. CASSIOD. chron. II p. 120, 1 pr.

B *i. q. index, descriptio, numerus*: ARNOB. nat. 3, 32 non Ceres, non Vesta deorum esse computabuntur in -is.

epitheta: Ausonii (LVCAN.), Romani (LVCAN.), Latii (LVCAN. VAL. FL. CLAVD.), Latini (PAVL. NOL.), Aeneadum (CARM. epigr.), Eoi (CLAVD.), publici (TREB.). peregrini (OV.). consulares (SPART.), consulum (LIB. de praen.), purpurei (MART.), purpurissati (SIDON.). picti, signantes tempora (OV.), noti (HOR.), memores (HOR. STAT.), perpetui (STAT. CLAVD.), aeterni (AVSON.), aetherii, felices (CLAVD.), servandi (PAVL. NOL.), mansuri (ORIENT.), summi (ASTER. Anth.).

annominatio: AVSON. 419, 27 fastidia. *cf. etiam* SIDON. carm. 2, 4.

iuxta posita: memoria (CIC.), tempora (HOR.), libri (PLIN. maior CLAVD.), nomina (AVSON). *Vetter.*

2. fāstūs, (-uum) *v. p. 326, 34 sqq.*

3. ✕**fastus,** -ūs *m.* PRISC. gramm. II 256 *v. p. 329, 4* [*fortasse cf.* *[Ammann]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c. iis vocabulis, quae s. v. fastigo *enarravimus; cf. theodisc.* parrunga *'superbia, fastus'. Th.*]. *de declinatione* (*cf.* 1. fastus): PROB. nom. gramm. IV 211,18 fastus ... huius -us. SERV. Aen. 3,326. PRISC. gramm. II 256,9 -us, quando a 'fastidio' est verbo, quartae est. AGROEC. gramm. VII 115,18 -us de superbia facit genetivo plurali -uum. *dat.*(*?*) -u: AVG. civ. 11,33 p. 509,5 D. (*v. p. 331,44*). *ablat.* fasto: AVSON. 290,14 *marg. V, v. infra l. 80.* 418,6 *cod. Π v. p. 330,70.* CORIPP. Iust. 3,209 *M.* *significatio*: SERV. Aen. 3,326 -us superbiam. ISID. diff. 1,260 inter 'fastos' et '-us': -us de superbia, fastos de libris (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 56,9). GLOSS. *ὑπερηφανία. ἐξουθένια.* superbia. fastidium. inflatio vel timor (*i.* tumor). contemptus. *ἐπισχύνιον.* superbia verborum. *legitur inde a* CATVLLO (55,14 *v. p. 330,27*), *in prosa oratione inde a* SEN. phil. (nat. 3,18,3), *pluralis primum* VERG. Aen. 3,326, *in prosa primum* TAC. ann. 4,74. *cf. tabellam:*

	sing.	*plur.*
CATVLL.	1	—
VERG.	—	1
HOR.	2	—
TIB.	—	1
PROP. *in exitu versus:*	2	3
in ipso versu:	—	6
OV.	1	8
SEN. trag.	1	—
phil.	1	—
CVRT.	1	—
PETRON.	1	—
LAVS Pis.	1	—
PLIN.	3	—
SIL.	—	4
STAT.	1	—
MART.	1	6
TAC.	1	1
AVSON.	3	—
AMM.	8	6
CLAVD.	4	3
AVG. civ.	13	1

saepius apud scriptores exeuntis latinitatis, deest tamen ITALAE *et* VVLG. [*dub.*: ARNOB. nat. 7,14 *v. p. 330,22* AVSON. 26,1 AMM. 22,12,8 RVFIN. hist. 1,7,13 *v. p. 330,79* GREG. M. moral. 26,73 *v. p. 330,16* in Ezech. 2,6,22 *v. p. 330,54* ISID. sent. 2,2,5 *v. p. 331,12.* *corrupt.* (*plerumque in* factus): SEN. nat. 3,18,3 *v. p. 330,35* PLIN. nat. 11,138 *infra l. 45* LAMPR. Alex. 20,2 *v. p. 330,69* AVSON. 290,14 *v. infra l. 80* SYMM. epist. 10,2,5 *v. infra l. 81* AMBR. Cain et Ab. 1,10,40 *pars codd.* SALV. gub. 7,53 *A* VEN. FORT. carm. 1, 15,97 *v. p. 330,20* ISID. orig. 9,3,6. *sensu dubio*: PETR. CHRYS. serm. 7 p. 207[B] MART. BRAC. sent. patr. 86. *ex coniect.*: GRATT. 285 *coni. Lachm.*]

I *praevalet notio* ***se efferendi,*** *superbiendi*: **A** *spectat imprimis ad* ***vultum,*** *motum, corporis habitum,* ***dignitatis affectationem*** (*cf.* PLIN. nat. 11,138 *supercilia* maxime indicant -um [factum *codd.*]. superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet): HOR. epist. 2,2,93 quanto cum -u, quanto molimine circum spectemus ... aedem (*cf.* GLOSS. II 70,44 -u superbia). OV. am. 2,17,9 a speculi sumuntur imagine -us. MART. 11,2,1 personati (*i. ficti*) -us et regula morum ... ite foras (*syn.* triste supercilium, severa frons). SYMM. epist. 1,1,3 fasces pictura tacet: tu respice -us. 1,29 qui philosophiam -u et habitu mentiuntur (metiuntur *Π*). HIER. in Soph. 1 p. 682 *superbi* cum quodam -u et dignitatis supercilio gradus templi ascendunt. OP. imperf. in Matth. 42 p. 868 non superbiae -u tumidam *imaginem dei reddere.* VAL. CEM. hom. 14,4 nolo illos dicere -us animorum, cum egreditur diu meditato supercilio (*opp.* humilitas). CORIPP. Iust. 3,209 custodes ardua servant limina ... -u (fasto *M*) nutuque tremendi. PRIMAS. in apoc. p. 899[A] *mulier* super bestiam sedere dicitur, utpote de qua -u praesumptionis extollitur. VEN. FORT. vita Albin. 5,13 magis esse laudabile, ut ... nobilitas inclinaret quod erat quam cum -u quaereret apparere, quod non erat (*opp.* humilitas). *cf.* DRAC. Orest. 415 *p. 331,9.* *in translatione*: COD. Theod. 10,26,1 (*a. 426*) nullius cingulo dignitatis utantur, ne ex hoc sibi erigendi supercilii -us ... oriatur.

B *spectat ad mores, animi habitum i. q.* ***elatio,*** *ὕβρις*: HOR. sat. 1,6,95 si natura iuberet ... alios legere ad -um quoscumque parentes optaret sibi quisque (*i. pro -u suo. fortasse subest notio fastidiosae electionis. cf.* PORPH. *ad l.* 'ad -um' id est ad fastidium et per hoc superbe. *cf. etiam p. 330,35*). PROP. 2,25,21 qui pleno -us assumis amore. OV. Pont. 4,9,16 illa ... sic essem luce superbus, ut caperet -us vix domus ulla meos. SEN. Oed. 614 (*enumerantur Orci incolae*) interque natos *Nioba* tandem suos tuto (*i. cui poena non iam imminet*) superba fert caput -u grave (gravi *A*). PLIN. nat. 9,119 Cleopatra ... superbo simul ac procaci -u ... quaerente *Antonio*, quid astrui magnificentiae posset, respondit una se cena centiens ~~HS~~ absumpturam. MART. 4,46,5 merito tumet Sabellus nec quemquam putat esse ... beatiorem. hos -us animosque dat Sabello farris semodius *eqs.* ARNOB. nat. 1,6 quodsi non ... -u et supercilio tumidi suis potius sensibus quam illius commonitionibus crederent. AVSON. 290,14 corruerunt Poeni luxu, Campania -u (fasto *marg. V cf.* CIC. leg. agr. 1,20. *v. p. 315,64*). SYMM. epist. 10,2,5 -ūs (*trad.* faustus fastum *alia*) et otium, fortunae grandioris vitia, nihil moramini. AMM. 14,11,26 *Adrastia* mortalitatis (*i. mortalium*) vinciens -us tumentes. 19,11,13 salutis -u fidentior (*genet. pendet a partic.*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1,15 p. 628 ed. Bas. veste quidem cultuque privato, sed -u regio (Ios. bell. Iud. 1,387 *τὴν μὲν ἐσθῆτα καὶ τὸ σχῆμα ἰδιώτης, τὸ δὲ φρόνημα βασιλεύς*). PRVD. psych. 182 *Superbia* tumido despectans agmina -u (*cf.* EVG. Tolet. carm. 8,33 turgens ponit ... superbia -us). CLAVD. 26,531 attollunt vanos oracula -us. AVG. civ. 1 pr. non humano usurpata -u, sed divina gratia donata celsitudo. 10,16 p. 427 D. per istos ... nuntios (*sc. angelos*) non sui -um, sed maiestatem *dei* praedicantes (*cf.* 12,1 habentes elationis -um pro excelsissima aeternitate *et al. de angelorum bonorum et malorum differentia*). epist. 203 *amatores saeculi huius* -u respuunt salubres monitus. POMER. 3,14,4 nullo -u perniciosae vanitatis inflari. GREG. M. moral. 2,43 cum posse mortalia perpeti *Christum* ... videret, omne quod de eius divinitate suspicatus est *diabolus*, ei -u suae superbiae in dubium venit. nil quippe nisi superbum sapiens *eqs.* 2,83 praesumptionis propriae -um deponat anima (*antec.* de se confidens). 26,73 quia ubique fidei reverentia coleris, cave ne eiusdem reverentiae -bus (fascibus *pars codd.*) extollaris (*syn.* vitio elationis intumescere). PALLAD. hist. mon. I pr. p. 247/8 rectius est ... vinum cum ratione potare, quam cum arrogantia et -u aquam. *metonymice i. q. causa se efferendi*: VEN. FORT. carm. 1,15,97 imperii -us toto qui rexit in orbe. *nota i. q. fastigium*: ARNOB. nat. 7,14 *homines* amor in altioribus standi docet gaudere de -bus (*cod.*, fastigiis *coni. Reiff*). SALV. gub. 7,53 quibus usque ad hunc fortitudinis -um contigerat ascendere, ut ... intellegerent sibi Romanae rei publicae vires ... pares esse non posse.

accedit notio recusandi, dedignandi (*fere i. q. fastidium*): CATVLL. 55,14 tanto ten -u negas, amice? PLIN. nat. 33,33 postea gregatim insigne *anuli equestris* appeti coeptum ... tantumque enatum est -ūs, ut *eqs.* LACT. mort. pers. 9,8 in tantos -us ... elatus est, ut iam detrectaret Caesaris nomen. CARM. epigr. 279,17 (*a. 357*) iacuit ... studium ... locandi (*sc. doni*) non -u spreti, sed quod non crederet ullus ... consurgere in auras *sc. obeliscum.* PETR. CHRYS. serm. 123 p. 651[B] ut oves bonae ... sine -u impigrae ... convenite. SIDON. carm. 2,3 sine -u scribere (*i. dignare te scribi*) bis fastis (*seq.* fastigatus).

nota de cibis (*cf.* fastidium *II B*): SEN. nat. 3,18,3 ad hunc -um (*E I ex coni.*, festum *Δ Φ*) pervenit venter delicatorum, ut gustare non possint (*sc. piscem*) nisi quem in ipso convivio natantem ... viderunt (*syn.* deliciae). TAC. ann. 2,2 accendebat (*sc. Vonones*) dedignantes (*sc. Parthos*) ... -u ... erga patrias epulas.

C *de dignitatis insignibus, ornamentis fere i. q.* ***splendor, magnificentia,*** *ostentatio*: AMM. 17,13,12 -u vitae prioris abolito (*opp.* infimitas obsequiorum servilium). HIL. in Matth. 4,2 nulla nos ... saecularis -ūs insolentia ... corrumpat (*cf.* AVG. vera relig. 38,71 forte dominationis temporalis -u decipi poterat, qui carnis voluptate non potuit). AVG. de ord. 1,8,25 superbum *galli* cantum et membra in unum quasi orbem collecta velut in -um dominationis. civ. 5,17 illum gloriae humanae inanissimum -um, in quo perceperunt mercedem suam, qui eius ... cupidine arserunt. epist. 130,12 si ... propter inanem -um elationis pompamque ... vanitatis *optant honores et potestates.* EVSTATH. Bas. hex. 1,1 *Moyses* -um (*τὸν ὄγκον*) tyrannidis exhorruit et ad humilitatem civium se convertit. GREG. M. moral. 29,18 Antichristi celsitudo ... super ... mentes hominum -u gloriae saecularis erigitur. in Ezech. 2,6,22 omnis in *Roma* saecularium dignitatum -us (ordo *editi teste Migne*) extinctus est. ISID. vir. ill. 14 *episcopus* residens -u quasi regalis imperii. *huc pertinere videtur*: MAXIMIN. c. Ambr. 89 *Aquileia* pro vestro speciali fast⟨u al⟩tissimo pulpita extat singularis (*cf. adnot. Kaufm.*).

II *praevalet notio alios* ***despiciendi,*** *in alios* ***insolenter agendi*****:** **A** *generatim*: VERG. Aen. 3,326 (*verba Andromaches*) stirpis Achilleae -us iuvenemque superbum ... tulimus (SERV. -us: superbiam. *cf.* SIL. 14,101 saevos ... pati -us [*sc. Hieronymi qui a Neoptolemo originem ducebat, cf.* 14,94] iuvenemque cruento flagrantem luxu). CVRT. 8,8,23 liberalis ... adituque facili nihil ex -u regiae assumpserat. LAVS Pis. 130 asperitate carens positoque ... -u inter ... aequales unus numeraris amicos. SIL. 11,150 -us exanguis populi vanumque tumorem ... Capua ... perferat. STAT. Theb 1,188 quanto premit omnia -u *Eteocles.* MART. 1,70,13 ne metua. -us limenque superbum. *al.* SOL. 11,31 offensus -u tyrannico. LAMPR Alex. 20,2 ⟨s⟩in⟨e⟩ -u et sine amaritudine pectoris. AVSON. 418,6 spernit tam longo cessatio *chartam meam* tua -u (faustu *P*[1], fasto *Π*) *sc. diu non respondendo. al.* SYMM. or. 4,11 urguebat ... novo -u patientiam regiam *praefectus.* rel. 4,3 quos Tarquinius -us ... offendit. AMM. 17,5,2 *Sapor* litteras ... dedit nusquam a genuino -u declinans. 27,7,9 haec ... licenter ... altiore -u ... agunt (OROS. hist. 2,13,5 insolentissimo). 30,7,10 voraces militarium -us ferre nequiens. *saepius.* AMBR. Cain et Ab. 1,10,40 -ūs esse indicium *voti dilationem.* RVFIN. hist. 1,7,13 Herodes ... libros, in quibus conscriptio generis habebatur, iussit incendi, aestimans se nobilem videri posse, si ... nullis conscriptionum -bus (*N F*, fascibus *P*, factis [*i.* fastis*?*] *tres codd. Vatic. cf.* GLOSS. Leid. Voss. Q° Lat. 69 ed. Hessels IV 9. 13. XXXV 102. 103) urgeretur. PS. RVFIN. in Am. 4,4,6 corrigentis. 6,2 qui ita fuissent urbibus pestilentes, ut quos ante per exempla corruperant, eosdem postea -u praedae (*dat., i. in praedam*) protererent. 8,7 non est ..., quod eorum -um contumeliis inopum terminetis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*i. contineri putetis*): longe ulterius . . . processit audacia. CLAVD. 22, 159 nec, quos promoveris, alto turgidus alloqueris -u. *saepius*. AVG. civ. 5,12 p 217,9 D -us regius non disciplina putata est regentis . . ., sed superbia dominantis (*inde* ISID orig. 9, 3, 6). COD. Theod. 6, 35, 11 numerariorum. SIDON. epist. 7, 6, 4 -u regio tonans. PHOC. carm. de Verg. 27 quis, facunda, tuos toleraret, Graecia, -ūs? (*syn.* eloquii tumor). ENNOD epist. 4, 7, 4 p. 103, 1 qui -um in sublimitate castigat (*i. cohibet*), docet se meruisse quod adeptus est. DRAC. Orest. 415 ipse sibi genium -u facit: ore minaci asper erat famulis. CASSIOD. hist. 7, 19 p. 1084^{C} non ferentes eius verborum -um. GREG. M. dial. 3, 6 erga *sanctum* illa mens effera ab elationis -u detumuit. ISID. sent. 2, 2, 15 fideles premunt -u (*cod Arev.*, fasce *ed.*) superbiae (*syn.* arrogantia). *cum notione licentiae* (*cf* AMM. 27, 7, 9 *p. 330, 74*): TAC ann. 4, 74 iuxta gratiam aut -us ianitorum. ITIN. Alex. 2 qui omnes illic -bus regiis milites bello, servi pace censentur. DICT. 3, 26 quas . . . captivas incertum cuius domini -us manerent. CLAVD. 15, 73 *Gildo* vitamque famemque (*sc. Romae*) librat barbarico -u. AVG. civ. 2, 20 divites pauperibus . . . ad ministerium sui -us abutantur. 15, 23 p. 110, 15 D. *generabant* non familiam -us sui (*sc. ut maligni daemones*), sed cives civitatis dei.

B *speciatim de amore repudiato* (*cf.* fastidium *II E*), *pluralis hic illic cum notione per licentiam eludendi*: TIB 1, 8, 75 Marathus quondam miseros ludebat amantes . . .: nunc omnes odit -us (*antec. syn.* fastidia). PROP. 1, 1, 3 mihi constantis deiecit lumina -ūs . . . Amor. 1, 7, 25 cave nostra tuo contemnas carmina -u. 1, 13, 27 nec tibi praeteritos passa est succedere -us. 1, 18, 5. 2, 14, 13 -us opponere . . . iniquos 3, 13, 10 quaeque †terunt (iterant, gerunt *coni.*) -us, Icarioti (*i. Penelope*), tuos. 3, 17, 3 tu (*i. Bacchus*) potes insanae Veneris compescere -us. 3, 19, 11 Cretaei -us . . . passa iuvenci (*Pasiphae*). 3, 24, 35. 4, 5, 42. OV. epist. 4, 150 ubi nunc -us altaque verba? iacent! rem. 511 ars 1, 715. 2, 241. 3, 511 odimus immodicos . . . -us. met. 14, 762. fast. 1, 419 *syn.* superbia. PETRON. 96, 7 contubernalis mea mihi -um facit. SIL. 7, 465. MART. 4, 29, 5 spoliatricem commendat -us amicam (*opp.* ianua semper aperta). 12, 75, 7 *puerorum* delicias superbiamque et -us querulos (NEMES. ecl. 4, 59 quisquis amat pueros . . ., perferat et -us). FIRM. err. 3, 1 ulcisci. SCHOL. Hor. carm. 3, 26, 7 -us etiam per vim repugnantium.

***iuncturae*:** **1** *nominativus*: succedit: PROP. 1, 13, 27. accedit: OV. ars 1, 715. inest *alicui*: OV. fast. 1, 419. enascitur: PLIN. nat. 33, 33. offendit: SYMM. rel. 4 (17. 24), 3. **2** *genetivus pendet a synonymis* (*cf. infra l. 75*): HIL. in Matth. 4, 2 insolentia. SEDVL. op. pasch. 3, 27 p. 253, 9 nec tumore superbi -us inflantur (GREG. M. moral. 7, 34 turgidi -us). **3** *dativus*: subdere: AVG. civ. 11, 33 suo -u (*abl.?*) subdendi et nocendi libidine exaestuantem. **4** *accusativus*: **a** *de eo qui* -u *offenditur*: ferre: VERG. Aen. 3, 327 PROP 4, 5, 42 SIL. 7, 465 AMM. 30, 7, 10 CLAVD. 20, 192 AVG. civ. 3, 15 p. 118, 33. perferre: SIL. 11, 150. MART. 7, 39, 3 patique. CYPR. ad Donat. 11 NEMES. ecl. 4, 59 CORIPP. Ioh. 4, 36. pati: PROP. 3, 19, 11. 3, 24, 35 SIL. 14, 101 MART. 3, 82, 32. *aliter l. 51.* tolerare: PHOC. carm. de Verg. 27. **b** *de eo cui* -us *inest*: opponere: PROP. 2, 14, 13. assumere: PROP. 2, 25, 21. facere *alicui*: PETRON 96, 7. pati: CORIPP. Iust. 3, 370 -us non patimur. gentes servire volentes . . . donis . . . et honore levamus. **c** *de causis, auctoribus*: augere: AMM. 27, 9, 4. attollere: CLAVD. 26, 551. **d** *de tollendo* -u: compescere: PROP. 3, 17, 3. ponere: OV. rem 511 met. 14, 762 LAVS Pis. 130 CLAVD. 24, 118 EVG. TOLET. carm 8, 33. exuere: OV. ars 2, 241. comminuere: ARNOB. nat. 1, 63. vincire: AMM. 14, 11, 26. abolere: AMM. 17, 13, 5. frangere: AMM. 28, 5, 8. superare: SCHOL. Hor. carm. 3, 26, 7. laxare: CLAVD. 10, 198. castigare: ENNOD. 3, 7, 4. **5** *ablativus*: **a** *pendet a verbis*: contemnere: PROP. 1, 7, 25 IVVENC. 3, 407. premere: STAT. Theb. 1, 188. offendere: SOL. 11, 31. spernere: CARM. epigr. 219, 17 AVSON 404, 26. urgere: RVFIN. hist. 1, 7, 13. respuere: AVG. epist. 203. insultare: ILDEF. vir. ill. pr. tumere: AVSON. 26, 1 (statu *T*). 404, 29. efferri: AMM. 18, 3, 6. extolli: HEGES. 1, 40, 2. PRIMAS. in apoc. p. 899^{A}. inflari: POMER. 3, 10, 2. 3, 14, 4 GREG. M. moral 23, 11. erigi: GREG. M. moral. 29, 18. agere: AMM. 27, 7, 9 OROS. hist. 2, 13, 5. destitui: AMM. 28, 6, 25. **b** *pendet ab adiectivis*: tumidus: ARNOB. nat. 1, 6 OP. imperf. in Matth. 42 p. 868. superbus: AMM. 16, 7, 8. turgidus: CLAVD. 22, 159. AVG. conf. 3, 5, 9 turgidus -u mihi grandis videbar. **6** *praepositiones*: ab: GREG. M. dial. 3, 6 mens . . . ab elationis -u detumuit. ad: HOR. sat. 1, 6, 95. in -us (-um) efferri: AMM. 14, 1, 1 PASS. Petr. 1 in -um elationis. in -um extolli: AVG. civ. 1, 28 p. 45, 11.

***structurae cum genetivo*:** **1** *synonymorum*: ARNOB. nat. 1, 63 superbiae (AVG. civ. 1, 28 p. 45, 11 D. 10, 16 p. 426, 22. 22, 10 p. 583, 17 impurae superbiae. CASSIAN. inst. 5, 10 OP imperf. in Matth. 42 p. 868 ILDEF. vir. ill praef). AVG. civ. 5, 17 p. 222 gloriae humanae (GREG. M. moral 29, 18 gloriae saecularis). 12, 1 p. 512, 15 elationis (epist. 130, 12 *syn.* pompa vanitatis. GREG. M. moral. 21, 30 PASS. Petr. 1). epist. 48, 2 iactantiae (*syn.* apex superbiae). COD. Theod. 10, 26, 1 erigendi supercilii. POMER. 3, 10, 12 ruinosae ambitionis. 3, 14, 4 perniciosae vanitatis. PRIMAS. in apoc. p. 899^{A} praesumptionis (GREG. M. moral. 2, 83). **2** *causam indicante*: AMM. 16, 7, 8 potentiae (GREG. M. moral. 15, 45). 18, 3, 6 nobilioris militiae. RVFIN. hist. 1, 7, 13 conscriptionum *v. p. 330, 79*. AVG. vera relig. 38, 37 dominationis. EVSTATH. Bas. hex. 1, 1 tyrannidis. GREG. M. moral. 23, 11 scientiae. 26, 73 reverentiae *v. p. 330, 16*. **3** *definitivo*: CASSIOD. hist. trip. 7, 19 p. 1084^{C} non ferentes eius verborum -um. **4** *nota genet. pron. pers.*: AVG. civ. 10, 10 sui. *v. p. 330, 7.*

accedit praepositio erga: TAC. ann. 2, 2. *cf.* GREG. M. *p. 331, 11.*

***adiectivorum conspectus*:** altus: AMM. 27, 7, 9 (*comp.*) CLAVD. 22, 159. barbaricus: AMM. 16, 12, 3 CLAVD. 15, 73. constans: PROP. 1, 1, 3 *v. p. 331, 24.* genuinus: AMM. 17, 5, 2. 17, 13, 5. humanus: AVG. civ. 1 pr. immodicus: OV. ars 3, 511 (*pl.*). inanis: AVG. civ. 5, 17 p. 222 (*superl.*). epist. 130, 12. iniquus: PROP. 2, 14, 13. insolentissimus: OROS. hist. 2, 13, 5. procax: PLIN. nat. 9, 119. querulus: MART. 12, 75, 7 (*pl.*). regius: ITIN. Alex. 2 AVG. civ. 3, 15. 5, 12 (*pl.*). SIDON. epist. 7, 6, 4 ISID. orig. 9, 3, 6. saecularis: HIL. in Matth. 4, 2. saevus: SIL. 14, 101. superbus: PROP. 3, 24, 35 PLIN. nat. 9, 119 SEDVL op. pasch. 3, 7 HEGES. 1, 40, 2. supinus: AVSON. 404, 29. *cf.* resupinus AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 40. Tarquinius: SYMM. rel. 4, 3. terribilis: CLAVD. 10, 198. tumens: AMM. 14, 11, 26 (*pl.*). tumidus: OV. ars 1, 715 PRVD. psych. 182. turgidus: GREG. M. moral. 7, 34. tyrannicus: SOL. 11, 31 AVG. civ. 14, 11 p. 29. vanus: CLAVD. 26, 551.

synonyma selecta (*cf. p. 331, 41. 75*): molimen (HOR.), superbia (OV. PLIN. nat. 11, 108 *v. p. 329, 46*), deliciae (SEN. nat. MART.), asperitas (LAVS Pis.), magnificentia (PLIN. nat.), tumor (SIL.), luxus (SIL.), -ūs animique (MART.), triste supercilium, severa frons (MART.), dignitatis supercilium (HIER.), pompa (AVG.), arrogantia (PALLAD.).

opposita: infimitas (AMM.), humilitas (VAL. CEM.).

annominationes: fasces: SYMM. epist. 1, 1, 3. 1. fastus, fastigare: SIDON. carm. 2, 3 *v. p. 330, 34.*

deriv.: fast(u)osus. *Ammann.*

1. fāta, -ae *v. nom. propr.*

2. CORP. XIV 4104 (= I^{2} 559) Ceisia Loucilia **fata** (*primae litterae forma est* F *vel* Ⅎ) ret Iunio Setio atos ret (*inscriptio Praenestina obscurissima*; 'fata' *matrem significare coniecit Jordan; sed cf. Bücheler ad* CORP. I^{2} 559 *et Gerhard-Körte, Etrusk. Spiegel V p. 199 sqq.*).

✖fātālis, -e *a* fatum. VARRO ling. 6, 52 *v. p. 355, 14.* PRISC. gramm. II 131, 2 fatum fati fatalis. fātālēs: CORP. XIV 2553 = CARM. epigr. 1032, 1. *abl.* -e: IORD. Get. 56, 288 *pars codd.* CARM. epigr. 1036, 1*?* *v. p. 334, 3. sine comp. et superl. inter voces medias numerat* SERV. Aen. 7, 120 (*cf. etiam infra l. 67*). GLOSS. μοιρίδιος. -e μόρσιμον, εἱμαρμένον. ex fato contingens, mortifera. *corrupta*: GLOSS. II 579, 48 -e locus unguenti. *cod. Leid.* 67^{E} paludio (Palladium*?* *Götz*; Palladis *Löwe. cf. l. 67*). *inde a* CIC. [*loco mutilo* INSCR. christ. Rossi I p. 655 *a. 427.*]

I *absolute*: **A** *generatim* (*ex fato veniens, ad fatum pertinens, fato datus sim.*): **1** *de personis*: CIC. Pis. 9 a -i portento prodigioque reipublicae (*Clodio*) lex . . . eversa est. VERG. Aen. 11, 232 -em Aenean . . . numine ferri (*i. fato missum*; SERV. perniciosum omnibus . . . vel exitio futurum omnibus). 12, 232 en, omnes et Troes et Arcades hi sunt, -isque (-esque *al.*) manus, infensa Etruria Turno (*cf.* 8, 499 *sqq.*). HOR. carm. 1, 37, 21 -e monstrum (*de Cleopatra*; PORPH. a fato sibi servatum aut detestabile; ⟨an⟩ dictum hoc accipiamus: quasi decreto fatorum nobis obiectum?). 3, 3, 19 -is incestusque iudex (SEN. Ag. 730 arbiter). OV. met. 15, 602 finite metum -is morte tyranni. LIV. 5, 19, 2 dux (*Camillus. item de Scipione* 22, 53, 6. 30, 28, 11). STAT. Theb. 2, 11 socer . . . -is Adrastus. VOPISC. Car. 15, 4 tandem occidi Aprum -em. MEROB. poet. 35 Mavors, Latii -is origo. *de deis, maxime Parcis*: OV. Pont. 1, 8, 64 nerunt -es fortia fila deae. CENS. 8, 5 p. 14, 13 deas -es nuncupant Moeras. ANTH. 792, 1 (*fort. medii aevi*) tres sunt -es quae ducunt fila sorores. MART. CAP 8, 810 refulsere divi -esque maxime, quorum *eqs.* CORP V 8802 dis deab(us) -bus. VI 521 (*periit*) Mercurio caelesti -i (VIII 23891 Mercurio -i). CARM. epigr. 1310, 2 -es . . . dei. **2** *de rebus corporalibus*: LVCR. 5, 876 iacebant . . . -bus omnia vinclis. VERG. Aen. 2, 165 -e . . . Palladium (SERV. τῶν μέσων est. *cf.* SCHOL. Verg. Veron. *ad h. l.* OV. met. 13, 381 signum -e Minervae). 4, 355 -bus arvis (5, 82). 6, 409 donum -is virgae. 7, 115 violare . . . mālis . . . audacibus orbem -is crusti. 11, 130 -es murorum attollere moles. AETNA 228 quae sint magno -ia (natalia *C Par.*) mundo principia. PROP. 3, 4, 11 sacrae -ia lumina Vestae OV. epist. 9, 156 *Meleager* -i vivus in igne fuit (*cf.* met. 8, 479 lignum -e. HYG. fab. 171 p. 28, 4 titionem -em). met. 8, 85 -i (vitali *M N al.*) nata parentem crine . . . spoliat (PROB. Verg. ecl. 6, 74 HYG. fab. 198 p. 162, 15. 242 p. 135, 6). 9, 411 -e . . . aurum (STAT. Theb. 4, 211 CLAVD. 5, 342). 15, 54 Aesarei -ia fluminis ora. 15, 534 -em glaebam fast. 6, 445 pignora (*sc. imperii*) . . . -ia (LIV. 26, 27, 14 RVT. NAM. 2, 55). LIV. 5, 14, 4 in libris -bus (5, 15, 11 *al.* SVET. Iul 79, 4 GRAN. LIC p. 15, 3 CENS. 14, 6 p. 25, 15 VOPISC. Aurelian. 19, 1 ARNOB. nat. 7, 47 PS. AVR. VICT. epit. 34, 3). LIV. 38, 45, 3 terminos -es *Tauri*. SEN. Thy. 233 -e saxeo pascuum muro tegens. Tro 66 -is Ide, iudicis . . . domus. LVCAN. 7, 591 -es . . . Philippos (*sc. Bruto*) VAL. FL. 5, 241 -ia . . . terga *arietis*. SIL. 1, 23 -i Dido . . . appellitur orae. 17, 347 -ia regna Teucrorum. ITIN. Alex. 4 -em . . . belli lineam.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

✖**favus**, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 88 -i a fovendo. ISID. orig. 20, 2, 37 -um vocari, quia comeditur magis quam bibitur; φαγεῖν enim Graeci comedere appellant (SCHOL. Prud. cath. 3, 72). MARTYR. gramm. VI 191, 1 mobilia ... per V vocalem loco positam consonantis ... -us fava (*i.* faba) *eqs.* GRAMM. suppl. 293, 12 per v -i scribuntur. *genus*: DVB. NOM. gramm. V 579, 5 (*inepte*) -um generis neutri, ut illud 'super mel et -um' (*v. p. 392, 22 sqq.*); pluraliter autem -i. *neutr.*: ITALA iud. 14, 8 (Lugd.) -um apium erat in ore leonis (*cf. p. 391, 59*). *v. etiam l. 74 et 78.* *de significatione*: PLIN. nat. praef. 24 κηρίον inscripsere *volumina*, quod volebant intellegi -um. ISID. diff. 1, 257 favor adiutorium est, -um vero mel. SCHOL. Prud. cath. 3, 72 -us mel in cera. GLOSS. κηρίον (*cf. p. 391, 27. 392, 22 al.*). μελίκηρον. μελικηρίς. ζαηνίον. II 357, 21 κνψέλη μελισσῶν -us (-is *al.*) alvearium. GLOSS. Bern. Hagen, Grad. ad crit. 54 -bum brisca, id est opera avium (*l.* apium). [brisca *francog. vet.* bresche, *hisp.* bresca. *M.-L. v. Gröber, Archiv 1 (1884) 252.*] GLOSS. III 569, 6 meziron (μελίκηρον) fagi de melle. 569, 27 maladrinixia: -us mellus (μελικηρίς -us mellis *Götz*). *legitur inde ab* ATTA. [*val.* fag, *it.* fiavo. *M.-L.*] [*dub.*: OV. fast. 1, 186. GLOSS. III 359, 5 -um: φενλος (*? inter arbores*; fagum φλέως *vel* fagus φηγός *Vulc.*).]

I *i. q. cerae apium, in quibus mel condunt*: **A** *generatim*:

[Wulff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VARRO rust. 3,16,24 -us est, quem fingunt *apes* multicavatum e cera, cum singula cava sena latera habeant. ATTA com. 15/16 nucem graecam -umque adde quantum libet. CIC. off. 1,157 apium examina non fingendorum -orum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt -os. VARRO rust. 3, 16, 5 in -o sex angulis cella (AVSON. 408, 17 quot iuncturas geometrica forma -orum conserit. *cf. supra l. 2*). rust. 3, 16, 23 erithacen vocant, quo -os extremos inter se conglutinant *apes* (PLIN. nat. 11, 42 *relinqui* eas partes -orum, quae habeant erithacen. *cf.* VARRO rust. 3, 16, 24 neque quae afferunt ad ...propolim, erithacen, -um, mel *faciendum*, ex iisdem omnibus rebus carpere *apes*). 3, 16, 32 -orum foramina obducta videntur membranis, cum sint repleti melle. VERG. georg. 4, 22 ludet . . -is emissa iuventus. 4, 104 *examina* ludunt contemnuntque -os (*cf.* LVCAN. 9, 286. CLAVD. 28, 262 sponte relictis descivere -is). 4, 161 gluten prima -is ponunt fundamina (*cf.* SERV. *ad l.*). 4, 179 munire -os. 4, 214 crates solvēre -orum. 4, 242 -os . . . adedit stelio et . . . congesta cubilia blattis (*cf.* COLVM. 9, 7, 5 *de stelione, scarabaeo, papilione, blatta.* 9, 14, 1—2 *de araneis et tineis; item* PALLAD. 4, 15, 4). TIB. 2, 1, 50 compleat ut dulci sedula *apis* melle -os. OV. medic. 82 de flavis Attica mella -is (fast. 3, 746. CYPR. GALL. iud. 557 flaventi permixta *mella* -o). fast. 1, 364 inceptos destituisse -os *apes necatas*. Pont. 4, 15, 10 quot parit Hybla -os (SIL. 14, 200 nectareis vocat ad certamen Hymetton . . . Hybla -is. STAT. silv. 2, 1, 48 Hyblaeis. MART. 13, 105 cum dederis Siculos mediae de collibus Hyblae, Cecropios dicas tu licet esse -os. CLAVD. 14, 8 Hyblaeos latebris nec spoliat -os. *cf.* CARM. epigr. 1262, 8 *sepulchrum* texerunt . . . -i de Siculis apibus). CELS. 5, 28, 13 ulceris genus, quod a -i similitudine κηρίον a Graecis nominatur (PLIN. nat. 20, 11 ulcera concreta in modum -i, quae ceria vocant). PHAEDR. 3, 13, 1 apes in alta fecerant quercu -os. 3, 13, 10. SEN. epist. 84, 3 quicquid attulere *apes*, . . . per -os digerunt (MACR. sat. praef. 5). 121, 23 par in -is angulorum omnium foramen. COLVM. 9, 4, 5 quae *herbae* -orum ceras exuberant. 9, 5, 5 sine qua (*aqua*) neque -i . . . figurari queunt. 9, 11, 1 si nullam progeniem tulerint -i. 9, 11, 4 si quos habet -os *alvus*. 9, 11, 5 (*bis*) in extremis -is transversas fistulas esse, quae contineant regios pullos (9, 14, 4. *cf.* PLIN. nat. 11, 47 nascuntur . . . in extremis -is apes grandiores. PALLAD. 6, 10. *cf.* 7, 7, 8 ceras -orum et extremitates). 9, 13, 4 sub -is acervatim enectae reperiuntur *apes* (*cf.* 9, 14, 17 ieiunae . . . -is accubantes torpent). 9, 13, 11 paucitas *apium* -is complendis non sufficit. 9, 15, 1 sine industria -is assidens *fucus*. 9, 15, 4 semipleni -i sint. 9, 15, 6 si duo sunt examina, duo genera quoque -orum inveniuntur. 9, 15, 7 cavearum tectis . . . adhaerentes dependent ita, ne solum contingant (PLIN. nat. 11, 23 superiore parte affixi . . . simul haerent et pendent). 9, 15, 8 non semper eiusdem figurae reperiuntur -i. PETRON. 39, 15 quod . . . in medio *ferculi* caespitem videtis et supra caespitem -um (*cf. p. 392, 19*), . . . terra mater est in medio . . . et omnia bona in se habet tamquam -us. PLIN. nat. 8, 129 *ursae* -os expetunt. 11, 11 -os confingunt *apes* et ceras. 11, 14 primum -os construunt, ceram fingunt. 11, 16. 17 in -orum inanitatibus sepositus *cibus*. 11, 33 *bis*. 34. 45 lividos. 11, 50 fit in -is quibusdam qui vocatur clavus. 11, 64 cum -os non explent *apes*, claron vocant. 13, 113 structura eorum (*Punicorum malorum*) quaedam ut in -is. 21, 77 *in Perside cet.* venenati -i gignuntur (21, 78. *cf. p. 392, 51*). PS. QVINT. decl. 13, 8. GAIVS dig. 41, 1, 5, 3 -os . . . , si quos hae *apes* fecerint, sine furto quilibet possidere potest (PAVL. dig. 47, 2, 26 pr.). TERT. adv. Hermog. 44 p. 173, 17 deum sic per materiam decucurrisse, quo modo mel per -os (nat. 2, 4). PALLAD. 7, 7, 1 vacuae sedes -orum. *ibid.* crates -orum. 7, 7, 2. HIER. in Tit. 1, 12 *sq.* p. 707 apes solent -orum cellulas coaptare. VVLG. iud. 14, 8 in ore leonis erat . . . -us mellis (*cf.* AVG. c. Faust. 12, 32 PS. ORIG. tract. 13 p. 151, 15. VVLG. I reg. 14, 27 intinxit *virgam* in -um mellis. RVFIN. hist. mon. 11 p. 429^{C}. *cf. p. 390, 81 et 392, 28. 41*). CLAVD. 3, 383 rorabant querceta -is. 5, 465 *apes* antra defendunt pronoque -os examine velant (*cf.* DRAC. satisf. 62 *apibus* datur, ut habeant vulnera castra -os [*cf.* EVG. TOLET. satisf. 56]. Romul. 7, 50 stimulisque -os apis alma tuetur). 8, 383 traduntque *apes* -os regi. rapt. Pros. 2, 109 ilex plena -is. 3, 25 undaret neu silva -is. SVLP. SEV. chron. 1, 33, 8 -o reperto . . . mel degustaverat. EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 949^{C} fingunt . . . -os *apes* constructos ex floribus *eqs.* CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 11 *apis* feturam alit atque imbuit ubere -orum. PHOC. carm. de Verg. 54 cohors apium . . . *Vergili* labra -is texit. VEN. FORT. vita Hil. 6, 19 *sponsi* dulcedo -i mella postponeret. LAVRENT. eleem. p. 110^{B} *apes* dulci distendunt nectare -os. *nota proverb.* (*cf. Otto, Sprichw. p. 133*): PETRON. 43, 1 itaque crevit, quicquid crevit, tamquam -us. 76, 8 quicquid tangebam crescebat tamquam -us.

de cellis aliorum animalium: PLIN. nat. 11, 99 fodiunt ex *blattarum* genere . . . scarabaei tellurem aridam -osque parvae et fistulosae modo spongiae medicato melle fingunt. *cf. supra l. 17 sq.* TERT. adv. Marc. 4, 5 p. 431, 4 faciunt -os et vespae.

B *speciatim*: **1** *de cura -orum*: VARRO rust. 3, 16, 8 obturant omnia, qua venit inter -os spiritus. 3, 16, 17 qua mellarii -um eximere possint (3, 16, 32. 34 [*bis*] eximendorum -orum . . . tempus. COLVM. 9, 14, 11 post arcturi exortum . . . -orum secunda est exemptio. 9, 14, 20 labantes -os eximere. 9, 15, 10 *sq.* PLIN. nat. 11, 35. *cf.* OV. rem. 186 relevent dempti vimina curva -i). 3, 16, 22 -i melliti intus ponendi *in alveum*. VERG. georg. 4, 141 cogere pressis mella -is (OV. fast. 4, 152 expressis mella liquata -is. COLVM. 9, 15, 13 fragmina -orum . . . retractata exprimuntur. 9, 16, 1 expressae -orum reliquiae. PLIN. nat. 21, 83). COLVM. 9, 13, 8 vitiosi -i tollantur. 9, 13, 9. 10 *bis*. 12 *bis*. 9, 14, 5 frumenta et -i demetuntur (9, 15, 12. 11, 2, 50 si sunt pleni atque operculati -i, demetendi sunt. 11, 2, 57). 9, 14, 13 opercula intus usque ad -os admovenda sunt. 9, 14, 15. 9, 15, 5 subsecentur (*cf.* 9, 15, 9 ferramento . . . insecandi sunt -i). 9, 15, 11 castrabuntur veteres potius -i quam novi eximentur. 12, 11, 1. PLIN. nat. 21, 82 -os lavari aqua. 21, 83. 22, 129 -orum cera coquitur. PALLAD. 7, 7, 3. 4.

2 *de usu*: **a** *adhibetur in sacrificiis*: VARRO rust. 3, 16, 5 -us (*trad.* -um) venit in altaria. VERG. georg. 1, 344 *Cereri* lacte -os et miti dilue Baccho. TIB. 1, 10, 24 *ferebat* purum filia parva -um. OV. fast. 2, 652 porrigit incisos filia parva -os. CALP. ecl. 2, 66 rorantes. PLIN. nat. 25, 107 -is ante et melle terrae ad piamentum datis. SIL. 7, 181. **b** *pro esca est hominibus*: OV. met. 8, 677 (*de mensis secundis*) candidus in medio -us est. PETRON. 35, 5 (*cf.* 35, 7 tam viles ...cibos. *sed v. p. 391, 47*) caespes ...-um sustinebat. 39, 15 *v. p. 391, 45 sq.* MART. 1, 43, 4 dulcibus . . . certant quae melimela -is. 4, 13, 4 Massica Theseis tam bene vina -is *miscentur*. ITALA psalm. 18, 11 (Tert. scorp. 1 adv. Marc. 4, 17) eloquia domini dulcia super mella et -os (κηρίον, VVLG. -um). psalm. 118, 103 (Hier. epist. 54, 17, 1) dulcia gutturi meo eloquia tua super mel et -um (μέλι, VVLG. mel). SYMM. epist. 1, 102 *epistulae* -is iucundiores. VVLG. prov. 24, 13 mel . . . et -um (*deest* LXX) dulcissimum gutturi tuo. 27, 7. cant. 5, 11 comedi -um cum melle meo. Sirach 24, 27 hereditas mea dulcis est super mel et -um (μέλιτος καὶ κηρίου). Luc. 24, 42 -um mellis (ἀπὸ μελισσίου κηρίου. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 77 p. 60, 13 Orig. in num. 21, 1. VAL. CEM. hom. 5, 5 offendat *gustus*, si -o mellis quaecumque amaritudo se misceat. VRAN. epist. 11 p. 865^{A} [*bis*] -um candidissimum mellis. *cf. p. 391, 59*). RVFIN. hist. mon. 7 p. 416^{C}. PS. PROSP. carm. de prov. 524 fel et acetum dulcius ille -is haurit. ENNOD. opusc. 3, 31 p. 338, 21 dulciora -is verba. *v. etiam p. 390, 65 sqq.* *adde*: CELS. 4, 26 cum *pulticula* paulum ex -o vetere coctum (*in medicamentis* PLIN. nat. 22, 116 *dantur* -i . . . ipsi in pulte alicae. PELAGON. 208 omnia . . . cum -o misces). HIER. epist. 52, 11, 3 -i decoquuntur in dulcem et barbaram potionem. *in metaphoris*: TERT. coron. 14 *Christus* -os post fella gustavit (*proverbialiter, ut videtur, cf. Oehler ad l.; Otto, Sprichw. p. 133*). VVLG. prov. 5, 3 -us (μέλι) . . . destillans *sunt* labia meretricis (cant. 4, 11). 16, 24 -us mellis *sunt* composita verba. RVFIN. Orig. in iud. 5, 2 caelestis doctrinae -os et dulcia divini eloquii mella (CASSIOD. in psalm. praef. 1 p. 12^{B}). PAVL. NOL. epist. 4, 1 affluentes et de caelestibus -is dulces *litteras*. LICENT. carm. ad Aug. 147 priorum *scriptorum* aequiparanda -is. PAVL. MED. vita Ambr. 3 examen apum scriptorum ipsius nobis generabat -os. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 15 quos ingenii melle repleas eloquentiae conficis -os (p. 205, 18). ENNOD. dict. 11, 6 p. 460, 14 disciplinarum melle et -is scientiae. epist. 1, 9, 1 p. 18, 8 -os loqueris. 3, 30, 1 p. 93, 7 -is *tuis* . . . iniucunda copulari et serenitatem conscientiae verborum austeritate maculatam. 5, 27, 3 p. 147 quis -is toxica . . . admiscuit? VEREC. in cant. 9, 15 inter -os legis ac prophetarum et euangelica mella. CASSIOD. in psalm. praef. p. 10^{A} (*de psalterio*) -us interioris hominis. *cf. etiam p. 391, 70.*

II *i. q. lapis sexangulus* (*in opere sectili*): VITR. 7, 1, 4 (*de pavimento faciendo*) scutulis aut trigonis aut quadratis seu -is. CET. FAV. 19 p. 302, 9 marmor sectile aut tesserae aut scutula aut trigona aut -i superimponantur (*v. Blümner, Technol. III 339*).

faux, -cis *f.* [*orig. inc. sunt qui conferant theodisc.* gaomo, guomo, *anglosax.* gōma '*fauces*', *lituan.* gomurys '*fauces*', *gr.* χαῦνος, χάος; *v. Walde, Lat. Etymol. Wörterb.*^{2} *s. v. Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 11, 1, 56 -es a fundendis vocibus nominatae, vel quod per eas famur voces. diff. 2, 60 -es sunt angustae fistulae quasi foces, per quas vocalis spiritus . . . exsiliens sonum vocis emittit. SCHOL. Prud. cath. 3, 72 -es, quia comedunt (*a* φαγεῖν *derivari videtur*). *de genere feminino*: CHAR. gramm. I 33, 10 (EXC. Bob. gramm. I 549, 6) *v. l. 69*. PRISC. gramm. II 323, 21 in aux unum femininum: haec -x huius -is. *de numero et formis*: VARRO ling. 10, 78 quaedam non *consuetudo patietur*, ut si dicas pro -es -x. CHAR. gramm. I 33, 10 feminina semper pluralia ...-es (EXC. Bob. gramm. I 549, 6). I 93, 18 nominativum . . . singularem . . . non habeant, ut . . . -es. PRISC. gramm. II 371, 19 inusitata sunt, quibus non inveniuntur usi auctores, quamvis proportione potestatem faciente dicendi, ut -x (*cf. l. 66*). GLOSS. II 470, 17 singulariter non declinabitur. *legitur singularis (saepius sensu strictiore i. q. gula, guttur): nom.* -x: CAEL. AVR. acut. exc. 12 p. 707 chron. 2, 11, 127 *v. p. 393, 15* GLOSS. II 507, 20. 579, 49. faucis: GLOSS. II 470, 16 (*var. lect.* -x). III 601, 19. *acc.*: ITALA Ier. 2, 25 (Lucif. non conv. 8 p. 16, 21) HIER. epist. 22, 21, 5 VVLG. Sirach 31, 12. *gen.*: SEDVL. op. pasch. 4, 6 (*sensu ambiguo v. p. 398, 52*). *abl.*: HOR. epod. 14, 4 OV. epist. 9, 98 met. 14, 738 Ib. 549 PHAEDR. 1, 1, 3. 1, 8, 4 MART. 7, 37, 6 SER. SAMM. 272 AVIEN. orb. terr. 792 AVG. serm. ed. Mai 5, 3 SIDON. carm. 5, 23 SEDVL. carm. pasch. 2, 19. 4, 61 *v. p. 398, 52* op. pasch. 2, 2 ALC. AVIT. hom. 7 p. 115, 20 DRAC. Orest. 225 EVG. TOLET. carm. 14, 8 ARATOR act. 2, 376 GREG. M. moral. 11, 9. 18, 64 INSCR. christ. Rossi II p. 56, 5. *raro sensu latiore: acc.*: AVG. serm. 387, 2 (*i. q. angustiae*). *abl.*: AMPEL.

[Wulff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7, 5 (*i. q. fretum*). MACR. sat. 1, 16, 17 (*i. q. ianua*). CARM. post. min. V 87, 1 (*i. q. sinus maris*). GREG. M. in euang. 20, 14 (itineris). *gen. plur.* -ium *passim.* *legitur* foc-: GLOSS. V 296, 15. *cf. p. 392, 61 et 62. adde*: CORP. IX 5048 *ubi* foc. *obscurum (v. Mommsen ad l.).* [*it.* foce, *prov.* fotz, *hisp.* hoz. *M.-L.*] *significatio*: GLOSS. φάρυγξ gurgulio, guttur. gula interior. -es: φάρυγγες. λαιμός. *legitur inde a* PLAVTO *et* ENN. [*corrupt.*: LVCAN. 3, 687 *P al.* PLIN. nat. 2, 42 *pars codd.* 25, 107 *pars codd.*]

I *sensu strictiore*: **A** *i. q. gulae pars superior vel etiam ipsa gula, iugulum*: **1** *proprie*: **a** *hominum (fluvii p. 394, 31, venti p. 394, 34)*: PLIN. nat. 11, 179 summum gulae -es vocantur, extremum stomachus. CASSIOD. in psalm. 118, 103 -es ... sunt gutturis nostri via, ubi iam deglutita dulcedo nulla sentitur. *aliter*: CAEL. AVR. chron. 2, 11, 127 loci *ex quibus sanguis fluit*: ... summitas -ium, arteria asperior, quae etiam -x nuncupatur, pulmo *eqs.* ISID. diff. 2, 60 (*v. p. 392, 62*). PLAVT. Asin. 41 *excrea* usque ex penitis -bus. Curc. 128 ingurgitat ... in se merum avariter -bus plenis (Stich. 468 propino tibi salutem plenis -bus. LACT. inst. 7, 27, 12 aquam ... de perenni fonte plenissimis -bus trahant). Curc. 318 gramarum (os amarum *codd.*) habeo dentes plenos, lippiunt -es fame (*abusive per iocum*). Most. 219 in anginam ... me velim verti, ut veneficae illi -es prehendam (*cf.* PAVL. FEST. p. 8 a Graeco *ἄγχειν τὴν δειρήν* ... -ium dolor angina vocatur. CELS. 4, 7 in -bus esse consuevit *angina.* SCRIB. LARG. 206 angina correptis -bus). Most. 380 sitis -es tenet. RHET. Her. 3, 12, 21 *continenter multa dicendo* -es ... calefiunt et arteriae complentur. 3, 14, 24 plenis -bus quam sedatissuma et depressissuma voce uti (HIER. in Matth. 11, 16 p. 73^{B} plenis -bus inclamaverunt). 3, 14, 25 ab imis -bus exclamationem ... adhibere (*opp.* CELS. 4, 11 nonnumquam ... *sanguis* a summis -bus fertur). CIC. Tusc. 1, 37 quod (*sc. loqui*) fieri nec sine lingua nec sine palato nec sine -ium ... vi ... potest (2, 56 -es, linguam intendere, e quibus eici vocem et fundi videmus. nat. deor. 1, 92). Phil. 2, 63 tu istis -bus ... tantum vini ... exhauseras (*cf.* SEN. suas. 6, 3 QVINT. inst. 8, 4, 16. 9, 4, 23). LVCR. 3, 609 *animam* ad iugulum et supera succedere -es (*cf.* QVEROL. p. 46, 5 [*proverb.*] quidnam tibi est? :: anima in -bus). 4, 528 radit vox -es saepe (QVINT. inst. 11, 3, 13 rasas -es ac latus fatigatum deformi cantico reficere. *cf. aliter* LVCAN. 6, 115 per abrasas utero demittere -es). 4, 628 deorsum per -es praecipitavit *sucus cibi.* 4, 662 *quae* aspera ... penetrant hamataque -es. 4, 1025 totum prope -bus occupat amnem. 6, 1147 sudabant ... -es intrinsecus atrae sanguine. 6, 1151 per -es pectus complerat ... morbida vis. 6, 1189 *sputa* per -es rauca vix edita tussi. VERG. Aen. 2, 774 vox -bus haesit (3, 48. 4, 280. 12, 868). 8, 252 *Cacus* -bus ingentem fumum ... evomit (8, 267). HOR. epod. 14, 4 pocula *Lethes* ... arente -e traxerim (OV. met. 6, 355 -es arent. LIV. 44, 38, 9 arentibus siti -bus. FIRM. math. 8, 9, 4 arescentibus. 8, 10, 2. *sim.* OV. met. 8, 829 ardor edendi per ... aridas -es ... regnat. VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 CELS. 4, 13). HOR. sat. 1, 2, 114 tibi cum -es urit sitis (PLIN. nat. 26, 65 *tithymallus* -es urit leniter. ANTH. 477, 7 urit sitis arida -es. AVIEN. Arat. 493). CARM. de bell. Aeg. 1, 51 immersis ... freto clauserunt guttura -es (*cf.* SEN. Thy. 782 praeclusae cibum tenuere -es. epist. 70, 20 *spongia* interclusis -bus spiritum elisit. *sim.*: SIL. 9, 511 denso -es praeclusus pulvere). OV. met. 2, 282 vix ... -es haec ipsa in verba resolvo (LVCAN. 3, 738 vox -es nulla solutas prosequitur. *cf.* SEN. Ag. 718 reluctantes parat reserare -es). met. 8, 802 (*de Fame*) scabrae rubigine -es (PLIN. nat. 27, 12. *cf.* 29, 42 -ium scabritiae). met. 15, 320 Aethiopesque lacus ... si quis -bus hausit ... furit. PAVL. FEST. p. 192 offucare: aquam in -es obsorbendam dare. FEST. p. 356 toles tumor in -bus (SCRIB. LARG. 64 -ium uvaeque tumorem. PLIN. nat. 29, 48 VLP. dig. 21, 1, 14, 8 CASS. FEL. 35 MISC. Tir. p. 48, 3. *cf.* CELS. 4, 7 lingua -esque cum rubore intumescunt. QVINT. inst. 11, 3, 20 -es tumentes strangulant vocem. TAC. ann. 14, 15 in se tumescentibus paulatim -bus. FIRM. math. 8, 6, 12 CASS. FEL. 35. PLAC. med. 3, 9 tumentes). CELS. 1, 3 -es vomitus exasperarit (2, 1 aquilo ... -es exasperat. 4, 5 PLIN. nat. 23, 80. 142. PLIN. epist. 8, 1, 2 exasperatis -bus pulvere. *cf.* CELS. 4, 13 -es asperet. PLIN. nat. 27, 41 asperis. 30, 32 asperitatem -ium). CELS. 2, 7 in -bus ulcus reperiretur (5, 11 purganda ulcera in -bus tussientibus sunt. *cf.* 4, 10 propter -ium exulcerationem [PLIN. nat. 36, 140]. 4, 12 in -bus exulceratis [PLIN. nat. 28, 125. 129 gargarizatur ... -bus exulceratis]. CASS. FEL. 36 ulceratio -ium. GLOSS. III 601, 11 ulceratio -ium: filotomion [*l.* flebotomion?]). 2, 7 -bus in febre illiditur spiritus. 2, 10 quicquid ... -es difficultate spiritus strangulat (2, 17). 4, 1 exigua in arteria sub ipsis -bus lingua est. 4, 7 -es et cibum et spiritum capiunt. *ibid.* -es liberari. 4, 12 -bus subest stomachus. 5, 26, 2 circa -es grandes venae ... praecisae sunt. 5, 28, 1 circa stomachum -ore incidit *vitium carbunculi.* 6, 8, 2 quo *foramine* spiritus a naribus ad -es descendit (8, 1). *passim.* SEN. dial. 11, 10, 5 eximius sapor aut aliqua -ium dulcedo (*cf.* VVLG. Iob 12, 11 auris verba diiudicat et -es comedentis saporem. AVG. civ. 11, 27 non gustus -ium, non ullus corporeus tactus. 22, 24 pro voluptate -ium quot condimenta et gulae irritamenta reppererit. ZACCH. 3, 10 ciborum blanditiis peritura post -es). SEN. nat. 4, 3, 10 emortuae -es et occallatae cibis ardentibus (*cf.* PLIN. nat. 23, 59 *acetum* callum ... -ium facit ac stomachi). 6, 2, 5 quosdam strangulaverit potio male lapsa per -es. epist. 55, 2 bilis

insederat -bus. 90, 22 facilius per -es lubricas transeat *cibus.* 101, 3 vix compressum artatis -bus spiritum traxit. 120, 16 de pectore ac -bus querimur. Herc. f. 752 in amne medio -bus siccis senex sectatur undas (benef. 3, 8, 3 vix spiritum per siccas -es ducentibus. SIL. 14, 599 descendere -es abnuerant siccae ... alimenta. IVV. 13, 212 -bus ut morbo siccis. AMM. 31, 12, 13 siccis -bus commarceret. *cf.* PLIN. nat. 25, 79 donec -es quoque siccet *sucus euphorbeae*). SCRIB. LARG. 62 antequam latius serpat *cancer* -esque occupet. 66 (*bis*) suppuratio -um. 68 pinna perfricare -es. 199 sanguisugam devoratam et adhaerentem -bus (*cf. p. 395, 79*). LVCAN. 5, 197 cetera suppressit -esque obstruxit Apollo. 9, 503 squalebant pulvere -es cunctorum. PERS. 3, 89 aegris -bus exsuperat gravis halitus. 3, 113 temptemus -es (*sc. num ferre possint durum cibum*). PLIN. nat. 18, 229 -ium remedia. 20, 95 uvae in -bus tumenti (20, 196 uvam in -bus. *cf.* 23, 129 uvam -ium sedat. 30, 31 uva et -ium dolor). 20, 240 ad confirmandas -es, stomachum *eqs.* 21, 155 -ium destillationes. 22, 104 *laser* purgat -es vocemque reddit (34, 177). 22, 120 tonsillis -busque gargarizatione prosunt *medicinae.* 26, 17 in -es organo demisso (TAC. ann. 12, 67 *medicum* pinnam ... veneno illitam -bus eius [*Claudii*] demisisse). nat. 28, 49 si quid e pisce haeserit in -bus (28, 190 spinam aliudve quid -bus adhaerens. APVL. met. 1, 4 cibi glutinosi -bus inhaerentis. 1, 19 frustulum panis ... -bus inhaereret. *cf. metaph.*: SEN. epist. 82, 21 non in ore crevit cibus, non haesit in -bus). nat. 32, 96 *myaces* -es ... vexant vocemque obtundunt (MART. 11, 86, 1 leniat ut -es medicus, quas aspera vexat ... tussis). 37, 44 tonsillis ... et -ium vitiis. *al.* SIL. 4, 413 crebro clamore obtusae crassoque a pulvere -es. 11, 220 anhelis -bus acta ... suspiria. STAT. Theb. 2, 625 subit ore ... cornus (*i. hasta*) nec prohibent -es. 4, 726 angustis ... perusti -bus *sitientes.* 8, 644 hoc gelidis iam nomen inerrat -bus *morientis.* 8, 761 vivo scelerantem sanguine -es. 9, 747 stat -bus unda sanguinis. silv. 4, 3, 71 *Volturnus* raucis talia -bus redundat (VVLG. psalm. 68, 4 laboravi clamans, raucae factae sunt -es [λάρυγξ] meae). MART. 1, 78, 1 premeret pestis cum tabida -es. 3, 18, 1 perfrixisse tuas ... -es. 7, 37, 6 cum flaret media (madida *al.*) -e December atrox. 7, 49, 2 -bus ova tuis, poma ... gulae. QVINT. inst. 1, 11, 7 nec verba in -bus patietur audiri. 8, 5, 23. 11, 3, 20 sint -es integrae, id est molles ac leves, quarum vitio ... scinditur vox. 11, 3, 56. 121 quasi -bus aliquid obstiterit, insonare. 11, 3, 167 trahendae ... vocales aperiendaeque sunt -es. SVET. Aug. 84, 2 infirmatis -bus. Nero 35, 5 remedium ad -es pollicitus. 41, 1 excusato languore -ium. Vit. 2, 4 *salivis libertinae* arterias et -es pro remedio fovebat (FRONTO p. 99, 9 N. omnes medelae fovendi infantium -bus in lacte sitae sunt. AVR. Fronto p. 69, 14 N. [*ex Novio? v.* NOVIVS Atell. 109^{a}] aqua mulsa sorbenda usque ad gulam et reiectanda -es fovi ...; -bus curatis *eqs.*). SVET. vita Verg. l. 26 Br. plerumque a stomacho et a -bus ... laborabat. p. 61 reficiendarum -ium. FRONTO p. 64, 19 N. -es proluere. p. 92, 4 -es miseras habeo. GELL. 17, 11, 2 *duas fistulas* ab oris -bus proficisci deorsum. APVL. met. 4, 22 -es diutina fame saucias et araneantes ... exerceo. 4, 25 -ium tundore. 8, 23 diruptis -bus et rauca voce. TERT. nat. 1, 7 specus (*plur.*) -ium. 1, 8 castratis -bus, quae etiam extrinsecus periculose vulnerantur. *ibid.* exarticulatum sonum ... lingua stupente de solis -bus cogi. ITALA cant. 5, 13 (Ambr. obit. Valent. 63) -es eius dulcedines (*laudantur membra adulescentis; desunt* LXX VVLG.). CYPR. mort. 14 -ium vulnera. SER. SAMM. 253 aegrescunt tenerae -es, cum frigoris atri vis subiit. 272 aqua non fervens volvatur -e sonora. 292 -es tussi quatiuntur atroci. LACT. opif. 11, 9 fistula spiritalis ... ad os quoque interpatet ... ubi se tolles -ium spectantes uvam tollere incipiunt in tumorem. FIRM. math. 1, 7, 31 amputata lingua vocem reliquit in -bus. 6, 15, 16 *sidera* linguam ... impediunt, ut in ipsis -bus ... impedita verba deficiant. err. 18, 4 esurientibus. PALLAD. 2, 15, 19 (*de pomis*) potio arterias curet et -es. HIER. epist. 54, 4, 1 amarissimam choleram tuae sensere -es. adv. Iovin. 2, 6 plurimae et bestiae et volucres ..., quas tuae -es recusent. in Is. 24, 16 p. 334 haeret lingua -bus meis (VVLG. psalm. 21, 16 lingua mea adhaesit -bus [λάρυγγι] meis. 136, 6). VVLG. Iob 6, 30 nec in -bus meis stultitia personabit. 33, 2 loquatur lingua mea in -bus meis. Sirach 31, 12 aperias super illam *mensam* -em tuam (φάρυγγα). 36, 21 -es (φάρυγξ) contingunt cibum. PSALT. Rom. 149, 6 exaltationes dei in -bus eorum (λάρυγγι, VVLG. gutture). CLAVD. carm. min. 19, 5 (*metaph.*) carmina ieiunas poscis solantia -es (VAL. CEM. hom. 8, 3 *pauper* ieiunis -bus pastum requirit. 9, 2). RVFIN. hist. 1, 8, 6 rabidis incitata -bus ... ingluvies. 3, 6, 6 ab ipsis ... -bus (φαρύγγων) exprimentes *cibum.* 3, 6, 26 vox -bus interclusa est. Orig. in cant. 3 p. 154^{B} *anima* nihil emortuum ... habet in -bus suis ...; quicumque ... verba mortis ... de -bus proferunt, ipsorum -es sepulchra dicuntur. AVG. civ. 7, 8 a quo hiatu oris et foras esse aditum ... et introrsus ad -es. doctr. christ. 2, 17, 27 qui -bus sine organo canunt. gen. ad litt. 7, 1 p. 201, 21 nec -bus labiisve sufflavit *deus.* SVLP. SEV. Mart. 17, 7. MACR. sat. 3, 17, 15 quicquid mari aut terra gigneretur, ... -bus ac dentibus suis subderet. 7, 4, 14 -ium angusta. VINDIC. med. 32 PLAC. med. 4, 5. 6. 7. CASS. FEL. 34 -ium tensione et gravedine. 35 in utrasque partes -ium (37. *cf. ibid.* si una pars -ium tumuerit). 37 summitatis gulae vel -ium. HIPPOCR. progn. 23 MART. CAP. 3, 224. 3, 261 H *litteram* contractis paululum -bus ventus exhalat, K -bus palatoque formatur. COD. Theod.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

9, 24, 1, 1 (*a. 320*) eis meatus oris et -ium ... plumbi ingestione claudatur. SEDVL. carm. pasch. 4, 58 (*de muto*) -bus artis (op. pasch. 4, 6 praeclusis -ium spiramentis. *v. etiam p. 398, 52*). DRAC. laud. dei 1, 594 -bus excurrens it naribus aura vicissim. *in metaphoris*: TER. Haut. 673 bolum tantum mihi ereptum ... e -bus (CIC. ad Q. fr. 1, 1, 19 cuius tu ex impurissimis -bus inhonestissimam cupiditatem eripuisti). CIC. rep. 1, 66 inexplebiles populi -es exaruerunt libertatis siti. LVCAN. 1, 332 tibi lambere ferrum durat, Magne, sitis. nullus semel ore receptus ... patitur sanguis mansuescere -es (*cf.* CLAVD. 5, 8 *nec* patiuntur ... quietem crimina ... negant arescere -es). PERS. 5, 26 centenas ausim deposcere -es, ut ... voce traham *eqs.* AVIEN. ora 17 *te* hiantibus ... -bus rerum abdita hausisse semper. AMM. 16, 8, 12 proximorum -es aperuit ... Constantinus (*i. avaritiam excitavit. cf. p. 396, 32*). AMBR. obit. Valent. 63 dulcia ... iudicia eius universorum -bus adhaeserunt (*cf.* VVLG. psalm. 118, 103 quam dulcia -bus [*λάρυγγι*] meis eloquia tua. Ps. RVFIN. in Ioel 3, 17—18. GREG. M. moral. 11, 9 -e intellegentiae gustare. *ibid.* verba per saporem intimum intellegentiae -es tangunt. *cf.* EVCHER. form. 6 p. 36, 1 -es: iudicium, intellectus). *nota i. q. gula, cuppedia*: ARATOR act. 2, 376 rea -e parentum (*i. delicto Adae et Evae*) progenies.

b *bestiarum*: *α avium*: ENN. scaen. 219 *galli* favent -bus russis cantu (*cf. p. 373, 42*). COLVM. 8, 5, 21 sunt qui spicas allii ... *gallinarum* -bus inserant. PLIN. nat. 10, 82 tam parvulis in -bus *lusciniae*. 10, 131 *onocrotali*. VAL. FL. 4, 504 lapsae ... rapinae (ruinae *codd.*) -bus *harpyiarum*. *β serpentium* (*inde a* RHET. Her. *l. 41*): CVLEX 182 *serpens* spiritibus rumpit -es. OV. am. 2, 1, 25 carmine dissiliunt abruptis -bus angues. met. 7, 203 vipereas rumpo verbis et carmine -es. LVCAN. 4, 729 -es ... fluunt pereunte veneno. 9, 630 -bus angues stridula fuderunt sibila. PLIN. nat. 7, 15 si in -es penetraverit *saliva*, etiam mori *serpentes*. 10, 197 *ova* solida hauriunt *dracones*, si iam -es capiunt. 29, 52 salivis -ium. SIL. 1, 285 tumidas -es accensis sole venenis calcatus rupit letali vulnere. 3, 194 -es diducit hiatu. 6, 198 atris 12, 10 saniem sublatis -bus efflat. STAT. Theb. 2, 414 *sitis* convocat in -es et squamea colla venenum. ARNOB. nat. 7, 45 habet patulas -es, quibus cibos transvoret. FIRM. err. 26, 2 siccarum -ium venena. CLAVD. 28, 568 *dracones in signis picti* rapturi -bus hostem. MART. CAP. 8, 841 (*sideris; Arat. 578 αὐχένος*). DRAC. Orest. 225 solet anguis hians ... venenum -e parare. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 361[C] *serpentem* a -bus apprehendens. *in metaphoris*: RHET. Her. 4, 49, 62 qui ... per forum medium tamquam ... draco serpit ... si quem reperiat, cui aliquid mali -bus afflare ... possit. HIL. in Matth. 10, 3 in *Christum* luporum ac viperarum linguis et -bus saevierunt. *γ ferarum* (LVCAN. 4, 241 admonitaeque tument gustato sanguine -es *ferarum*. AVIEN. orb. terr. 793 *ferae* ipsas absorbent -e carinas. PS. RVFIN. in Ioel 1, 15/18 *ferae* liquidarum vocum inopes tamen diversis -ium sonis postulant. COMM. instr. 2, 13, 7 [*metaph.*] grassari per -es ferarum): VERG. Aen. 7, 785 Aetnaeos efflantem -bus ignes *Chimaeram*. PROP. 3, 5, 43 tribus infernum custodit -bus antrum *Cerberus* (FRONTO p. 228, 27 N. trinas latrandi -es ac trinos hiatus. APVL. met. 4, 20 *hiantis Cerberi* [fac- *cod.*]. 6, 19 tonantibus [con- *cod.*] oblatrans -bus mortuos). SIL. 13, 845 illatrat ieiunis -bus Orthrus. *v. etiam p. 396, 9*. *luporum*: VERG. Aen. 2, 358 *catuli luporum* -bus expectant siccis (GLOSS. IV 73, 24 -bus siccis: fame aridis. Aen. 9, 63 siccae sanguine -es. LVCAN. 6, 553 GILD. Brit. 16 chron. III p. 34, 1). PHAEDR. 1, 1, 3 -e improba latro (*i. lupus*) incitatus. 1, 8, 4 os ... -e cum haereret lupi. STAT. Theb. 10, 45 torquet spes irrita -es. *nota: i. q. rictus*: SIDON. carm. 5, 23 *lupam* -e retecta blandiri quoque terror est. *in metaphoris de hominibus*: SEN. dial. 6, 22, 7 e -bus avidissimorum luporum educeretur praeda. HIL. in Matth. 10, 3 *v. supra l. 42*. EPIST. pontif. 322 (*a. 417*) Migne 20, 593[A] *ne* expectantis hostis rabidis -bus gluttiantur *oves ecclesiae*. *leonum*: PLIN. nat. 8, 46 solida ... coniectis in -es unguibus extrahere. SIL. 2, 684 ovilia ... -bus invasit siccis leo BACHIAR. repar. laps. 17 auriculam de leonis -bus extrahamus (*cf.* VVLG. Am. 3, 12 ore. LXX *στόματος*). DRAC. satisf. 270 *sit* -bus esca lepus. PLIN. nat. 8, 100 occupat ilico -es *pantherarum* angor. PLIN. nat. 8, 90 (*bis*) *trochilos* repurgans ... intus -es *crocodili*. AVG. serm. ed. Mai 48, 1 patulae ... -es Leviathan ad perniciem.

δ pecorum, iumentorum (PLIN. nat. 28, 180 *remediis* demissis in -es iumentorum): VERG. georg. 3, 497 *tussis* sues ... -bus angit obesis. COLVM. 7, 5, 15 axungiae sextantem *ovium* -bus inserere. 7, 5, 20 *lac* infunditur *ovium* -bus (7, 7, 4 boni vini tantundem *caprarum* -bus infundatur. *equorum*: VERG. georg. 3, 508 obsessas -es premit aspera lingua. COLVM. 6, 30, 3 in -es oleum ... infundatur (6, 30, 7 -bus. *item sacpius*). *boum*: COLVM. 2, 3, 2 merumque -bus ... infundat (6, 2, 7. 6, 6, 2. 3. 6, 7, 3 *saepius*). 6, 4, 2 *gallinaceum* ovum ieiuni *pecoris* -bus inseras. 6, 8, 2 sale vel cunela defricare -es. 6, 10, 2 *ervum* salivati more in -es demissum (*cf.* 6, 25, 1 offae salivati more -bus ingeruntur). 6, 13, 3 offa adipis -bus eorum inseratur. 6, 18, 1 *hirudo* adhaerens -bus sanguinem ducit (*cf. p. 394, 10*). PLIN. nat. 27, 101 offa demittitur boum -bus in morbis. 30, 148. *mulorum*: COLVM. 6, 38, 3 haec trita ... -bus infunduntur. 6, 38, 4 adeps in -es demittitur. CHIRON 18. 138. 155 -ium praefocatio et sinance. VEG. mulom. 2, 88, 13 canalem -ium mitigandum. 2, 126 *al.* *ε piscium*: PLIN. nat. 9, 44 clupea venam ... in -bus *attili* appetens. 9, 48 *thynni* (*at cf.* 11, 180 quibus -es non sunt, ne stomachus quidem est nec colla nec guttur, ut piscibus). FIRM. math. 8, 4, 12. AVG. civ. 7, 8 *pisci* praeter hiatum oris et gutturis etiam dextrā et sinistrā -es patent. EVSTATH. Bas. hex. 7, 1 p. 937[B] -ium intersaeptio (*cf. vol. III p. 2103, 79*). AVSON. Mos. 251 patulaeque per intima -es *piscium* sera occultati senserunt vulnera ferri (*ibid.* rictibus). *adde*: PRVD. cath. 7, 114 *Ionas* exceptus ... beluinis -bus. *ranarum*: PLIN. nat. 11, 173 aquae modicae receptae in -es.

adde: APVL. met. 2, 4 de -bus lapidis (*i. canis ex lapide facti*) exire *latratum*.

2 *translate*: **a** *hominum*: L. CRASS. or. frg. (Cic. de orat. 1, 225) eripite nos ... ex -bus eorum (CIC. Catil. 2, 2 *urbem* e suis -bus ereptam esse. dom. 132 rem publicam ... ex vestris ... -bus eripui. LIV. 26, 2, 10 velut e -bus Hannibalis ereptas *urbes*. PLIN. paneg. 94, 3 *illum* praedonis avidissimi -bus eripuisti. DRAC. Orest. 268 -bus eripiens germanum Electra parentum). COMM. apol. 702 ne cadas in -es latronum (OPTAT. 5, 10 p. 141, 8 quas fraudulentas adisti -es *latronum*? VVLG. Os. 6, 9 PS RVFIN. in Os. 6, 8/9). FIRM. err. 14, 2 de -bus eius (*diaboli*) hominem liberaret (GREG. M. moral. 18. 64 qui *latro* de -e diaboli ascendit in crucem. ISID. alleg. 80 de -bus diaboli gentes abstraxit. PASS. Mar. Iac 2 p. 48, 11 avidis ... -bus ... rabies diaboli ... inhiabat. *cf.* INSCR christ. Rossi II p. 78, 1, 19 de -bus hostis abstulit ... iam peritura). CLAVD. 26, 30 paratas in Latii praedam Geticas avertere -es. **b** *rerum personatarum*: CIC. Catil. 3, 1 urbem ... paene ex -bus fati ereptam (PANEG. 10 [4], 3, 3 ex ipsis -bus fati Roma servata). Arch. 21 urbem ... ex belli ore ac -bus ereptam esse atque servatam. ARNOB. nat. 2, 32 *non* longe ab hiatibus mortis et -bus constitutas *animas* (2, 78 mortis reperiamur in -bus. HIER. epist. 60, 2, 3 avidis -bus praedam. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 157[A] *me* ex ipsis -bus aeternae mortis eripiat. *sim.*: CLAVD. 8, 58 leti rapuit de -bus urbes. SEDVL. carm. pasch. 2, 29 sepulchrum ... caeca sorberet -e *homines*. *cf.* op. pasch. 2, 2). OPTAT. 1, 18 p. 20, 7 -bus avaritiae commendatam eliberant praedam (CLAVD. 22, 112 patulis rimatur -bus aurum *avaritia*. ZACCH 3, 8 -es hiantes avaritiae. *cf. p. 395, 13*). 1, 21 p. 24, 14 (*notione ad II A 1 declinante*) mandata est terrae fames: statim -es suas in populi divisores aperuit et ... avido hiatu absorbuit. POMER. 2, 15, 2 captivos suos immundis spiritibus tradit ... avidissimis ... criminum -bus devorandos. GREG. M. moral. 8, 7 hoc per -es tacitae expectationis degustat *ecclesia*. EVG. TOLET. carm. 14, 8 *senectus* cuncta pulchra -e saeva devoras.

B *i. q.* ***pars colli exterior, qua intrinsecus gula est; collum***: **1** *hominum*: PLAVT. Rud. 655 sacerdoti ... -es interpresserit. *cf.* OV. epist. 9, 98 *Antaeus* compressa -e pependit (PS. AVR. VICT. epit. 17, 6 *ab* palaestrita ... compressis -bus expiravit). met. 12, 509 animam missis elidite silvis, silva premat -es (AVR. VICT. Caes. 17, 9 per ministrum ... -bus ... pressis expiravit). SEN. dial. 9, 4, 6 si quis -es oppresserit (SVET. Cal. 12, 2 -es manu sua oppressit). TERT. apol. 35 -bus eius exprimendis palaestricam exercent. LVCIL. 57. hunc in -es invasisse animamque elisisse illi (PLIN. epist. 3, 14, 2 alius *servus* -es invadit, alius os verberat. *sim.*: SIDON. epist. 9, 9, 7 osculo in -es occupati latronis insilui humano ioco). OV. met. 12, 142 *vincla galeae* elidunt -es (14, 738 elisa -e pependit. VELL. 2, 4, 5 elisarum -ium in cervice reperirentur notae. SEN. dial. 1, 6, 9 sive -es nodus elisit sive spiramentum aqua praeclusit. nat. 6, 28, 1 per vim elisae -es tument. *sim.*: TAC. ann. 5, 9 oblisis -bus. APVL. met. 4, 12). OV. met. 8, 819 *Fames* se viro inspirat -esque et pectus et ora afflat. 9, 79 pollicibus ... meas pugnabam evellere -es (*syn.* guttura). 10, 378 laqueo ... innectere -es destinat (*syn.* collo). 14, 1 giganteis iniectam -bus Aetnen. Ib. 549 Syracosio praestricta -e poetae (*cf.* QVINT. decl. 321 p. 265, 17 strictis -bus rapiendus ad supplicium. TAC. ann. 4, 70 obducta veste et adstrictis -bus. FIRM. math. 8, 17, 10 strictis -bus ... verba deficiunt). LIV. 40, 24, 7 iniectis tapetibus in caput -esque spiritum intercluserunt. VAL. MAX. 3, 2, 19 *aquiliferum fugientem* -bus comprehensum (*cf.* FLOR. epit. 3, 17, 8 apprehensum -bus *Philippum*). VAL. MAX. 9, 12, 7 sudario ... ore et -bus suis coartatis. CELS. 3, 22 os obtegendum, -es velandae. 4, 5 caput velare, -es lana circumdare (*cf.* 6, 41, 1 lana -es et colla revinctus). 4, 7 sub mento et circa -es admovetur *cucurbitula*. 4, 10 sinapi ex parte exteriore -bus impositum (PLIN. nat. 31, 101 extra -bus illitus *sal*. SER. SAMM. 265 -es extrinsecus unguere prodest. *opp.* CELS. 4, 9 in interiore ... -ium parte). 7, 13 leniter ..., ne -es urgeat, deligatur (AVR. Fronto p. 35, 9 N. meus me alipta -bus urgebat). 8, 1 durum *os pectoris* a -bus incipit. SEN. dial. 2, 17, 3 *Vatinius* ipse plurima dicebat ... in -es concisas. LVCAN. 2, 154 laqueo -es elisaque guttura fregit. 6, 239 mediis excepit -bus ensem. 7, 621. PLIN. nat. 7, 144 -ium †certe (reste *Ruhnken*) intortarum *poena*. HOMER. 728 -es mucrone ... detruncat iuvenis. 977 medias ... transfixit cuspide -es. STAT. Theb. 9, 130 -bus ille cavis hastam, non ore receptam miratur. QVINT. inst. 11, 3, 145 a -bus ac summo pectore. PS. QVINT. decl. 12, 13 inanes -ium sinus. IVV. 8, 207 -bus aurea cum se porrigit ... spira (*cf.* SCHOL. *ad l.*). TAC. hist. 1, 72 sectis novacula -bus (SVET. Cal. 23, 3 secandas ... novacula -es). ann. 6, 40 -es ... laqueo vexatae. SVET. Iul. 62 contortis -bus. Vesp. 20 -es ceteraque membra defricaret. FLOR. epit. 2, 11, 6 offocandas invicem -es praebuissent. ITALA prov. 5, 3 (Lucif. non

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conv. 6 p. 14, 14) *mulier* impinguat -es (*φάρυγγα*, VVLG. guttur) eius. SCHOL. Cic. Bob. p. 118, 11 St. in eius . . . -bus vestigia liuoris inuenta sunt. *cf.* COD. Theod. 10, 10, 2 (*a. 319*) *delator* in ipsis -bus stranguletur et . . . lingua uellatur. *in metaphoris*: PLAVT. Cas. 941 manufesto -bus teneor. CIC. Cluent. 84 conciliationem . . . cum -bus premeretur excogitauit (*cf.* VAL. MAX. 5, 3, 2 Ti. Gracchi manu -bus oppressam rem publicam strangulari). Phil. 13, 5 hi in oculis haerebunt et . . . in -bus. SALL. Catil. 52, 35 Catilina cum exercitu -bus urget *nos*. **2** *bestiarum: serpentium sim.*: OV. epist. 9, 85 elisis -bus hydros . . . involuisse manum *Herculis*. PLIN. nat. 8, 88 *ichneumon* invadat in -es *serpentis*. 11, 102 -bus eius (*serpentis*) apprehensis. *aliarum*: PAVL. FEST. p. 175 noneolae uocantur papillae, quae ex -bus caprarum dependent. PLIN. nat. 11, 234 *primae mammae suum* sunt -bus proximae. BACHIAR. repar. laps. 17 praestrangulatis -bus praedam ex gutture *leonis* eripiat. PLIN. nat. 10, 3 cristis *Phoenicis auis* -es (faces *uel* facies *codd.*) caputque plumeo apice honestante. 11, 102 vermiculo . . . circum -es *locustarum* innascente, qui eas strangulat. CHIRON 7 in lateribus -ium. **3** *rerum personatarum* (*in metaphoris*): CIC. Verr. 4, 176 Timarchides . . . premit -es defensionis tuae. VAL. MAX. 5, 3, 2 *reipublicae v. supra l. 6.*

II *sensu latiore*: **A** *i. q.* ***ostium, os, aditus,*** *foramen*: **1** *generatim*: ENN. ann. 86 quam mox emittat *consul* pictis e -bus *carceris* currus. CATO agr. 38, 3 -es *fornacis* praecipites deorsum facito. VARRO rust. 3, 16, 22 faui melliti intus ponendi a -bus *alui* non longe. CIC. Verr. 4, 145 sedentem in -bus macelli (Quinct. 25 ab atriis Liciniis et -bus macelli). VERG. Aen. 6, 241 sese halitus atris -bus *speluncae* effundens (AVSON. 359, 14 *transl. de cunno. cf.* GLOSS. V 269, 10 atris -bus: inferni nigris). PLIN. nat. 10, 194 salsamento illitis -bus scopuli (*ibid.* speluncae). *sim.:* LIV. 10, 1, 5 altero specus eius ore . . . inuento utraeque -es . . . accensae (AMM. 24, 4, 30 [*de foueis*] sarmenta specuum -bus aggesserunt. *cf. de uulnere*: SIL. 6, 275 patulis . . . -bus . . . expirat saniem specus). SIL. 6, 174 e uestibulo primisque e -bus antri. LIV. 41, 26, 3 non omnes in -bus *portarum* pugnare poterant (44, 31, 9 in ipsis -bus portae. PRVD. psych. 665 ventum erat ad -es portae castrensis). VITR. 9, 8, 3 per -es *canalis lignei*. COLVM. 12, 30, 2 labra vel -es doliorum . . . suffricari (*sim.*: 12, 47, 2 ad -es usque *lagoenae*. 12, 49, 2 ad -es *uasis* peruenerit. 12, 49, 4 ad -es vas repleueris. 12, 49, 6 amphoram usque ad -es replent olivis. 12, 53, 2 apertae metretae siquid faecis . . . -bus inhaerebit. 12, 55, 4 ad -es seriae perventum est. GARG MART med. 43 vas ad usque -es repletur). FLOR. epit. 1, 10, 2 ipsis urbis -bus incubaret (PAVL. NOL. carm. 21, 10 instantesque Getas ipsis iam -bus urbis pellere. *cf.* RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 -es ipsas et aditus regni occupauerit). PLIN. nat. 10, 93 -bus *nidi hirundinum* porrectis in angustum utero capaci. 17, 81 *sulcos esse* latos pedes ternos in -bus imosque *eqs.* PAVL. NOL. carm. 600 manus . . . a -bus tumuli retrahant (*syn.* foramina). *nota i. q. ianua*: MACR. sat. 1, 16, 17 occlusa Plutonis -e eundum ad proelium (*syn.* ianua). *terrae, montis cavi, Tartari sim.*: CIC. nat. deor. 2, 95 patefactis terrae -bus ex illis abditis sedibus euadere (SIL. 5, 618 Stygias *umbras* . . . vorago telluris -bus ostendit patulis. *cf.* SEN. Phoen. 70 scissa tellus -bus ruptis hiat). LVCR. 1, 724 -bus eruptos . . . vis ut vomat ignes (*de Aetna monte*: 6, 639 per -es montis ut Aetnae expirent ignes. 6, 689. 697. 701 in summo sunt vertice . . . crateres . . ., nos quod -es perhibemus et ora. AETNA 30 tumidis . . . e -bus ignem Volcani ruere. 73. 319. 330. 374. 561. CLAVD. rapt. Pros. 3, 186 *an* quassatis -bus Aetna protulit Enceladum? 3, 394. *cf.* carm. min. 14, 32 Enceladi -es obriguisse reor. *adde de Vesuvio*: FLOR. epit. 3, 20, 4 per -es cavi montis). LVCR. 3, 1012 Tartarus horriferos eructans -bus aestus (*cf.* CLAVD. 26, 449 Tartareis e -bus oppida traxit). VERG. georg. 4, 467 Taenarias etiam -es, alta ostia Ditis . . . ingressus (LVCAN. 6, 648). Aen. 6, 201 venere ad -es grave olentis Auerni (SEN. Phaedr. 1201 pallidi -es Averni. SIL. 12, 127 caecas stagnante voragine -es laxat. 13, 414). Aen. 7, 570 rupto . . . Acheronte vorago pestiferas aperit -es. SEN. Herc. f. 666 ingens vorago -bus vastis patet. ZACCH. 2, 12 fractis . . . inferi -bus. *adde*: SEN. Herc. O. 1772 quas . . . ad -es agar, qua mors aditur? (*ibid.* Taenarias fores). *i. q. ostium fluminis sim.*: BELL. Afr. 64, 3 in ipsis -bus . . . flectere navem (*syn.* ostio fluminis). MANIL. 3, 274 *Nilus* erumpens . . . per septem -es (PLIN. nat. 5, 54 multis . . . -bus in Aegyptium mare se evomat *Nilus*). PLIN. nat. 3, 127 exadversum Padi -es. 4, 28 in -bus Sperchii fluminis Thermopylarum angustiae. 5, 151 contra -es Rhyndaei *fluminis*. 6, 12 flumen Absarum cum castello . . . in -bus. 6, 13. 80 in ipsis -bus Indi. FRONTIN. aq. 15 a -bus ductus interposita est piscina. PLIN. epist. 4, 30, 5 spiritus . . . os fontis et -es modo laxat modo includit. AVSON. Mos. 91 obliqui -es Saraui, qua . . . fremunt . . . ostia pilis. CASSIOD. hist. 1, 7 *Eridanus* -es habet in Italicum mare.

2 *speciatim*: **a** -es . . . iter angustum est, per quod ad vestibulum de via flectitur MACR. sat. 6, 8, 22 (GELL. 16, 5, 12. GLOSS. IV 341, 47 angusta adita viarum). VERG. Aen. 6, 273 vestibulum ante ipsum primisque in -bus Orci (*cf.* GELL. 16, 5, 12 MACR. sat. 6, 8, 14. 23. *v. etiam Norden ad Verg. Aen. 6, 273*). VAL. FL. 1, 784 (*vers. spur.*) primis stant -bus Orci. APVL. met. 7, 7 mediis Orci -bus. ARNOB. nat. 2, 53. *cf. p. 397, 50. 60sqq.* VITR. 6, 3, 6 -es minoribus atriis e tablini latitudine dempta tertia . . . constituantur (*v. Mau, PW. VI 2051*). **b** *i. q. angustiae montibus sim. inclusae, quae exitum in loca aperta praebent*: SERV. Aen. 11, 516 -es dicuntur itinera inter duos montes locata angusta et pervia, dicta a -ium similitudine. ISID. orig. 14, 8, 26 -es sunt aditus angustorum locorum inter arduos montes, loca angusta et brevia *eqs.* GLOSS. IV 237, 16 angusta claustra. ACC. trag. 435 inter traiectus nemorum, in salti -bus (LIV. 22, 4, 3 ad ipsas -es saltus. 26, 17, 4. 35, 11, 3. 36, 10, 11 in ipsis -bus saltus, quae tempe appellantur. 36, 17, 11 ne ante -es quidem saltus . . . sed intra. FRONTIN. strat. 1, 5, 19 *Hasdrubal* cum saltum non posset euadere -bus eius obsessis. *cf.* LIV. 22, 15, 11 saltum qui . . . in artas coactus -es imminet mari). VARRO ling. 5, 42 Saturni fanum in -bus *Tarpei montis*. CIC. Catil. 1, 5 castra sunt . . . in Etruriae -bus collocata. BELL. Alex. 36, 4 intra eas -es (*ibid.* locus angustus atque impeditus). VERG. Aen. 11, 516 bivias armato obsidam milite -es. 11, 525 angustaeque ferunt -es aditusque maligni (LIV. 28, 5, 8 Thermopylarum saltum, ubi angustae -es coartant iter. 32, 14, 1. CVRT. 7, 4, 4 in Ciliciae angustissimis -bus. SIL. 5, 42 angustas artato limine -es. APVL. mund. 6 longinquasque. ITIN. Alex. 13). LIV. 21, 23, 2 -es quae Hispanias Galliis iungunt. 21, 30, 7 pervias -es *Alpium* esse exercitibus. 26, 25, 5 Thessaliae. 27, 18, 10 *cohortem* tenere -es vallis (*cf.* 29, 32, 4 in valle arta -bus utrimque obsessis). 27, 50, 6 *castra* in -bus Vmbriae opposita. 31, 33, 3 -bus ad Pelagoniam . . . interclusis (31, 34, 6 Pelagoniae). 32, 5, 9 quae ad Antigoneam -es sunt; Stena vocant Graeci. 32, 14, 5 quas fuga hostium aperuerat. 32, 16, 1 Epiri (32, 21, 14 -bus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus. 33, 4, 2. 33, 8, 4). 33, 13, 1 quae ferunt in Tempe. 36, 15, 11 quia calidae aquae in ipsis -bus sunt, Thermopylae locus appellatur. 42, 67, 6. CVRT. 3, 4, 2 Pylas incolae dicunt artissimas -es (5, 3, 17. SIL. 15, 367 artas . . . collis -es. TAC. ann. 14, 34 locum artis -bus et . . . silva clausum). 3, 4, 11 -es iugi quae Pylae appellantur (*cf.* ITIN. Alex. 29 Pylas petiit, -es montium Persicorum). 3, 8, 13 quibus Syria aditur. 5, 3, 22 Ciliciae (6, 3, 16 Ciliciae -es et angustiae includunt *nos*. 8, 2, 13 *saepius*). 8, 2, 20 -es regionis qua in artissimum cogitur. COLVM. 10, 132 Caudinis -bus (SIL. 8, 565). LVCAN. 4, 161 antractu latuere viae; quibus hoste petito -bus *eqs.* 8, 1 Herculeas (ADNOT. *ad l.* -es inter montes dicit Ossam et Pindum, quos Hercules . . . separavit). SIL. 4, 825 ad claustra et -es. 5, 96 tenui stant tramite -es. 7, 375 viae. STAT. Theb. 2, 499 gemini . . . malignis -bus urgentur colles. MART. 2, 17, 1 tonstrix Suburae -bus sedet primis. FRONTIN. strat. 1, 5, 16 (*ibid.* angustias). FLOR. epit. 2, 3, 2 sitae sub Alpibus, id est sub ipsis Italiae -bus gentes (2, 6, 51 nascentis Italiae. AVG. civ. 3, 19 *Hannibale* torrentis modo Italiae -bus irruente). ITIN. Alex. 13 in -bus loci aequis frontibus concurrentibus. AMM. 31, 7, 3 -bus insidere praeruptis. AVG. serm. ed. Mai 12, 4 diabolus in omnibus -bus *viae* insidiatur. DRAC. laud. dei 2, 308 -bus obsessis cadit a latrone viator. Romul. 5, 72 teneant -es obsessas nocte latrones. GREG. M. in euang. 20, 14 *latro* abstractus a -e itineris. ISID. sent. 3, 52, 8 latrones inaccessis -bus ac latebrosis latentes. GLOSS. V 296, 15 foces: ubi latrones insidiantur. *nota ambigue de iugulo hominis muti*: SEDVL. carm. pasch. 4, 61 obsessa pepulit de -e latronem (op. pasch. 4, 6 *latronem* a -is obsidione decutiens (*syn.* angustiis anhelantibus. *cf. p 395, 2*). *adde: i. q. alueus*: VERG. georg. 4, 428 cava flumina siccis -bus ad limum radii tepefacta coquebant. GRATT. 432 ruptique ambustis -bus amnes. *i. q angustiae*: VITR. 1, 6, 8 in -bus angiportorum vehementioribus viribus pervagabitur *ventus*. **c** *i. q. terra angusta ab utroque latere maribus coartata, isthmus*: CIC. leg. agr. 2, 87 *Corinthus erat* posita in angustiis atque in -bus Graeciae (*cf.* LIV. 32, 21, 26 Peloponnesus angustis Isthmi -bus continenti adhaerens. 45, 28, 3 Isthmus duo maria . . . artis -bus dirimens. FLOR. epit. 2, 16, 5 sub ipsis Isthmi -bus). SALL. hist. frg. 4, 25 *Italia* -bus ipsis non amplius patet milibus XXXV. LIV. 31, 39, 7 artis -bus inclusum aditum (*syn.* angustias. 33, 17, 6 *Leucadia paeninsula* artis -bus cohaerens Acarnaniae. CVRT. 3, 1, 13 *mari* utroque in artas -es compellente terram. AVIEN. orb. terr. 197). 31, 40, 2 angustis -bus . . . ex continenti iter (37, 31, 9. IVST. 4, 1, 1 Siciliam . . . angustis quondam -bus Italiae adhaesisse). 31, 40, 3. 33, 17, 7. 44, 11, 2 -bus quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae iungunt . . . saepta mari. PLIN nat. 4, 38 -es . . . alterae isthmi (*i. Chalcidis*). **d** *i. q. mare angustum ab utroque latere terra inclusum, fretum per quod in altum exitus est*: CAES. ciu. 1, 25, 5 qua -es erant angustissimae portus (3, 24, 1 ad -es portus prodire iussit. 3, 39, 2. LIV. 24, 33, 2 quadriremis cum intrasset -es portus. 25, 11, 11 *arx* imminet -bus portus. 27, 15, 4. 37, 11, 6 ex utraque parte -es portus teneret. 37, 11, 10. 37, 13, 8. 37, 14, 5 [*syn.* ostium]. 37, 28, 6. 8. FRONTIN. strat. 1, 5, 7 qua *parte portus* -bus angustissimis influit mare. RVT. NAM. 1, 242 artatis). VERG. georg. 1, 207 *quibus* pontus et ostriferi -es temptantur Abydi (SERV. auct. *ad l.* angustiae SEN. Phoen. 611 -esque Abydo Sestos opposita premit). OV. trist. 1, 10, 31 quaeque tenent Ponti Byzantia litora -es (VAL. MAX. 2, 8 pr. -es Pontici sinus patefecit. SEN. Med. 454 Pontici -es freti. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 14—15 Bosphorus: -es sunt Pontici maris). LIV. 28, 7, 18 (*de Rhio*) -es eae sunt Corinthii sinus. 28, 30, 3 e -bus angustis panditur mare (PLIN. nat. 9, 29 stagni. VAL. FL. 2, 586 *de Hellesponto*.

[Wulff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

febricula, -ae *f.* [*a* febris *deminutive. Th.*]. CAEL. AVR. acut. exc. 1 p. 486 unde -a dicta est? a fervore, veluti febricula (*an legendum* fervicula?) nuncupatur. NOT. Tir. 112, 19/20 febris -a. *pluralis legitur*: CELS. 2, 1 p. 30 D. 2, 17 p. 63. 3, 18 p. 101. 3, 22 p. 112. 4, 26 p. 151 SEN. epist. 78, 1 SCRIB. LARG. 66 *al.* *febris levis, modica.* GLOSS. πυρέτιον: **A** *de hominibus*: CIC. Att. 6, 9, 1 -am . . . te habentem. 7, 8, 2 incipiente -a. 12, 1, 2 de Atticae -a . . . valde dolui. PLANC. Cic. epist. 10, 21[a] *frater meus* ex labore in -am incidit. CELS. 2, 1 p. 30 dentientes *infantes* . . . -ae . . . male habent. 2, 3 p. 33 *corporis* -a eo sudore finitur. 2, 7 p. 39 -am instare. 2, 7 p. 40 ut . . . -a praecesserit. *ibid.* -a orta est (3, 25 p. 116. 4, 22 p. 148). 2, 8 p. 45 sitis atque -a desinunt (FRONTO p. 92, 8 N.). 2, 17 p. 62/63 qui lentis -is diu detinentur. 3, 5 p. 84 si semper -a manet (4, 18 p. 144. 5, 28, 11 permanet). 3, 18 p. 101 *insania* fere sine febre incipit, leves deinde -as excitat (4, 26 p. 151). 3, 21 p. 108 ne -am incendat *vitium* λευκοφλεγματία. 3, 22 p. 110 *ex pthisi* -a levis fit. 3, 22 p. 112 quamdiu . . . -a incursat. *ibid.* in omnibus longis difficilibusque -is. *ibid.* neque -a neque tussis quiescit (4, 20 p. 146). 4, 22 p. 148 si -a est (5, 28, 4. 7, 3 p. 266 *cf.* 5, 28, 10 CAEL. AVR. acut. 3, 11, 103). 5, 28, 1 si -a accessit (5, 28, 4). 6, 6, 1 intus ruptum oculum -a iuvat. 7, 18 p. 296 *tumor* interdum levior . . . propter -am. 8, 4 p. 335 si . . . -a aut soluta erit aut levior. 8, 9, 1 -a sequitur (CASS. FEL. 51 p. 131. *cf. infra l. 43*). SEN. epist. 78, 1 vexari te destillationibus crebris ac -is, quae longas destillationes et in consuetudinem adductas secuntur (PLIN. epist. 10, 17, 1 aestibus atque -is vexatus) SCRIB. LARG. 66 -is non sine horrore intercurrentibus. FRONTO p. 72, 8 N. -ae depulsae. VLP. dig. 21, 1, 1, 8. 21, 1, 4, 6 AMM. 24, 3, 7 HIER. in Hab. 2, 3 p. 644. tract. in psalm. 5 p. 16 si venerit levis -a (93 p. 130 una -a venit et tollit omnes cogitationes). AVG. catech. rud. 25 aufert omnia ista *gaudia* una -a. civ. 21, 14 p. 516 D. qui . . . ne levissimam quidem -am sentserint (EVOD. Aug. epist. 158, 10). THEOD. PRISC. log. 85 CAEL. AVR. acut. 1, 6, 51. 1, 9, 58 2, 14, 91. 2, 17, 102 chron. 3, 4, 50. 3, 6, 81 CASS. FEL. 30 p. 60. 48 p. 122. 49 p. 128. 51 p. 131. 63 p. 157. 75 p. 179.

B *de bestiis*: PELAGON. 296 interventu -ae dissolvitur omne vitium *equorum.* VEG. mulom. 4, 2, 12 *bovibus* -ae commoventur (COLVM. 6, 5, 1 febrem).

epitheta: CELS. 2, 17, 63 lentis. 3, 18 p. 101 leves (3, 22 p. 110. 8, 4 p. 335 *al.*). 3, 22 p. 112 longis difficilibusque. EVOD. Aug. epist. 158, 10 modicam (CASS. FEL. 30 p. 60). CAEL. AVR. acut. 1, 6, 51 aspera. 2, 14, 91 acuta. 2, 17, 102 vehemens. 3, 4, 50 latens (3, 6, 81). CASS. FEL. 63 p. 157 parva.

deriv.: febriculosus.

febriculentus, -a, -um [*cf. c.* febriculosus, febricula. *Th.*]. *febri affectus*: MARCELL. med. 22, 13 haec potio . . . ieiunis danda est . . . -is ex aqua . . . -is ex hydromelis cyatho vel ex aqua mulsa. 22, 42. 27, 130 serpullum . . . -o ex aqua potui datum.

febriculōsus, -a, -um [*a* febricula. *Th.*]. *febri vexatus*: PLAVT. Cist. 406 non quasi nunc haec sunt hic, limaces ⟨aut⟩ lividae, febricul⟨osae⟩, ⟨mi⟩serae am⟨ic⟩ae, osseae. CATVLL. 6, 4 nescio quid -i scorti diligis. GELL. 20, 1, 27 morbus . . . non -us neque nimium gravis. *fort. febrem efficiens*: FRONTO p. 155, 21 N. eloquentiam . . . Senecae mollibus et -is prunuleis insitam.

[**febrido** *varia lectio* GRAMM. suppl. 50, 23 *cod. A ad* febrio].

febrifug(i)a (febref-), -ae *f.* [*a* febris *et* fugare. *Th.*]. *nomen herbae*: GLOSS. artemisia. matrona. matro[do]na. III 612, 2 centauria minor (*cf.* DIOSC. gr. 3, 7 *RV* κενταύρειον τὸ μικρόν . . Ῥωμαῖοι φεβριφούγιαμ. PS. APVL. herb. 36 centauria minor . . . Itali -iam. MISC. Tir. p. 56, 25). DIOSC. gr. 3, 21 *RV* κόννζα πλατύφυλλος . . . Ῥωμαῖοι ἴντονβονμ . . . οἱ δὲ φεβρεφούγια. VEG. mulom. 1, 10, 4 accipe -am et (*haec add. codd. P et F*) radicem alsari (*cod. F item* accipe -am). MARCELL. med. 16, 105 *in triduana unctione*: -iae — II. MISC. Tir. p. 66, 18.

febrio, -iī, -īre [*a* febris. *Th.*].

I ***proprie:*** *febri laborare, vexari, fere i. q. febricitare.* GLOSS. II 71, 15 -is πυρέττεις. *inde a* COLVM. **A** *de hominibus*: **1** *absolute*: SPART. Hadr. 25, 3 -entem Hadrianum. HIER. in Matth. 8, 1 socrus Petri -ens (*nonnulli codd.* febricitans) in Capharnaum (ISID. alleg. 155). RVFIN. Orig. in exod. 7, 2 AVG. serm. 9, 10. in psalm. 68 serm. 2, 5 tamquam perniciose -entes phrenetici (98, 5). gen. ad litt 12, 17 p. 404 PS. SORAN. quaest. med. 121. CASS. FEL 44 p. 110 dabis unum ieiunis non -entibus cum vino mixto, -entibus vero cum aqua calida *eqs.* (45 p. 114). LEMMA Mart. 12, 17 BOETH. elench. soph. 1, 4. MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 337/338 homine -ente. *de corporis membro*: AMBR. vid 10, 65 -enti manu.

2 *additur praepos.*: ORIBAS. syn. 1, 19 p. 824 qui ex frigidore -unt. 1, 32 qui cum frigidore -unt. 6, 6 qui ex labore -unt . . . qui de siccitate -unt . . . qui autem et sollicitudinem -unt et tristitia et de insomnietatem et furorem. *ibid.* qui ex calore solis -unt. *ibid.* de frigdori aquis. *part. praes. act.* **febrĭens,** -tis *pro subst.*: ITIN. Anton. Plac. rec A 14 *vinum* -entibus datur (MACR. sat. 7, 4, 6 CASS. FEL. 48 p. 124 ORIBAS eup. 2, 1 J 4). AVSON. 117, 1 sanus piger -ente multo est nequior. SERV. Aen. 7, 533 in -entibus deficit *vox.* PS. APVL. herb. 12, 2 artemisiae suco cum rosaceo -entem perunges et curabitur. AVG. serm. 250, 2 si videres -entem ridentem. in psalm. 18 enarr. 2, 11 mel amarum est -enti. c. Faust. 22, 48 p. 640 de ciborum suavitate ac salubritate iudicare -entes non sinimus. THEOD. PRISC. log. 17 *faenum graecum* -entibus caput . . . dolore . . . sollicitat. 86 cibos utpote -entibus leves . . . subministro. SIDON. epist. 6, 1, 5 quis -ens . . . pulsum distinguat? BOETH. elench. soph. 1, 4 neque . . . si -ens calidus, etiam calidum necesse est febrire. ORIBAS. syn. 1, 7 -entes nullo modo flevotomabis. 1, 11 ut -entes in declinatione auferatur (*sc. sanguis*). GLOSS. II 581, 23 ligatura brachiorum -entibus.

B *de bestiis*: COLVM. 6, 38, 1 -enti mulae. PELAGON. 34 si -at (*sc. equus. ibid.* -entem *equum ter.* 36. 37 tit. 37. 183). 366 si -unt pecora. VEG. mulom. 1, 13, 6.

II ***translate:*** *fere i. q. insanire, furere*: PETR. CHRYS. serm. 18 p. 248[A] *synagogam* vitiis ad phrenesim usque -entem. 94 p. 465[B] Pharisaeus . . . superbiae flamma -ens. VITA Caes. Arel. 2, 32 palatum cuiusque cum verbum dei fastidit, anima eius -it.

deriv.: febribilis.

[×]**1, febris,** -is *f.* [*orig. inc. sunt qui ex eadem radice crevisse putent cum verbo* fovere *et c. gr.* τέφρα (*v. Collitz, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der indog. Spr. 3, 321; Jacobsohn, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 46, 57*); *alii reduplicatione factum esse censent conferendumque c.* fervere (*v. Pott, Etymol. Forsch. II 2, 5 sqq.*). *Th.*]. *de etymologia*: VARRO Men. 33 appellamus . . . a fervore -im (SERV. georg. 3, 458 ISID. orig. 4, 6, 2). *cf.* NON. p. 46 -is proprietatem a fervitate (*F corr.,* feritate *codd.,* ferviditate *Havet*) morbi . . . Varro Andabatis aperiendam putat. SERV. Aen. 7, 695 immutato h in f . . . -is dicitur, quae ante hebris dicebatur. *de formis*: PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 122, 27 dicimus . . ., inquit Varro, . . . -i. 129, 17 -im ut tussim sitim. *leguntur haec*: -im: PLAVT. Pseud. 643 -in *P,* -em *A.* CATO agr. 157, 9 CIC. fat. 15 *bis.* epist. 7, 26, 1. 14, 8 LVCR. 6, 656. HOR. sat. 2, 3, 294 (*nonnulli* -em). PLIN. nat. 25, 37. 54 QVINT. inst. 5, 11, 31 SVET. Tit. 10, 1 (-em *G*). GELL. 17, 12, 2 (*post* GELL. *exempla desunt*). -i: CIC. Catil. 1, 31 Cluent. 175 de orat. 3, 6 Att. 5, 8, 1. 6, 9, 1 epist. 16, 15, 1 Tusc. 1, 88 VARRO Men. 33 rust. 2, 3, 5. 2, 4, 5 VAL. MAX. 1, 8 ext. 16 PLIN. nat. *passim; al. rarius; recentissima exempla*: PS. AVR. VICT. epit. *quater.* AMM. 21, 15, 2 CHIRON 120. *acc. plur.* -is: *titulus* TAB. devot. Wünsch, Seth. Verfl. 1, 9 HOR. epist. 1, 2, 48. 1, 7, 9 PLIN. nat. 28, 107. 32, 52. -em: VARRO rust. 2, 1, 22. HOR sat. 2, 3, 294 (*nonnulli* -im). epist. 1, 16, 22 CARM. obtrect. Verg. (Suet vita Verg. l. 179 Br.) PLIN. nat. 7, 170. 26, 6 MART. 2, 16, 1. 2, 40, 8 QVINT. inst. 2, 17, 9 SVET. Otho 6, 2 SER. SAMM. 895. 930. -e: *metro comprobatur*: MART. 4, 80, 1. 6, 31, 1. 10, 77, 3 IVV. 10, 218. 13, 229 SER. SAMM. 494 VEN. FORT. carm. 8, 11, 5; *in titulis*: CORP. VI 36377. VIII 241, 10; *praeterea codd.*: CATO agr. 156, 6 CIC. Att. 7, 1, 1 PLIN. nat. 7, 172. 22, 115 (-i *Toletanus*). 28, 72 PLIN. med. 1, 1 (*sed* PLIN. nat. 23, 144 -i). *acc. plur.* -es: CIC. nat. deor. 3, 24 NEP. Att. 21, 4 VITR. 6, 1, 4 PLIN. nat. 10[ies] IVV. 10, 283. *utuntur tantum formis in* e: CELS. SEN. SCRIB. LARG. CASS. FEL. *al.* *de prosodia:* *comprobatur* fēbris: PLAVT. Curc. 17 Mil. 720 Persa 78 TER. Hec. 357. *incert.*: ACC. trag. 155. *priore syllaba producta inde a* LVCIL. 923 (*cf. Marx ad l.; inc.* 494. 1194) *semper apud poetas, velut* LVCR. 2, 34. 4, 664. 6, 656 VERG. georg. 3, 459 catal. 2, 3 HOR. sat. 2, 3, 294 epist. 1, 2, 48. 1, 7, 9. 1, 16, 22 OV. epist. 19, 117. 20, 169 Pont. 1, 10, 5 *al.* *de genere:* *masc.*: GREG. TVR Iul. 3 ORIBAS. syn. 6, 13. 23 *al.* *plur. saepissime.* [*val.* fiori, *it.* febbre, *francog.* fièvre, *hisp.* hiebre. *M.-L.*]

I ***proprie*** *de corpore:* ***morbi genus*** *calore vel frigore corpus vexantis* (*cf.* ISID. orig. 4, 6, 2 *-is* est . . . abundantia caloris. AVG. quant. anim. 38) *vel potius* ***affectus*** *corporis cum variis morbis coniunctus*: CELS. 3, 9 p. 77 D. sequitur . . . curatio -ium, quod et in toto corpore et vulgare maxime morbi genus est. *inde passim usque ad* 3, 18 p. 98 -ium . . . curatio exposita est. supersunt vero alii corporis affectus. GELL. 4, 2, 4 totius corporis morbum esse velut sit . . . -is (VLP. dig. 21, 1, 1, 7). IVLIAN. dig. 42, 1, 60 motus corporis contra naturam, quem -em appellant ISID. orig. 5, 33, 4 a -e, id est aegritudine. GLOSS. πυρετός. -am valetudinem. *saepius c. aliis malis,*

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut CATO ad fil frg. 4 ex dolore, ex -i, ex siti, ex medicamentis bibendis *eqs.* CELS. 7, 3 p. 266 mala sunt vigilia, spiritus gravitas ... -is. SEN. dial. 4, 11, 2 non timetur -is, podagra, ulcus, malum? TERT. resurr. 4 p. 30 ulcera et vulnera et -is et podagra. ARNOB. nat. 1, 45 valetudines, morbi, -es atque alia corporum cruciamenta. FIRM. math. 2, 4, 5 repentinos casus dolores aegritudines frigus febresque.

A *de hominibus:* **1** *generatim:*

a *cum verbis:* PLAVT. Curc. 17 caruitne -is te (*alloquitur ostium*) heri vel nudius tertius? *cf. infra l. 22 et p. 410, 45 sqq.* Mil. 720 si ei forte fuisset -is (*cf.* Pseud. 643 *p. 411, 77.* CATO agr. 156, 6 si -is erit. CELS. 1, 3 p. 16. 2, 7 p. 42. 2, 8 p. 45 *passim. c. praedicato sim.:* CELS. 3, 4 p. 82 ubi longa -is fuit. 3, 5 p. 82. 3, 7, 1. 3, 10 p. 91 *et* 92. 3, 20 p. 104 *al.*). PLAVT. Persa 78 num afuerit -is (CELS. 2, 8 p. 46. 4, 11 p. 134 *et* 135. 4, 26 p. 151 PLIN. nat. 26, 120. 30, 50). PLAVT. frg. 13 init te umquam -is? (CELS. 2, 17 p. 63). CATO agr. 157, 9 -im non habebit (CIC. fat. 15 *bis* epist. 7, 26, 1. CARM. obtrect. Verg. [SUET. vita Verg. l. 179 Br.] habebis frigore -em. CELS. 3, 4 p. 82 SEN. epist. 104, 1. 119, 12 PLIN. nat. 28, 130 MART. 5, 9, 4 VLP. dig. 21, 1, 1, 10). LVCIL. 494 (?). 923 quem -is una ... potuit tollere (*i. occidere*). 1194 iactans me ut -is querquera (*cf.* CIC. Catil. 1, 31 -i ... iactantur *homines aegri.* CASS. FEL. 63). ACC. trag. 155 quid subiti mihi -is excivit mali? CIC. epist. 16, 15, 1 -i carere. *cf.* Tusc. 1, 88 (CELS. 2, 15 p. 60 ex toto. 3, 21 p. 109 SEN. dial. 3, 12, 6 PLIN. nat. 8, 119. 202. 26, 49. 27, 129. 28, 153 *cf. supra l. 8*). LVCR. 2, 34 calidae ... decedunt corpore -es (NEP. Att. 22, 3 CELS. 3, 4 p. 81. 3, 5 p. 84 *bis* GELL. 18, 10, 3). 4, 664 cui -is ... coorta est (6, 656 si quis in artus accepit calido -im fervore coortam. *cf.* CELS. 2, 1 p. 29 oriuntur ... -es incertae. *ibid.* -es acutae. 2, 4 p 34. 3, 24 p. 115. 5, 26, 31. 5, 28, 1. 3). NEP. Att. 21, 4 -esque accessisse (CELS. 2, 6 p. 37. 2, 7 p. 42. 2, 8 p. 49. 3, 3 p. 78. 3, 15 p. 96 cum horrore. 4, 13 p 138 dolori. COMM. apol. 955 in illis. ANON. med. ed. Piechotta 88 ad illum. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 294 -imque reducet *mater.* epist. 1, 2, 48 non aeris acervus et auri aegroto domini deduxit corpore -is. 1, 7, 9 officiosaque sedulitas et opella forensis adducit -es. 1, 16, 22 occultam -em ... dissimules (*cf.* SVET. Otho 6, 2 -em simulasse). OV. epist. 19, 116 corrumpere -bus artus. 20, 169 torrentur -bus artus. Pont. 1, 10, 5 -bus uror anhelis (MIN. FEL. 12, 3. *cf.* MART. 4, 80, 5 viscera -is exurit). VITR. 6, 1, 4 -es sufferunt sine timore *qui sunt proximi ad axem meridianum.* VAL. MAX. 1, 8 ext. 16 -i implicabatur. CELS. 1 prooem. p. 8, 30 -es et ulcera agitare. *ibid.* p. 8, 37 -is ... subsequitur (*cf.* 3, 5 p. 82, 29 secuta est. CASS. FEL. 62 p. 62 aegrotos. p. 63 patientes. ISID. orig. 4, 6, 7 consequitur). *ibid.* p. 10, 27 transfuso in arterias sanguine -em fieri. *ibid.* p. 12, 3 *febricitans* -em somno et sudore discussit (2, 15 p. 60. 2, 17 p. 62. 3, 12 p. 93. 3, 15 p. 96). 2, 1 p. 28 *aestus* adicit -es. 2, 1 p. 29 subeunt ... -es. *ibid.* p. 30 instare possunt ... -es (3, 5 p. 84). 2, 2 p. 32 plura ... -em antecedunt (3, 12 p. 93. *cf.* SCRIB. LARG. 95 horrores -em praecedentes). 2, 3 p. 32 -is aliquem occupavit (3, 15 p. 96). 2, 3 p. 33 neque terrere (2, 4 p. 34. 5, 26, 26) debet ea -is, quae eodem die finita est (2, 4 p. 34. 2, 7 p. 40. 3, 3 p. 77. 3, 5 p. 84 *bis*). 2, 4 p. 34 si ne levatur (3, 4 p. 79. 3, 7, 1. 3, 20 p. 104. 4, 13 p. 139) quidem ... -is, sed aeque concitata continuat (3, 5 p. 83. 3, 18 p. 99) 2, 5 p. 35 -e non quiescente (2, 6 p. 37 *bis.* 2, 8 p. 48. 3, 6 p. 85. 3, 16 p. 97. *cf.* 2, 8 p. 45 conquievit). 2, 7 p. 40 -is ... revertitur (3, 15 p. 96 cum horrore. *cf.* 2, 4 p. 34. 2, 17 p. 62). 2, 7 p. 42 manente adhuc -e (2, 17 p. 62. 3, 7, 1. 3, 11 p. 93. *cf.* 2, 7 p. 43 si longae -es ... remanent. 5, 26, 26 permanet). 2, 7 p. 43 haeretque per omne id tempus -is (3, 4 p. 79 inhaerebat. *ibid.* p. 81). 2, 7 p. 44 si -is non dimittit (VVLG. Matth. 8, 15 Marc. 1, 31. *cf.* CELS. 3, 9 p. 91 paulum remitti coeperat -is. 3, 18 p. 99). *ibid.* -*is* noctu increscit (2, 14 p. 59. 2, 15 p. 61. 2, 17 p. 62. 3, 5 p. 84. 3, 6 p. 87. 3, 18 p. 99). 2, 8 p. 48 malum ... -e discussum. 2, 12, 2 si prima inedia -em non sustulit (2, 17 p. 62. 3, 15 p. 96). 2, 15 p. 61 qui ... -e liberati sunt (2, 17 p. 62 3, 9 p. 91. 3, 15 p. 96. 3, 21 p. 107 PLIN. nat. 20, 15. 26, 116). *ibid.* ut -e vacent (5, 27, 12). 3, 4 p. 79 non quando coepisset -is (3, 5 p. 84 incipiat *bis.* 3, 6 p. 85), sed quando desisset (3, 5 p. 82 *et* 83. 7, 27 p. 314). *ibid.* -*is* sese inclinaverat (3, 4 p. 81); *sic multa alia apud* CELS., *ut* 3, 5 p. 83 ut alter *dies* -em minuat (3, 11 p. 93). 3, 5 p. 84 cum -is ... augeatur (7, 27 p. 314 Ps. AVR. VICT. epit. 42, 17), consistat ... deinde in decessione consistat. 3, 6 p. 86 -is decrevit (3, 6 p. 88). 3, 12 p. 93 quando -is ventura sit (PETRON. 56, 2. PLIN. nat. 23, 92 cum horrore. 26, 116 GARG. MART. med. 3). 3, 15 p. 96 si -is redierit. MART. 10, 77, 2 -e perit (*cf.* Ps. AVR. VICT. epit. 10, 15 -i. interiit [42, 17]. 15, 7 -i ... consumptus est [FAVST. REI. serm. 28 p. 335]. 36, 1 -i moritur).

b *cum praepositionibus:* sine: CATO agr. 156, 6 si sine -e erit (CELS. 2, 7 p. 42 *saepius.* SCRIB. LARG. 97 PLIN. nat. 11, 73. 20, 74. 23, 47). CIC. Att. 5, 8, 1 cum sine -i laborassem. CELS. 2, 7 p 42 haec ..., cum sine -e ... vel latentium vel futurarum rerum notas habeant. *sim.:* 2, 15 p. 61. 2, 17 p. 62. 3, 18 p. 101. MART. 6, 31, 2 sine -e mori. AVR. Fronto p. 80, 22 N. noctem sine -i transmisisse. SCRIB. LARG. 90 nauseam cum vomitu sine -e. 112 ieiuno sine -e. *cf.* GLOSS. sine -e *ἀπυρετία. ἀπύρετον.* cum: CIC. Cluent. 175 postea quam ad urbem cum -i venerit (Att. 6, 9, 1. 7, 1, 1). de orat. 3, 6 cum -i domum rediit. CELS. 2, 8 p. 47 vesica cum -i continenti dolet. 2, 8 p. 51 alvus nigra ... cum -e est (4, 2 p. 123 *bis.* 7, 26, 5 SCRIB. LARG. 97 PLIN. nat. 23, 48). CELS. 2, 7 p. 42 auris ... dolor acutus cum -e continua vehementique (2, 8 p. 50. 6, 7, 1 SCRIB. LARG. 94 IVV. 13, 229 ISID. orig. 4, 6, 8). in: *cum abl.:* CELS. 1 prooem. p. 3 qualis *motus* in -e est (2, 7 p. 43. 3, 4 p. 82. 3, 18 p. 98 *cf.* 2, 4 p. 34. 2, 6 p. 37. 2, 8 p. 47. 3, 1 p. 74. 3, 6 p. 87). CELS. 1 prooem. p. 6 alios in ... -e aliquid edisse. 2, 1 p. 29 *σπασμὸς* horrores in -bus excitat (2, 1 p. 30). 2, 6 p. 36 si ... quis in -e ... floccos legit; *sic passim, praecipue* dare *aliquid* in -e *ut* CELS. 3, 9 p. 90. 5, 25, 5 PLIN. nat. 22, 115. 136 *saepius.* 23, 61 databant. *c. acc.:* CIC. epist. 14, 8 in -im ... incidisse (CELS. 3, 6 p. 85). a: VITR. 6, 1, 4 corpora, quae nascuntur sub septentrione, a -i sunt timidiora. post: CELS. 2, 4 p. 34 post ... longas -es hunc *cibum* fastidire. 3, 5 p. 83 si post alteram -em motio manet. 3, 7, 1. 3, 11 p. 93 *cibus* post -em datus (3, 14 p. 95). 3, 13 p. 95. 3, 14 p. 95 *saepius.* inter: CELS. 2, 4 p. 35 alvus inter -es fluens. 2, 5 p. 35 *bis.* 2, 7 p. 39. ante: CELS. 2, 7 p. 39 *quaedam* ante -es ... quid aut intus sit aut venturum sit ostendunt. *ibid. signa sunt* ante -es, si caput grave est. 2, 13 p. 58 qui ante -es horrore ... vexantur. 3, 11 p. 92. 3, 15 p. 96. ex: CELS. 8, 2 p. 330 nigrities colligi ... potest ... ex -e. VLP. dig. 21, 1, 1, 9 ISID. orig. 4, 8, 2. citra: PLIN. nat. 25, 54 nigrum *veratrum* medetur paralyticis insanientibus hydropicis, dum citra -im. 26, 123 fit *morbus regius* et citra -es (circa *codd.*). propter: VLP. dig. 21, 1, 4, 1 si propter -em loquantur aliena.

c *genetivus pendens a substantivis: genet. subi.:* CELS. 1 prooem. p. 6 finem. 2, 6 p. 37 habitu (GELL. 18, 10, 5). 2, 10 p. 53 accessio (SCRIB. LARG. 170 CASS. FEL. 55 p. 141 EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 912. *cf.* GREG. TVR. *saepius* accensus *vel* accentus *pro* accessus). 2, 11 p. 56 impetu. 3, 4, 78 ratio. 3, 4 p. 81 reliquiis. 3, 5 p. 84 incremento. 3, 11 p. 93 remissionibus. 3, 12 p. 93 decessu (PLIN. nat. 30, 102). 3, 13 p. 94 circumitus (*cf. infra l. 50.* SCRIB. LARG. 95 circuitibus. PLIN. nat. 32, 113). 3, 15 p. 96 tempus. 3, 18 p. 99 intentio. SCRIB. LARG. 95 horrores (PLIN. nat. 24, 76. 28, 107). PLIN. nat. 8, 119 morbos (25, 67?). 20, 17 ardores (20, 89. 23, 12. 101 PLIN. epist. 1, 22, 7 FIRM. math 1, 9, 1. 3, 4, 15 HIER. epist. 3, 3, 2 *al.*). PLIN. nat. 23, 48 valetudines. 31, 104 fervores. 32, 114 frigora. GELL. 18, 10, 5 modum. APVL. met. 10, 2 vapores. FIRM. math. 6, 39, 5 languores (GREG. M. epist. 9, 232). AMM. 14, 11, 6 vi (SVLP. SEV. Mart. 7, 1 epist. 3, 14). 19, 4, 2 tepore. AVG. nat. et grat. 32 calores. CASS. FEL. 61 p. 150 aestu. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 311a igne. II 15 p. 371 nimietas. *genet. obiect.:* CELS. 3, 3 p. 77 curatio (3, 18 p. 98 [?]. 4, 2 p. 123). PLIN. nat. 30, 95 medicina. *genet. part.:* HOR. carm. 1, 3, 31 cohors. CELS. 3, 5 p. 82 genera (SEN. epist. 95, 17).

2 *de generibus -ium:* **a** *genera -ium secundum tempora et intervalla:* *α notabilia de temporibus et intervallis -ium: generatim:* CIC. nat. deor. 3, 24 vide ... ne tertianas quoque -es et quartanas divinas esse dicendum sit, quarum reversione et motu quid potest esse constantius? CELS. 3, 3 p. 77 *ex -bus* una cotidiana, altera tertiana, altera quartana est: interdum etiam longiore circumitu quaedam redeunt; sed id raro fit. PS. SORAN. quaest med 125 earum -ium quae intervallum habent quaedam sunt periodicae, quae et fiunt et solvuntur et usque ad sinceritatem perveniunt. harum igitur quaedam cotidianae vocantur, aliae tertianae, aliae vero quartanae *eqs.* 131 quae -es intervalla habent? cotidianae, tertianae, quartanae. *speciatim:* CELS. 3, 3 p. 77 quartanae -*es* ... simpliciores sunt; incipiunt fere ab horrore; deinde calor erumpit; finitaque -e biduum integrum est: ita quarto die revertitur (PS. SORAN. quaest. med. 134 *quartanae -es* quarto die revertuntur. 137 *quartanae -es circumscribuntur* diebus tribus, spatiis VI, horis LXXII). 3, 3 p. 77 tertianarum *-ium* duo genera sunt: alterum eodem modo quo quartana et incipiens et desinens ... tertio *die* redit: alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessionem occupat interdum etiam vel minus vel plus; neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. id genus plerique medici *ἡμιτριταῖον* appellant (PS. SORAN. quaest. med. 133 *-es tertianae* uno quidem die spatium habent -ium et tertio die revertuntur. 136 *tertianae -es circumscribuntur* duobus diebus, spatiis IV, horis XLVIII). CELS. 3, 3 p. 77 *fusius de cotidianis -bus* (PS. SORAN. quaest. med. 132 *cotidianae -es* cotidianas accessiones habent et solvuntur, ut uno spatio febriat et post perfectam [*nonne* perfectum, *sc. spatium?*] habeat relevationem. 135 *cotidianae -es circumscribuntur* uno die, spatiis duobus, horis XXIV); *similiter aliarum -ium genera hic illic describuntur, imprimis* PS. SORAN. quaest. med. 113 *sqq. de signis -ium diversarum* ORIBAS. syn. 6, 1 *sqq.* *β exempla:* TER. Hec. 357 cotidiana (CELS. 3, 5 p. 83. 3, 15 p. 97 PLIN. nat. 28, 86. 90 GREG. TVR. glor. conf. 100 ORIBAS. syn. 6. 14. 15 TAB. devot. (FOX, Americ. Journ. of Phil. 33, 1 [1912] Suppl.) 1 A 6. 2 A 7. 3 A 7. 4 A 5 5 A 5. *cf.* PLIN. nat. 28, 228 est genus -ium, quod amphemerinon vocant. GLOSS. -is cottidiana *πυρετὸς καθημερινός.* MISC. Tir. p. 48, 9 cotidianariis). CELS. 2, 1 p. 28 tertianas (3, 14 p. 95 *bis.* PLIN. nat. 22, 50. 28, 82. 86. 31, 11 IAVOL. dig. 21, 1, 53 PRISC. gramm. III 414, 26 GREG. TVR. Iul. 3 glor. conf. 100. 103 vit. patr. 14, 2. 3 ORIBAS. syn. 6, 9. 10. 11 TAB. devot. ' *supra l. 77.* MISC. Tir. p. 48, 9

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tertianariis). CELS. 2, 1 p. 29 quartanis (2, 7 p. 43 PLIN. nat. 7, 166. 28, 82. 86. 96. 32, 52 MART. 10, 77, 3 IAVOL. dig. 21, 1, 53 IVLIAN. dig. 42, 1, 60 SER. SAMM. 897 GREG. TVR. glor. conf. 100 vit. patr. 14, 2. 16, 4 ORIBAS. syn. 6, 12. 13 TAB. devot. *v. p. 410, 77.* MISC. Tir. p. 48, 9 quartanariis. GREG. TVR. Iul. 3 Franc. 4, 32). *huc pertinent*: PLAVT. Curc. 17 *v. p. 409, 8.* CELS. 2, 4 p. 34 quae *-es* cotidie tempore eodem revertantur. 2, 17 p. 62 si circuitum habere ... *-is* solita est sic, ut tertio quartove die revertatur. 2, 17 p. 63 *quae -es* certum circuitum habent (3, 12 p. 93). PLIN. nat. 7, 170 quadrini circuitus *-em*. IVV. 9, 17 *veterem* torret quarta dies olimque domestica *-is*. GELL. 17, 12, 2 *-im* quartis diebus recurrentem. SER. SAMM. 914 est ... alternis *-is* rediviva diebus. AMM. 29, 2, 26 intervallatis *-bus* (31, 11, 6). GREG. TVR. Mart. 2, 22 *et* 32 quartani typi *-is*. *epitheta substantive usurpata*: PLIN. nat. 28, 46 relicum *aquae* dant in tertianis accessu *-ium* bibendum. PLIN. med. 3, 15 tit. quartanas. 3, 16 tit. tertianas. SVLP. SEV. Mart. 19, 1 gravissimis quartanae *-bus*. CASS. FEL. 65 tit. ad quartanam. GREG. TVR. vit. patr. 4, 5 quartanorum *-is*. *nota*: SER. SAMM. 48 tit. quartanae typo. 49 tit. tertianae typo. 50 cotidianae typo. CASS. FEL. 57. 58 typus tertianus, cotidianus. *al.*

b *genera -ium secundum earum naturam et modum*: LVCIL. 1194 querquera (*i. frigida, cf. infra l. 37*). CELS. 2, 1 p. 28 continuas (*opp.* ardentes vel tertianas. 2, 7 p. 39. 42. 3, 4 p. 82. *nota*: CASS. FEL. 61 p. 151 ad iugem sive continuam *-em*, quam Graeci synochon dicunt. *cf.* CELS. 2, 1 p. 34 quae *-es* ... sic continuent, ut). CELS. 2, 1 p. 29 acutae (*ibid.* p. 30 *opp.* longae. 2, 4 p. 34. 2, 5 p. 35. 2, 6 p. 37. 3, 22 p. 112. 4, 3 p. 125. 5, 26, 31. 5, 28, 13 AVG. quant. anim. 38 CASS. FEL. 36 *bis.* 42. 43. 62. 63. *cf.* GLOSS. *-is* acuta *πυρετὸς ὀξύς*). CELS. 2, 1 p. 28 longae (*ibid.* p. 30 *opp.* acutae. 2, 4 p. 34. 35. 2, 7 p. 42. 43. 3, 20 p. 105. 6, 16 p. 253 PLIN. nat. 28, 72. *cf.* 29, 79 longinquas. CAEL. AVR. acut. 2, 12, 83 chroniae). CELS. 2, 7 p. 42 vehementi (2, 10 p. 53 *bis.* 2, 15 p. 60. 3, 18 p. 98. 8, 4 p. 334). 2, 8 p. 47 ardentem, quam Graeci *καυσώδη* vocant (*cf. supra l. 22.* 2, 15 p. 60. 3, 7, 2. 7, 23 p. 304 PLIN. epist. 7, 1, 4). 2, 8 p. 47 continenti. *ibid.* p. 48 assidua. 2, 15 p. 60 recenti. 3, 9 p. 90 lentae. 3, 20 p. 104 levissima (IVLIAN. dig 42, 1, 60 AMM. 21, 15, 2). 4, 14 p. 139 magnae (7, 26, 5 VVLG. Luc. 4, 38 HIER. in Is. 38, 10 *sqq.*). 7, 26, 5 modica. PLIN. nat. 7, 172 perpetua. 23, 157 frigidas (26, 115. 28, 121. 32, 113 SERV. georg. 3, 458 [*opp.* arida]. ISID. orig. 4, 7, 10 typi sunt frigidae *-es*. GLOSS. III 523, 14 frigidae *-es* typi. *cf.* GREG. TVR. Mart. 4, 8 p. 651 frigoritica). PLIN. nat. 28, 107 statas. 29, 64 nocturnis. GELL. 12, 5, 2 rapida (18, 10, 2 AMM. 26, 4, 4). APVL. met. 10, 25 flagrantissimis (FIRM. math. 6, 39, 5). TERT. anim. 55 mollibus. PS. AVR. VICT. epit. 42, 17 acerrima. RVFIN. hist. 1, 8, 9 lenta. PS. SORAN. quaest. med. 114 *sqq. passim. nota* 121 epialus *-is* est ⟨eis⟩ qui cum frigore nimio simul et cum calore vexantur, ita ut et febriant et algeant et sitim habeant cum calore. CASS. FEL. 60 simplices *-es* Hippocrates efemeras appellavit. 61 p. 149 causos latino sermone *-is* incendiosa dicitur. ORIBAS. syn. 6, 6 *sqq. passim. cf.* PS. AVR. VICT. epit. 15, 7 *-i* paucorum dierum. *significatur non tam genus quam ipsa ratio -is* (*in universum*): LVCR. 2, 34 nec calidae citius decedunt corpore *-es* (SER. SAMM. 887. *cf.* 89 calens). OV. Pont. 1, 10, 1 anhelis. MART. 6, 70, 8 tetricae.

B *de bestiis*: VARRO rust. 2, 1, 22 qui (*agni haedi porci*) e labore *-em* habent. 2, 3, 5 *caprae* nunquam sine *-i* sunt. 2, 4, 5 *sues* perfunctas esse a *-i* et a foria. VERG. georg. 3, 458 artus *ovium* depascitur arida *-is*. GRATT. 389 accensis *-bus catulorum*. COLVM. 6, 5, 1 (*?*). PLIN. nat. 26, 117 verbenaca ... iumentorum *-bus* in vino medetur. PELAGON. 35 ad *-em* interiorem *equorum* discutiendam. 389 potio ad *-es* interaneas; *saepius*. CHIRON 120 totum caput *iumentorum -i* continetur. 225 cotidianis diebus sine *-e* ... non sunt. 239. 837. 948 VEG. mulom. 3, 11, 2.

II ***translate*** *de mente i. q.* ***insania, furor, dementia*****:** VERG. catal. 2, 3 iste rhetor, iamque quatenus totus Thucydides, tyrannus Atticae *-is*. SEN. nat. 4, 13, 11 videbis ... quosdam ... frusta eius (*nivis*) in scyphos suos deicere, ne tepescant inter ipsam bibendi moram. sitim istam esse putas? *-is* est et quidem eo acrior, quod non tactu venarum nec in cutem effuso calore deprehenditur, sed cor ipsum excoquit. HIER. tract. in Marc. p. 337, 10 *utinam dominus -es* peccatorum nostrorum ... sanet! AVG. in psalm. 39, 8 quae vides, bona ⟨putas⟩, falleris: sanus non es, nimia *-e* phreneticus factus es. serm. 9, 10 sic avaritia, sic libido, sic odium ... *-es* sunt animae tuae *eqs.* 175, 2 periculosius aegrotant, qui mentem *-bus* perdiderunt. in epist. Ioh. 4, 4 *homines* amando, quod *-is* suadebat, iniuriam medico *Christo* faciebant. PETR. CHRYS. serm. 41 p. 314^{D} hoc non est ratio sed languor, non vita sed *-is*. CLAVD. MAM. anim. p. 167, 9 *diabolus* invidiae *-e* tabuit. ENNOD. opusc. 2, 129 *me* reducta ... sanitas *-ium* fecit delubra contemnere. *cf.* PLAVT. Pseud. 643 scio hoc *-im* tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas.

epitheta v. p. 410, 45 sqq.

synon. ad I: VITR. 6, 1, 4 ardores. CELS. 2, 8 p. 49 inflammatio (3, 10 p. 92. 5, 26, 30. 8, 9, 1). 5, 28, 1 horror. COMM. apol. 955 frigora (TAB. devot. Wünsch, Seth. Verfl. 1, 9).

annominatio: VEN. FORT. carm. 8, 11, 12 *-is* ... in fibris (febris *codd.*) stabat.

deriv.: febrescere, febricosus, febricula *deminutive* (NOT. Tir. 112, 19/20), febrifugia, febrire. *cf. Onomasticon.*

? **2. febris** *v.* februarius *l. 55.*

(**febro, -atus** *v.* februo *p. 413, 55 et 63.*)

februālis, *-e cf. c.* februus, februatus. PAVL. FEST. p. 85 *Iunonem februatam* alii *-em*, Romani februlim (februllim *codd.*) vocant. MART. CAP. 2, 149. LYD. mens. 4, 25 (*φεβρουάριος λέγεται*) *διὰ ... φεβρουᾶλεμ* (*sc. Iunonem*) *τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρεσθαι.*

februāmentum, *-ī n. a* februare. CENS. 22, 14 *-a* purgamenta.

februārius,** *-iī* [*a* februum *dictum esse videtur, v.* VARRO ling. 6, 34. *Th.*]. **I** *nomen* ***mensis *et adiectivi vice positum et subst. masc.*: *de etymologia*: VARRO ling. 6, 34 posterior *mensis* ... ab diis inferis *-us* appellatus, quod tum his paren⟨te⟩tur; ego magis arbitror *-um* a die februato, quod tum februatur populus. OV. fast. 2, 31 *sqq.* mensis (*sc. -us*) ab his (*februis*) dictus, secta quia pelle Luperci omne solum lustrant idque piamen habent, aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris *eqs. cf.* 1, 43 Numa *Ianuarium et -um instituens* nec Ianum nec avitas praeterit umbras. PAVL. FEST. p. 85 *-us* mensis dictus, quod tum ... populus februaretur, id est lustraretur ac purgaretur. SVET. frg. p. 165 *-um* ... a februis sacris Lupercorum appellaverunt. CENS. 22, 13 nomen traxisse *-um* a februo. est febru(u)m quidquid piat purgatque et februamenta purgamenta ... in hoc ... mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem calidam ferunt, quod febru(u)m appellant, unde dies Lupercalium proprie februatus et ab eo porro mensis *-us* vocitatur. AVG. civ. 7, 7 p. 283 Terminalia eodem mense *-o* celebrari dicunt, cum fit sacrum purgatorium quod vocant *-um*, unde mensis nomen accepit; *sim.* AVG. c. Faust. 18, 5 CARM. de mens. 2, 8 POL. SILV. fast. Febr. 1 ISID. nat. 4, 4 GLOSS. V 199, 21 PLVT. Numa 19 ATHEN. 3, 98 b LYD. mens. 4, 25. *paulo aliter*: PAVL. FEST. p. 85 *-us* mensis dictus ... a Iunone Februata, quam alii Februalem, Romani Februlim vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant eiusque feriae erant Lupercalia, quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Iunonis. SERV. georg. 1, 43 *duo menses* a Iano et Februo nominati sunt. Februus autem est Ditis pater, cui eo mense sacrificabatur. ISID. orig. 5, 33, 4. GLOSS. V 26, 15. LYD. mens. 4, 25 *τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ ἀπὸ Φεβρούας θεᾶς οὕτω προσαγορευομένης τὸ ὄνομα γέγονεν· Φεβρούαν δὲ θεὰν ἔφορον καὶ καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον κτλ. cf.* SOL. 1, 40 *-us* diis inferis deputatur. MACR. sat. 1, 13, 3 secundum *mensem* dicavit *Numa* Februo deo. ISID. orig. 5, 33, 4 *-um* diis Manibus Romani consecraverunt. LYD. mens. 4, 64 (*ὁ φεβρουάριος*) *Πλούτωνι καὶ τοῖς καταχθονίοις ἀφωρίσθη. aliter*: AVG. civ. 7, 7 p. 283 D. *-um* Termino *dedicaverunt Romani.* LYD. mens. 4, 25 *τὸν φεβρουάριον μῆνα Ἥρᾳ ἀνατεθῆναι ἀξιοῦσι διὰ τὸ τὴν Ἥραν παρὰ τοῖς φυσικοῖς δοκεῖν εἶναι τὸν ὕπτιον ἀέρα. Wissowa, PW. VI 2096.* *de formis*: PROB. app. gramm. IV 199, 12 februarius, non febrarius; *sed legitur* febrarius: CORP. III 8690. VIII 23061. XI 4030. XII 2421. 3335. XIII 1508. 2351. 2361. 2425. XIV 58 INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 428. 1906 p. 3 PAPYR. Oxyrh. I 43 col. 5, 30. Berol. I 326 col. 2, 18 *al. nota*: CORP. IV 4983 febrares. INSCR christ. Rossi I 57 febraras (INSCR. Bullett. di archeol. crist. 1874 p. 11. 1894 p. 12). *per compend.* febrar.: CORP. IX 3160. XII 5405. XIII 1732. XIV 2795. febra: (*?*) IV 4528. VITA Vedast. 8 (script. rer. Merov. III) febroarias (CORP. XII 936. XIII 3509 EXC. Barb. chron. I p. 297, 316 INSCR. Dittbg. Syll. 315). CORP. XII 2064 ⟨f⟩ibruarias (2363). *formae singulares*: CORP. IV 1431 febres (*an* febr(ar)es*?*). XIII 3690 febarpias. PAPYR. Wessely (Wien. Stud. 24, 1902) 150 *φρεβαρίων, φεβλάριος, φλεβάριος, φρεβάριος. de compendiis cf. supra l. 51. alia ex titulis elegi haec*: F: CORP. I^{2} 2 nr. 1142. 1166. 1198. FE: CORP. I^{2} 2, 1020. 1103. IV 1560. FEB: CORP. I^{2} 2, 930. 940. I 625 (= IX 3771/2; *a. 43 a. Chr.*). 755. 761. 767. IV 816. 1560. 4528 INSCR. graec. Rom. Cagnat I 147. FEBR: DECRET. Pauli (Corp. I^{2} 2, 614) ACT. triumph. Capitol. a. u. c. 479 (Corp. I^{2} 1 p. 46) CORP. I 752. 759. IV 2464 CAVTIO Phaonis (Corp. X 444) 12. FEBRVAR: DECRET. decur. Gab. (Corp. XIV 2795). FEFRVA: INSCR. Rossi Roma sotteranea II 211 tab. 33, 5. *non abbreviatur*: SENT. procos. Sard. (Corp. X 7852) 19. *similiter variant codd., sed videtur cum voce* mensis *coniunctum numquam abbreviari.* [*val.* faurar, *it.* fabbraio, *francog.* février, *hisp.* hebrero. *M.-L.*]

additur, nisi simul de aliis mensibus vel de Kal. Non. Id. *agitur, plerumque vox* mensis, *voci -us fere semper anteposita.* mensis *postponitur*: PAVL. FEST. p. 85 COLVM. 11, 2, 99. 11, 3, 47 PLIN. nat. 17, 57 PALLAD. 3, 25, 27. *omittitur*: CIC. ad Q. fr. 2, 10, 2 COLVM. 2, 4, 9. 2, 10, 34. 11, 3, 14 PLIN. nat. 19, 88 CORP. XIII 3509. *vocibus* Kal. Non. Id., *quibuscum adiectivi loco coniungitur, semper fere postponitur. antecedit*: PLIN. nat. 2, 122 is dies sextus *-as* ante idus. PALLAD. 2, 7 circa *-as* calendas.

loci notabiles**:** **1** *de -i in numero mensium ordine et numero dierum: mensibus olim decem cum Ianuario a Numa additus vel duodecimus vel secundus*: VARRO ling. 6, 73 duodecimus mensis fuit *-us*. CENS. 22, 13 *Varro credit* Ianuarium et *-um* postea ... additos (SVET. frg. p. 166 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 209 VIR. ill. 3, 1 ISID. nat. 4, 4 *cf.* OV. fast. 1, 43/44. 3, 152). SERV. auct. georg. 1, 43 MACR. sat. 1, 13, 14. PLVT. Numa 17 *δωδέκατος δὲ καὶ τελευταῖος ὁ φεβρουάριος, ᾧ νῦν δευτέρῳ χρῶνται.* aet. Rom. 19 ZONARAS epit. 7, 5.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inde mensis Numae: AVSON. 371, 13. 381, 7. 382, 2. *cf.* 378, 8 quem mensem Numa... voluit succedere Iano. *comparatur cum aliarum gentium mensibus*: HIER. in Zach. 1,7 p. 783 mensis ... undecimus qui appellatur Sabat ... qui ab Aegiptiis Mechir, a Macedonibus *περίτιος*, a Romanis -us appellatur. POL. SILV. fast. Febr. tit. (Corp. I² 1 p. 257) vocatur apud Hebraeos Adar, apud Aegyptios Mechir, apud Athenienses Gamelion apud Graecos Peritios *al.* *habet duodetriginta dies*: CENS. 20, 5 *factus* -us duodetriginta *dierum* atque ita omnes menses pleni et impari dierum numero esse coeperunt excepto -o, qui solus cavus et ob hoc ceteris infaustior est habitus. SOL. 1, 40 propter pares *dies* -us quasi ominosus dis inferis deputatur. MACR. sat. 1, 13, 7 -us viginti et octo retinuit dies (*cf.* 1, 13, 15), quasi inferis et deminutio et par numerus conveniret. AVSON. 378, 7 POL. SILV. *et* PHILOCAL. fast. Febr. tit. (Corp. I² 1 p. 256/7) *al. cf.* LYD. mens. 4, 24 *ὅτι ἐν τῷ φεβρουαρίῳ αἱ χοαὶ τῶν κατοιχομένων ἐτελοῦντο, διὰ τοῦτο ὁ Νουμᾶς αὐτὸν ἠλάττωσεν.* 4, 64 (*ὁ φεβρουάριος*) *κατὰ τὸ ἄπειρον τοῦ ἀριθμοῦ Πλούτωνι καὶ τοῖς καταχθονίοις ἀφωρίσθη.* frg. fals. attr. 5 *Κάμιλλος ... τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ* (*sc. Φεβρουαρίου*) *μῆνα παρὰ τοὺς ἄλλους ἐκολόβωσε.* *mensis intercalaris*: VARRO ling. 6, 13 CENS. 20, 6 CELS. dig. 50, 16, 98, 1 SERV. georg. 1, 43 MACR. sat. 1, 13, 14. 15. 1, 14, 6 PLVT. Numa 18.

2 *de rebus sollemnibus ad mensem pertinentibus*: **a** *in religione: praeter* FAST. *et* OV. fast. 2. *cf.* VARRO ling. 6, 13 rex ... ferias menstruas nonis -is edicit. FEST. p. 254 Quirinalia mense -o dies, quo Quirini fiunt sacra. CARM. de mens. 2, 8 Romuleo ritu februa mensis (*sc.* -*us*) habet. MACR. sat. 1, 13, 3 lustrari ... eo mense civitatem necesse erat, quo statuit *Numa*, ut iusta dis Manibus solverentur. PLVT. aet. Rom. 19. 34. 68. **b** *in astronomia, re rustica sim.*: VARRO rust. 1, 28, 1 *dies* primi verni temporis ex a. d. VII id. febr. *sunt.* SEN. epist. 86, 20 *vites* mense -o positas. COLVM. 2 *passim.* 9, 14, 17. 11, 2, 4 *al.* PALLAD. 2, 14, 1. 2, 15, 1. 2. lib. 3 *passim al.*

II *cum nomine* deus *i. Faunus*: AVELL. p. 454, 13 (*epistula Gelasii adversum Andromachum contra Lupercalia*) morbos gigni quia daemonia non colantur et deo -o non litetur. *ibid.* p. 456, 28 illo tempore (*sc. pestilentiae*) deo tuo -o minime litabatur ...? illo tempore Lupercalia non celebra⟨ba⟩ntur? *cf. Onomasticon.*

februātio, -ōnis *f. a* februare. *i. q. purgatio*: VARRO ling. 6, 13 Lupercalia -o (*sc. vocantur, sunt sim.*), ut in antiquitatum libris demonstravi.

februātus *v.* februo.

februlis, -is *f. cf. c.* februatus, februalis. *cognomen Iunonis*: PAVL. FEST. p. 85 *Iunonem februatam* Romani -im (februllim *codd.*) vocant; *cf.* ARNOB. nat. 3, 30 nulla *Iuno* februtis (*sic cod. P*; -is *Vrs.*) *reperietur.*

februm *v.* februum.

februo, -ātum, -āre [*a* februum. *Th.*]. VARRO ling. 6, 34 *februarium appellari* a die -ato, quod tum -atur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum (PAVL. FEST. p. 85 quod tum ... populus -retur, id est lustraretur ac purgaretur). frg. Non. p. 114, 16 -are, id est pura facere (NON. *ad verbum* -are: positum pro purgare et purefacere). PAVL. FEST. p. 85 *die feriarum Lupercalium* mulieres -bantur a lupercis amiculo Iunonis, id est pelle caprina. CENS. 22, 14 (*bis*). GLOSS. LYD. mens. 4, 25 *φεβρουᾶρε τὸ καθᾶραι τὰ ποντιφικάλια βιβλία καλεῖ. cf.* PLVT. quaest. Rom. 68 *καλοῦσι ... φεβράριν* (*φεβρουᾶρε Pantazides; sed fortasse forma* febrare *subest, cf. infra l. 63*) *τὸ τῶν σκυτῶν ἤθει καθικνεῖσθαι, τοῦ ῥήματος τὸ καθαίρειν σημαίνοντος.* SCHOL. Iuv. 2, 142 steriles mulieres -antibus lupercis se offerebant.

part. perf. pass. pro adi. **februātus,** -a, -um: VARRO ling. 6, 13 rex cum ferias menstruas nonis februariis edicit, hunc diem -um appellat (6, 34 *februarium appellari* a die -o. PAVL. FEST. p. 85 CENS. 22, 15. *cf.* PLVT. quaest. Rom. 68 *καλοῦσι ... τὴν ἡμέραν ἐκείνην* (*sc. Lupercalium*) *φεβράτην* [Rom. 21]). PAVL. FEST. p. 85 Iunone -ata, quam alii februalem Romani februlim vocant (LYD. mens. 4, 25 *οὐ μόνον φεβρουάριος ἀλλὰ καὶ φεβρουᾶτος λέγεται* [*sc. ὁ μήν*] *διὰ τὴν τούτου ἔφορον* [*i. Iunonem*] *καὶ φεβρουάταν καὶ φεβρουᾶλεμ τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρεσθαι*). *ibid.* id ... quod purgatur dicitur -um (GLOSS. V 500, 36).

deriv.: februatio, februamentum.

februtis *v.* februlis.

febru(u)m, -ī *n.* [*orig. inc., cf.* februus, februlis. *Th.*]. -uum *versu confirmatur* OV. fast. 2, 19 *sqq.* 4, 726. 5, 423 CARM. de mens. 1, 2. 2, 8 AVSON. 376, 2. 377, 3. -um *exhibet* VARRO ling. 6, 12 *codd. praeter Fv* CENS. 22, 13. 14. 15 *codd. DV* (*sed paulo ante* -uo) LACT. inst. 6, 24, 28 *P*¹*V* SERV. auct. Aen. 8, 343 AVG. civ. 7, 7 p. 283 D. POL. SILV. fast. Febr. tit. *i. q. purgamentum*: VARRO ling. 6, 13 -um Sabini purgamentum et id in sacris nostris verbum. OV. fast. 2, 19 -ua Romani dixere piamina patres; nunc quoque dant verbo plurima signa fidem: pontifices ab rege petunt et flamine lanas, quis veterum lingua -a nomen erat ... -a poscenti *flaminicae* pinea virga data est. denique quodcumque est, quo corpora nostra piantur hoc apud intonsos nomen habebat avos (*cf.* PAVL. FEST. p. 85 quaecumque ... purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur, -a appellantur). CENS. 22, 13. 14. 22, 15 Lupercalibus salem calidum ferunt, quod -um appellant. SERV. auct. Aen. 8, 343 pellem ... capri (*sc. Lupercalibus sacrificati*) veteres -um vocabant. AVG. civ. 7, 7 p. 283 D. fit *Terminalibus* sacrum purgatorium, quod vocant -um. POL. SILV. fast. Febr. tit. OV. fast. 4, 726 saepe tuli plena -ua tosta manu. 5, 423 annus erat brevior nec adhuc pia -ua norant (*i. nondum februarius cum ianuario additus erat*). LACT. inst. 6, 24, 28 ad quod sacrificium neque verbenis opus neque -(u)is neque cespitibus. CARM. de mens. 1, 2 vota deo Diti -ua mensis (*sc. februarius*) habet. 2, 8 Romuleo ritu -ua mensis (*sc. februarius*) habet. AVSON. 376, 2 -ua vicino mense (*i. februario*) Numa instituit. 377, 3 post superum cultus vicino -ua mense dat Numa cognatis manibus inferias.

deriv.: februarius (*cf. p. 412, 15 sqq.*), februare.

februus, -a, (-um) *cf.* februum. **1** *nomen aliud mensis februarii*: CARM. poet. min. V 58, 8, 8 -i quarta *dies* est *Aegyptiacus.* 67, 10 inducit -o ver ... Aquarius. INSCR. christ. Rossi II p. 217, 88, 8 ad binos annos et menses circiter octo ter senos -o connumerante dies. **2** *cognomen Iunonis*: MART. CAP. 2, 149 *Iunonem* -am mihi poscere non necesse est. *cf. Onomasticon.*

? **fecicuba** *notionis incertae.* CAEL. AVR. acut. exc. p. 705 qui (*peripleumonici*) assidue illa antidota acceperint, quae -a (*βηχικά? Daremberg*) appellantur, idem ad tussim composita vel aliqua similia.

fecinum *v. p. 162, 32.*

fec(u)la *v. p. 162, 42—44. adde*: GALEN. comp. medic. sec. loc. 1 (t. XII p. 490 Kühn, Lips. 1826) *τρυγὸς οἴνου κεκαυμένης, ἣν Ῥωμαῖοι φέκλην καλοῦσιν, λίτρας κδ´ κτλ. ibid.* (p. 491) *φέκλης λίτραν μίαν* (*cf. Thes. gr. Dindorf. VIII 697*). GALEN. de succedan. t. XIX p. 746 K. *ἀντὶ φέκλης σανδαράχη dari potest a medico.* PS. GALEN. introd. seu medicus 15 (t. XIV p. 765 Kühn) *ὕλη δὲ τῶν καυστικῶν κονία, ἄσβεστος ζῶσα καὶ ἀρσενικὸν καὶ σανδαράχη καὶ φέκλα καὶ τὰ τοιαῦτα* (*locos nobis indicavit H. Schoene*).

feculent- *v.* faeculent-. **feculo** *v. p. 163, 39.*

fēcundātor, -ōris *m. a* fecundare. *is qui fecundat: c. genet. obiect.*: FVLG. aet. mund. p. 151, 17 *deus* sterilitatis aridae *Elisabeth* -r. IVLIAN. Aug. c. Iul. 6, 8, 23 mulierum. Aug. c. Iul. op. imperf. 1, 66 virginis.

fēcundia, -ae *f. a* fecundus. NOT. Tir. 75, 7/8 fecundus -a.

***fēcunditās,** -ātis *f. a* fecundus. *de ratione scribendi*: GELL. 16, 12, 8 idcirco (*propter etymologiam sc.* 'fenus' ... dictum ... a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae *eqs.*) et M. Catonem et ceteros aetatis eius feneratorem sine a littera pronuntiasse *M. Varro* tradit, sicuti fetus ipse et -s appellata. *de notione*: GLOSS. *γονιμότης. εὐκαρπία. εὐφορία. πολυγονία.* abundantia. [multum proferens *pert. ad* fecundus, *ut vid.*] *legitur inde a* VARRONE *et* CIC.; *plur. non nisi* EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917ᴮ.

I ***proprie: de fructu vel effectu corporeo:***

A ***sensu strictiore:*** *facultas concipiendi, pariendi* (*cf.* COLVM. 3, 8, 1 parem legem -is *rerum naturam* dixisse virentibus atque hominibus ceterisque [celeriterque *codd.*] animalibus): **1** *absolute vel c. genet. subiect. sim.*: **a** *de terris, aquis: c. genet. subiect.*: CIC. nat. deor. 2, 13 quae *commoda* percipiuntur ... -e terrarum (BELL. Hisp. 8, 2 PLIN. nat. 17, 147 PLIN. paneg. 32, 1 AMBR. hex. 2, 4, 16 PS. RVFIN. in Os. 2, 11 AVG. civ. 7, 23 p. 303 D. CASSIOD. in psalm. 104, 33). LIV. 38, 15, 9 agri. SOL. 37, 2 sŏli *Mesopotamiae.* AVIEN. ora 501 caespitis. HEGES. 2, 9, 1 *Aegypti.* AVG. civ. 22, 21 p. 603 D. paradisi. *c. attributo*: AVG. civ. 18, 32 p. 303 D. terrenam. *absolute*: CIC. nat. deor. 2, 152 nos aquarum inductionibus terris fecunditatem damus (TERT. adv. Hermog. 29 p. 156 terram non statim varia -e donavit *deus.* RVFIN. hist. mon. 11 p. 431 D. AVG. civ. 21, 8 p. 506 D.). div. 1, 94 *in agris* multa propter -em fingi gignique possunt (SEN. dial. 9, 17, 5 cito *agros fertiles* exhauriat numquam intermissa -s). COLVM. 1 praef. 24 Numidiae putres harenae -e vel robustissimum sŏlum vincunt. MELA 3, 54 *Scadinavia* ut -e alias ita magnitudine antestat. PLIN. paneg. 30, 3 *Nilus* -is parens. 32, 2 *princeps* si non -em, at bona -is importat. VOPISC. quatt. tyr. 8, 7 digna profecto civitas (*sc. Alexandria*) quae pro sui -e ... totius Aegypti teneat principatum. PS. HIL. libell. 5 benignam -em his (*aquis et terris*) addidit *deus.* AMM. 23, 6, 29 *Medi* pingui -e laetissimi. CHROMAT. in Matth. 4, 3 p. 339ᴬ sterilis natura aquarum in -em mutata est. MART. CAP. 6, 629 Baetica cunctas ubertate -is provincias antevenit. *cf.* ARNOB. nat. 7, 22 nec *arbitramur* Telluri gravidas atque feras *pecudes oportuisse mactari* ob honorem -is ipsius, quam cuncti expetimus et optamus inextinguibili semper -e (fertilitate *vel* ubertate *vel* virtute *suspicatur Zinckius*) procedere. **b** *de segetibus, arboribus, herbis: absolute*: SEN. epist. 39, 4 sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami ⟨nimio⟩ onere franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia -s. COLVM. 3, 2, 14 Nomentanae *vites* vini nobilitate subsequuntur Amineas, -e vero etiam praeveniunt, quippe cum se frequenter impleant et id, quod ediderunt, optime tueantur (3, 2, 20. 25. 28. 3, 6, 4. 3, 9, 1. 3 *bis.* PLIN. nat. 14, 36. *cf.* COLVM. 3, 10, 8 *semen vitis* quod loco sterili laetum robustumque sine fetu ⟨pro⟩cessit, fallacem -is imaginem praefert. 3, 10, 13 ut malleolo ... -is vis adsit [3, 10, 19]. 3, 10, 14 *palmitem* ne vim quidem -is habere [3, 10, 17 PLIN. nat. 17, 178]. 3, 10, 15 *pampinarios* tempore anni sequentis acquirere -em. 3, 10, 21 vim -is certis quasi membris *sagittarum* inesse. 4, 3, 4 *vinea* consumitur ...

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fēnerātor, -ōris *m. a* fenerari (fenerare). *de etymologia*: Varro frg. Gell. 16, 12, 1 -r a faenore est nominatus. Pavl. Fest. p. 86 -es et lex . . . fenebris a fetu dicta. Prisc. gramm. II 273, 16 antiqui feneris dixerunt, unde . . . -r. Vel. gramm. VII 72, 22 quaeritur faenoris an faeneris dicamus, quoniam nomen inde tractum dicimus -em. Isid. orig. 10, 96 -r, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi fenoris actor. Gramm. suppl. 118, 19. Not. Tir. 41, 51—53 faenus faenerat -r. *sed* Cloat. Ver. Gell. 16, 12, 5 -r . . . appellatus est quasi φαινεράτωρ, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον. *de scriptione*: Gell. 16, 12, 8 M. Varro M. Catonem et ceteros aetatis eius -em sine a littera pronuntiasse tradit. *codd. et* fae- *et* fe- *et* foe- *exhibent.*

is qui pecuniam usuris (saepius nimiis usuris) collocat (*cf. synon. et epith. p. 475, 35 et 45*): Pavl. Fest. p. 68 danistae -es. Hier. in Is. 3, 12 p. 57 δανεισταί, id est -es. Gloss. δανειστής. -es δανεισταί. *cf.* Gloss. danus -r. -r vel feneratio. Avg. in psalm. 36 serm. 3, 6 si plus quam dedisti expectas accipere, -r es et in hoc improbandus, non laudandus.

I ***proprie*:** **A** *de eo qui suas pecunias mutuas dat*: **1** *absolute*: Caecil. tit. fab. Non. p. 150. 543. Cato agr. 1, 1 maiores nostri sic habuerunt . . . furem dupli condemnari, -em quadrupli. quanto peiorem civem existimarint -em quam furem, hinc licet existimare. Varro Men. 37 avarus -r spe lucri rem scriptione duplicarat. Cic. Verr. 4, 167 impudentiam -is . . . cognoscite (Schol. Hor. 1, 6, 121). Sest. 18 -um gregibus inflatus . . . in tribunatus portum perfugerat. off. 1, 150 qui *quaestus* in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut -um. Att. 5, 21, 12 venit in mentem -bus nihil se iuvare . . . senatus consultum. 6, 1, 6. 7, 7, 5. epist. 5, 6, 2 nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione -es exemerit. Cael. Cic. epist. 8, 17, 2. Sall. Catil. 33, 1 violentia atque crudelitate (Liv. 6, 14, 3. *cf. infra l. 49*) -um plerique patria sede . . . expertes sumus. *ibid.* saevitia -um. Hor. epod. 2, 67 haec ubi locutus -r Alfius (Colvm. 1, 7, 2), omnem redegit Idibus pecuniam, quaerit Kalendis ponere. Liv. 2, 31, 7 tanta cum gratia tum arte praeparaverant -es, quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. 6, 15, 8 dictatorem profiteri patrocinium -um adversus plebem. 7, 28, 9 iudicia . . . tristia in -es facta (35, 41, 9), quibus ab aedilibus dicta dies esset (10, 23, 11). 8, 28, 1 ob . . . -is simul libidinem simul crudelitatem (8, 28, 5). 32, 27, 4 fugatique ex insula -es (*cf.* Sen. epist. 81, 2 -em non fugat a foro decoctor). Vitr. 1, 2, 9. 6, 5, 2 Sen. contr. 9, 1, 12. suas. 7, 5 *Antonio* pecunias crediderunt -es. Sen. dial. 2, 6, 7 -es perdiderunt tabellas, quibus avaritia . . . divitias imaginatur. 5, 33, 3. benef. 2, 17, 7 male audire solet -r, si acerbe exigit, aeque, si in recipiendo tardus ac difficilis moras quaerit. 2, 21, 2 loco numerabo . . . -is, cui sciam reddendum, quod accepi. 3, 15, 4 qui dat beneficia, deos imitatur, qui repetit, -es. 5, 21, 3 -r quosdam debitores non appellat (rem. fort. 3, 2), quos scit decoxisse. 6, 40, 2 quasi cum acerbo -e signare rationem parem. epist. 118, 2 quam durus sit -r Caecilius, a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possint. Colvm. 3, 3, 9. Plin. nat. 33, 19 *Flavius* ex multaticia -bus condemnatis aediculam aeream fecit. Mart. 2, 44, 3 Qvint. inst. 7, 1, 20 Ps. Qvint. decl. 3, 17 Tac. ann. 6, 17. Svet. Tib. 48, 1 cum *Tiberius* per senatus consultum sanxisset, ut -es duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem aeris alieni statim solverent. Nero 30 Vit. 14, 2. Vesp. 11 auctor senatui fuit decernendi *Vespasianus* . . . ne . . . filiorum familiarum -bus exigendi crediti ius umquam esset. Flor. epit. 1, 23, 1 impotentiam -um (Ampel. 25, 1). Argvm. Plaut. Most. 6 intervenit lucripeta fenus -r postulans. Gaivs inst. 4, 23 lex Marcia adversus -es, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. Vlp. dig. 4, 2, 23, 2 si -r inciviliter custodiendo athletam et a certaminibus prohibendo cavere compulerit ultra quantitatem debitae pecuniae. 33, 7, 12, 43. Pavl. dig. 22, 2, 6 pr. -r pecuniam usuris maritimis mutuam dando quasdam merces in nave pignori accepit, ex quibus si non potuisset totum debitum exsolvi, aliarum mercium aliis navibus impositarum propriisque -bus obligatarum si quid superfuisset, pignori accepit. Tert. pudic. 22 Itala prov. 29, 13 (Ambr. Tob. 7, 25) Porph. Hor. sat. 1, 3, 86. 2, 3, 69. Lampr. Alex. 26, 2 usuras -um contraxit *Alexander*. Firm. math. 3, 7, 4 *Mercurius* faciet -es, negotiatores aut qui alienarum curam rerum procurationemque sustineant (7, 26, 10). 8, 19, 7 -r de mensis publicis colligens magna divitiarum subsidia. 8, 24, 2. 8, 28, 4. 8, 29, 14 Zeno 1, 9, 4. Avson. 335, 1 ut avidus -r improbum nummum malui occupare quam condere. Qverol. p. 18, 18

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 86 (*bis*). 1, 6, 121 (*ter*). ars 327. AMBR. Tob. *passim*, *ut* 3, 10 ubi usurarum mentio facta fuerit aut pignoris . . . -r arrisit. 5, 19 mane -r pulsat ad ianuas, queritur dies solutionis transisse praescriptos, iniuriis vigilantem adoritur. 6, 23. 12, 40. 13, 43 VVLG. psalm. 108, 11 Sirach 29, 35 Is. 24, 2 Luc. 7, 41 AVG. serm. ed. Mai 97, 2. 14 SIDON. epist. 4, 24, 1 FAVST. REI. epist. 10 p. 216 ANIAN. Chrysost. hom. 5, 5 COD. Iust. 7, 71, 8, 3. 8, 33, 3, 1 si nulla pactio intervenit, licentia dabitur -i ex denuntiatione vel ex sententia iudiciali post biennium . . . *rem pignoratam* vendere. 8, 33, 3, 4[b] PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306[C. D]. **2** *c. gen. rei*: VAL. MAX. 4, 8, 3 nummorum suorum, non civilis sanguinis esse -em. AMBR. Tob. 9, 33 *pecuniae* (exc. Sat. 1, 3). **3** *c. pron. poss.*: AMBR. hex. 3, 8, 35 homines saepe . . . ipsa -em suum sorte defraudant. HEGES. 2, 10, 5 quo *debitores* -bus suis inopes insolentius insurgerent. FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 6 cum -es nostri sitis.

B *fere i. q. dispensator, procurator rei familiaris*: AMBR. fug. saec. 4, 18 virtutum culmina, quas pro praemiis bono -i alibi dispensat (*spectat ad Luc. 19, 17 sqq., ubi* VVLG. servus).

II ***translate*** *in locutionibus metaphoricis*: **A** *absolute*: AMBR. Iac. 2, 5, 23 tibi cavendus est -r, qui substantiam animae tuae scrutatur, si qua peccati gravioris aera contraxeris, . . . qui mentem tuam centesimarum incurvat usuris (Tob. 4, 12. *cf.* VVLG. psalm. 108, 11 *ubi proprie*). Ios. 4, 19 chirographum sustulit, -em removit, exuit debitorem *Christus*. Tob. 4, 12 mali -es (*sc. Iudaei*), qui dederunt pecuniam *Iudae*, ut interficerent salutis auctorem. PETR. CHRYS. serm. 39 p. 310[D] petenti taliter, quotquot necessarios habuit euangelicus iste -r largitus est panes (*spectat ad Luc. 11, 5 sqq. ubi cf.* 'commoda mihi tres panes'). **B** *c. gen. rei fere is qui auget, conduplicat: dicitur in malam partem*: AMBR. Tob. 9, 33 quis . . . peccati est -r nisi diabolus? (FERRAND. epist. 3, 5. *cf.* AVG. c. Iul. 1, 7, 32 dicit *Ambrosius* diabolum -em, a quo Eva maculata obnoxiae successionis usuris omne genus defeneravit humanum). PS. RVFIN. in psalm. 54, 12 iniuriarum. *in bonam partem*: SALV. gub. 6, 94 referatur gratia -bus gratiarum.

syn. et iuxta posita (selecta): ad I A: cum vituperatione: CIC. off. 1, 150 portitorum. SEN. contr. 9, 1, 12 avarum . . . et mensularium et lenonem. SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 litigatoris. AVG. in psalm. 127, 11 ebriosi . . . mangones *eqs. sine vituperatione*: CIC. Att. 7, 7, 5 publicanos (VITR. 6, 5, 2 SVET. Vit. 14, 2). VITR. 1, 2, 9 quibus ex possessionibus rusticis influunt fructus . . . beatis et delicatis *eqs.* SVET. Vit. 14, 2 stipulatorum. VLP. dig. 33, 7, 12, 43 mercatorem. FIRM. math. 3, 7, 4 negotiatores (7, 26, 10. 8, 19, 7) aut qui alienarum curam rerum procurationemque sustineant. 7, 26, 10 naucleros. 8, 24, 2 praepositi thesaurorum.

epitheta: VARRO Men. 37 avarus (QVEROL. p. 18, 18 AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6). CIC. Att. 6, 1, 6 acerbissimis (SEN. benef. 6, 40, 2 PORPH. Hor. sat. 1, 3, 86). SEN. epist. 118, 2 durus. ARGVM Plaut. Most. 6 lucripeta. AVSON. 335, 1 avidus (FAVST. REI. epist. 10 p. 216). SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 acerrimi. PAVL. NOL. epist. 32, 19 cupidissimis. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306[D] severissimus.

derivatum: feneratorius.

fem. **fēnerātrīx**, -īcis (*cf.* CHAR. gramm. I 44, 16 faenerator -x). *de scriptione*: VARRO ling. 7, 96 in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non, ut . . . alii Plauti faeneratricem, alii feneratricem *dicunt*. *quae pecuniam mutuam dat*: PLAVT. tit. fab. Fest. p. 372 Plautus in -e (DIOM. gramm. I 401, 4 *et supra l. 54*). VAL. MAX. 8, 2, 2 *Otacilia* destrictam -em agere coepit.

fēnerātōrius, -a, -um [*a* fenerare, fenerator. *Th.*]. *ad feneratoris mores spectans; translate*: VAL. MAX. 2, 6, 11 avara et -a Gallorum philosophia *est*. AMBR. Tob. 15, 53 -um sacramentum dicitur, ubi paratur periurium.

? **fēnerātus** (-ūs *m.?*) *a* fenerari (fenerare), *si genuinum est vocabulum*. MART. CAP. 3, 305 quae nus syllaba finiuntur, u in e mutant, ut vulnus genus funus, et -us (*β R b*, funeratus *B*, *item* CASSIOD art. 1 p. 1154[B]) dicimus; fenus enim exemplo non debet nocere, cum inter dubia genera ponatur (*sc. dubitatur, utrum u in e an in o mutetur*). *potest ad verbum pertinere, cf. quae sequuntur* item veteres sterceratos agros dicebant, non stercoratos.

✖**fēnero**, -āvī, -ātum, -āre *vel* **fēneror**, -ātus sum, -ārī [*a* fenus. *Th.*]. *de etymologia*: PRISC. gramm. II 273, 16 antiqui feneris dixerunt, unde et -o verbum (493, 28). GRAMM. suppl. 118, 19 *a faenus* -o verbum. NOT. Tir. 41, 51—53 faenus -at faenerator. *scribitur* faen- fen- *vel* foen- *sine certa ratione, ut videtur; in titulis legitur* faen-: TEST. Ones. (Corp. III 6998, 5). fen-: CORP. II 3664. VIII 9052. *de forma*: PAVL. FEST. p. 92 -o et -or dici potest. GELL. 18, 12, 10 *ex verbis patiendi pro agentibus* -or pro -o. GLOSS. Plac. V 23, 6 *et* 69, 9 -o et -or dicimus habetque quattuor participia, ab activo duo, -ans -urus, ⟨a passivo duo⟩ -atus, -andus. *cf.* AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 -atur . . . latine dicitur et qui dat mutuum et qui accipit: planius hoc autem dicitur si dicamus -at (*cf.* ISID. orig. 10, 96, *ubi codd.* fenerator). *in usu sunt et* -o *et* -or *per totam latinitatem, sed praevalet* -o: -or: CATO agr. praef. 1 CIC. *quinquies, fort. etiam* frg. inc. J 24 ITALA Luc. 6, 35 (Hier. in Ezech. 18, 6 *sq.* p. 210) LAMPR. Alex. 26, 3 VVLG. prov. 19, 17 Sirach 8, 15. 20, 16. 29, 1. 2. 10 Luc. 6, 34 SIDON. epist. 1, 8, 2 PS. HIL. libell. 9 GREG. M. moral. 2, 31. -o: TER. Ad. 219 LIV. 7, 42, 1 SEN. suas. 7, 14 SEN. benef. *et* epist. 5[ies] PETRON. 76, 9 PLIN. nat. 2, 13 QVINT. decl. 273 p. 120. 345 p. 363 PLIN. epist. 3, 19, 8; ICTI TERT. ITALA CYPR., *posteriores passim. in versu legitur* TER. *supra l. 2* MART. 1, 76, 6. 1, 85, 4 COMM. instr. 2, 24, 7. 2, 37, 6 ALC. AVIT. carm. 6, 304. *in titulis* TEST. Ones. (Corp. III 6998, 5) CORP. II 3664. VIII 9052. *part. praes.*: SEN. epist. 94, 14 QVINT. decl. 273 p. 119. *part. perf.*: TER. Phorm. 493 *infra l. 82* AVSON. 301, 20 *infra l. 74; utroque loco non certum, sitne notione passiva an activa positum.*

I *i. q.* ***mutuum dare***, *praecipue lucri inde ferendi causa, haud raro cum nota nimii lucri*: DON. Ter. Eun. 219 -atum est cum lucro redditum et multiplicatum. AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 *p. 475, 79. ibid.* si -veris homini, id est mutuam pecuniam tuam dederis, a quo aliquid plus quam dedisti expectes accipere (*cf.* serm. ed. Mai 39, 2): non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quidlibet aliud. GLOSS. -o(r) *τοκίζω, δανείζω*. -at *δανείζει* (AVG. loc. hept. 5, 34); mutuat, inpromutuat (*v. Thes. gloss.*). *cf.* IV 342, 10 multum dat (mutuo dat *de.*, mutuum dat *b*). -are (*imperat.*) *δανείσῃς*. -ari *δανεῖσαι*. -vi tibi *ἐδάνεισά σοι*. -asti *ἐδάνεισας*.

A *res corporeas* (*proprie*): **1** *c. obiecto*: **a** pecuniam: CIC. Verr. 3, 170 pecunias . . . extraordinarias . . . suo nomine. 4, 165 binis centesimis. 4, 169 TEST. Ones. (Corp. III 6998) 5 GAIVS inst. 3, 156 *ter.* dig. 17, 1, 2, 6. 17, 1, 20 SCAEV. dig. 22, 13, 1. 26, 7, 47, 4. 34, 3, 28, 3 nomine suo. PAPIN. dig. 6, 1, 62 pr. periculo dantis. 14, 3, 19, 3 VLP. dig. 14, 3, 5, 2. 17, 1, 6, 6 periculo suo. *ibid.* pluris. 26, 7, 7, 4. 6 pupillarem suo nomine. 27, 4, 3, 2. PAVL. dig. 17, 2, 67, 1 communem . . . societatis nomine. 22, 1, 11 pr. publicam sub usuris solitis. 26, 7, 46, 2 pupillarem . . . suo nomine; *al. ap. Ictos.* TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 548 rationem -atae pecuniae dominicae (*spectat ad Luc. 19, 13 sqq.*). 4, 39 p. 556. ITALA exod. 22, 25 (Ambr. Tob. 14, 46) pupillo orphano pauperi (Wirc. populo [*i.* pupillo] paupero [*τῷ ἀδελφῷ πενιχρῷ*]). deut. 15, 3 (Rufin. Adamant. 1, 18). PS. ASCON. div. in Caec. p. 194 St. gravioribus usuris . . . quam pro ⟨more maiorum⟩. AMBR. Tob. 2, 7 HIER. in Ezech. 18, 5 *sqq.* p. 210. INST. Iust. 4, 6, 33[c] non in omnibus regionibus sub isdem usuris. COD. Iust. 3, 31, 12, 1[a]. *cf.* PAVL. NOL. epist. 44, 4 p. 375 nec *sapientiae mulier* . . . quod de terrenis elaborat fructibus thesaurizat in terra, sed tuis potius operibus quam damnosis avaritiae quaestibus -atur. ALC. AVIT. carm. 6, 304 -at *famulus* partem splendentis acervi (*i. pecuniae*) pauperibus . . . dispensans plurima dono (*cf. Matth. 25, 14 sqq.; notio vergit ad eum significatum, qui est sub II A*). *in titulis* (*praeter* TEST. Ones. *l. 24*): CORP. II 3664 reliqua VI milia. VIII 9052, 8 quae summae -antur n(ummis) XX, menses quosque asses octonos. **b** *varia*: CIC. frg. inc. J 24 veternum (*si huc pertinet*). SEN. epist. 2, 6 quid . . . refert . . . quantum poscat aut -et. 41, 7 multum serit, multum -at *homo*. 76, 15 in homine . . . nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum -et. PLIN. epist. 3, 19, 8 sum . . . prope totus in praediis, aliquid tamen -o. ITALA deut. 23, 19 (Lugd.) quamcumque *rem* (*ἐκτοκισῖς*. VVLG. non -bis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem). NOVELL. Iust. 34, 1 triticum vel hordeum -atum vel alii aridi fructus. GREG. M. moral. 2, 31 exigit *creditor*, quod -atur. *nota*: ITALA deut. 15, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 471 *et* Aug. loc. hept. 5, 42) fenus -bis *fratri tuo* (*δάνειον δανεισῖς*). **2** *absolute*: CATO agr. praef. 1 est interdum praestare . . . -ari, si tam honestum sit. CIC. off. 2, 89 quid -ari? (*sc. expedit*). LIV. 7, 42, 1 Genucium . . . tulisse ad plebem, ne -are liceret. perioch. 74 qui -bant in foro. SEN. epist. 94, 14 alia . . . dare debemus -anti, alia colenti agrum *eqs.* S. C. Maced. (dig. 14, 6, 1) qui pessimo exemplo -rent. MART. 1, 85, 4 *Marius* nil debet, -at immo magis. QVINT. decl. 273 p. 119. 120 parum est -e civibus? 345 p. 363 (*ad divites*) per dispensatores -atis. TRYPH. dig. 3, 5, 37 (38) utrum *debitor* eas *usuras debeat*, quibus aliis idem creditor -asset. PAVL. dig. 46, 1, 71, 2. COD. Iust. 4, 28, 3 (*a. 198*) non esse locum senatus consulto, quo -are filiis familias prohibitum est. ITALA Luc. 6, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 473) si -veritis, a quibus speratis vos recepturos (*δανίσητε*, VVLG. mutuum dederitis. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474 non exsoluturo -emus. *ibid.* qui ⟨non⟩ -verat non recepturus ab humano genere). ITALA psalm. 36, 26 (Cypr testim. 3, 1) tota die miseretur et -at (*δανείζει*, VVLG. commodat). ITALA Afr. ed. Soden Luc. 6, 34 (cod. e) si -veritis eis, a quibus speratis recipere (*δανίσητε*, VVLG. mutuum dederitis). 6, 35. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 35 -bitur et faciet aes alienum usuris crescere. LAMPR. Alex. 26, 3 senatores, si -rentur, usuras accipere primo vetuit. ZENO 1, 11, 5 pauperibus. AVSON. 301, 20 hoc nos monere (*sc. ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα*) -atis non placet (*i. iis, qui pecunias fenore collocaverunt; sec. alios i. q.* 'fenore obstrictis', *quod parum probatur*). AMBR. epist. 37, 14 Tob. 2, 8. VVLG. deut. 15, 6 -bis gentibus multis et ipse a nullo accipies mutuum (28, 12). 28, 44 prov. 22, 7 Sirach 8, 15. 20, 16 hodie -atur quis et cras expetit (*cf.* AMBR. Tob. 12, 40). 29, 1. 2. 10 Ier. 15, 10 Luc. 6, 34 CANON. Migne 56, 398 SALV. eccl. 2, 55 SIDON. epist. 1, 8, 2 FAVST. REI. epist. 9 p. 214.

B *res incorporeas* (*translate*): **1** *c. obiecto*: TER. Phorm. 493 -atum istuc beneficium pulchre tibi dices (*i. velut fenore collocatum. alii activo sensu positum accipiunt, sicut p. 477, 73, quod mi-*

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nus probatur [SCHOL. Ter. *ad l. falso* retributum vel remuneratum]). CIC. Lael. 31 benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam; neque enim beneficium -amur (SEN. benef. 1, 1, 9 demus beneficia, non -emus). NOVATIAN. trin. 24 (19) *ut filius dei* ipsa *cum deo* permixtione -atum et mutuatum teneret, quod ex natura propria possidere non posset. SYMM. epist. 10, 1, 2 -atam gratiam... retulisse. AMBR. fid. 5 prol. 10 haec sunt talenta, quae iubet dominus spiritaliter -ari. in psalm. 36, 62 quid est quod -at iustus? non aes, non ferrum, non plumbum: sed argentum igni examinatum. *ibid.* -ato ... fidem gentibus, ut tibi abundet gratia ... quasi dives et locuples -ato *eqs.* EPIST. pontif. 392 (*a. 433*) Migne 50, 609^{B} *reges Christianissimi* sciunt se illi -are sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. GREG. TVR. vit. patr. 1, 1 dominicae largitionis pecunia nummulariis -ata (*cf.* VVLG. Matth. 25, 27). **2** *absolute*: SEN. benef. 2, 10, 2 parum *est beneficium*, si -ari cogitas. ITALA prov. 19, 17 (Cypr. domin. orat. 33 eleem. 15 VVLG. *al.*) qui miseretur pauperi *sive* pauperis (*cf. dat.* paupero *p. 476, 33*), deo -at (*δανείζει*). *cf.* COMM. instr. 2, 37, 6 respice cum pascis infirmos et -as alto (HIER. c. Lucif. 15 PETR. CHRYS. serm. 9 p. 213^{C}). AVG. de serm. dom. 1, 20, 68 cum ... misericordibus deus plura restituat, omnis, qui beneficium praestat, -atur.

II *fere i. q.* ***praebere, praestare, offerre, donare, impertire:*** *cf.* GLOSS. V 548, 3 -antes praestantes *et fort.* IV 518, 17 -at munerat (mutuat *Götz dubitans*). **A** *de hominibus*: **1** *res incorporeas* (*translate*): **a** *c. obiecto*: SEN. suas. 7, 14 Iuba et Petreius mutuis vulneribus concucurrerunt et mortes -verunt. MART. 1, 76, 6 *Minerva* omnes -at una deos (*i. deorum dona*). PS. CYPR. pudic. 2 ornamentum *pudicitiae* ... mutuo decore invicem -andum. NOVATIAN. trin. 18 (26) p. 921^{A} reddens *filius dei* in filiis *Abrahae* ius hospitalitatis, quod aliquando illi (*deo*) -verat pater *Abraham*. POTAM. tract. 1 p. 1412^{A} dum Iudaeae finibus salutaria -ret *Christus*. AMBR. Iac. 2, 3, 12 *ad* 'proprii servi dominis -bunt'. quid -bunt? non utique pecuniam, sed sapientiam, sicut et lex dicit: -bis gentibus multis, tu autem mutuum non accipies. -vit enim Iudaeus proselyto divinae legis oracula, sed ... litteram -bat. Tob. *saepius, ut* 18, 61 habet ... iustus, quod -et, habet et argentum, quod -et: sermones suos -at *eqs.* epist. 38, 6 *iustus* iustitias -at, -at mandatum dei pauperibus et egenis. in psalm. 36, 62. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6 p. 204 deo misericordiam (RVRIC. epist. 2, 15 p. 395 indigentibus). VICTRIC. 15 deus ... suum lumen sine sui -atur detrimento. RVRIC. epist. 2, 11 p. 389 caritatem *cordis*. EVSTATH. Bas. hex. 3, 1 p. 890^{D} pars modica temporis -ata deo. MART. BRAC. corr. 19 pecuniam domini, sicut praeceptum habemus, -vimus vobis. **b** *absolute*: PS. AMBR. apol. Dav. II 12, 73 *ut* filius -etur in patre et pater relaxet in filio (*sc. remissionem peccatorum*). **2** *res corporeas*: PASS. Theclae C 41 *ex muneribus* partem respuit *Thecla*, partem accepit, ut haberet, unde pauperibus -ret (*cf. p. 476, 41*).

B *de rebus*: PLIN. nat. 2, 13 sol suum lumen ceteris quoque sideribus -at. ISID. orig. 15, 7, 5 fenestrae ... dictae eo, quod lucem -ent.

III *aliquem, fere i. q.* ***adiuvando velut ad statum debitoris revocare, sibi obstringere, conciliare***: [*vix huc referenda*: PETRON. 76, 9 coepi libertos -are (⟨per⟩ libertos *Heinsius, recte, ut videtur*). MART. 1, 76, 6 *v. supra l. 26.*] ITALA deut. 28, 12 (Lucif. non conv. 2; *item* VVLG.) -bis gentes multas, tu autem non -beris (*δανεισεῖς — δανιεῖ*). ITALA prov. 19, 17 (Paul. Nol. epist. 34, 2 Aug. in psalm. 36 serm. 3, 6) qui miseretur pauperi, dominum -at (CYPR. hab. virg. 11 patrimonio tuo deum -a. laps. 35 opibus et facultatibus nostris ... dominus -etur. eleem. 16 deus eleemosynis pauperum -atur. PS. HIL. libell. 9 det *dives* pauperi, ut deum -etur; deum computet debitorem. PAVL. NOL. epist. 23, 3 *munere* deum -as. 23, 34 operibus ... pietatis et misericordiae. 32, 19 amplius est ... dominum quam hominem -are. 34, 4 dominum de donis domini. 34, 5 AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 PS. AVG. serm. 312, 2 PS. PROSP. prom. 2, 7, 2. 2, 29). PAVL. NOL. epist. 1, 1 *in paupere* Christum ... -ari. 34, 2 pauperes domini. *fort. huc pertinet* GREG. M. moral. 2, 31 ipso *deo* iudicante exigimur, quo largiente -amur.

IV *aliquid, fere i. q.* ***multiplicare, augere***: TERT. resurr. 52 p. 108, 3 *granum* exurgit ... copia -atum. ZENO 1, 5, 9 (*ad virginem*) noli tuas nuptias -are. AMBR. hex. 3, 8, 35 -atum terra restituit, quod acceperit. off. 3, 6, 40 fidelis ager -atos solet restituere proventus. MART. CAP. 6, 670 *regionis Byzacii* satio centesimo messis incremento -atur. CASSIOD. var. 9, 25, 2 *senator* auditori suo -at laudes.

V ***varia:*** TER. Ad. 219 metuisti ... ne non tibi istuc -ret (*i. magno lucro esset*). ALF. dig. 46, 3, 35 si quis dominicam pecuniam ab eo (*servo*) -atus esset (*i. mutuatus esset*). TERT. patient. 6 p. 10, 19 olim ... malum malo -bant (*i. compensabant*). anim. 30 Aborigines ... alibi amplius gentilitatem -verunt (*i. ad usum verterunt*). ITALA deut. 23, 20 (Cypr. testim. 3, 48) non -bis fratri tuo usuram pecuniae et usuram ciborum (*i. exprimes, exiges sim.; cf.* Lugd. *ibid.* non exiges a fratre tuo usuram pecuniae et usuram escarum. *ἐκτοκιεῖς*. VVLG. fratri ... tuo absque usura id, quo indiget, commodabis). COMM. instr. 2, 24, 7 si -asti duplicem centesima nummum (*i. adeptus es, creavisti*).

syn. et iuxta posita: *ad I A*: GAIVS inst. 3, 156 mutuum dare. *ad I B*: NOVATIAN. trin. 24 (19) mutuare. *ad III*: PAVL. NOL. epist. 1, 1 pasci (23, 34).

opp.: *ad I B*: SEN. benef. 1, 1, 9 demus (2, 10, 2).

derivata: feneraticius, feneratio, fenerator, feneratorius, feneratus. [FVLG. myth. 3, 11 a -ando Fineus dictus est.] *comp.*: defenerare.

part. perf. adiect. **fēnerātus,** -a, -um. *fere i. q. multiplex, largus* (*translate*): AMBR. parad. 8, 41 ut -ior ... gratia per paenitentiam delictorum in hominis rediret affectum. *subest adiect. fort. etiam* AMBR. off. 3, 6, 40 *p. 477, 70.*

adv. **fēnerātō.** *i. q. cum usuris, cum commodo* (*translate*): PLAVT. Asin. 902 illa (ille *codd.*) ... -o funditat. Men. 604 ne illam *pallam* ... -o abstulisti. *Bannier.*

fenestella, -ae *f.* [*a* fenestra *deminutive. Th.*]. *var. lect.* fenestrella: DIOSC. 5, 96 GREG. TVR. glor. mart. 27. *trad.* fenestellum: CHIRON 628. **1** *fere i. q. fenestra vel etiam foramen fenestrae simile*: COLVM. 1, 6, 10 *granaria* modicis -is aquilonibus inspirentur. 8, 3, 3 *tabulata gallinarii* parvis ab oriente singulis illuminari -is. 8, 3, 6 -is scandulae ... iniungantur, quibus irrepant aves. 9, 5, 3 exiguis in ordinem -is apibus sit pervius *murus*. PALLAD. 1, 24, 1 *in parietibus columbarii* -ae ... brevissimae fiant, ut columbas solas ad introitum ... permittant. DIOSC. 5, 96 fit locu(s) velut cubiculu(m) dealbatu(m), in quo loco -a fit brevis (*syn.* fenestra). GREG. TVR. glor. mart. 27 -a parvula patefacta immisso introrsum capite *in sepulchrum Petri.* **2** *sensu latiore i. q. perforatio*: CHIRON 628 a corona et uncula contra oc(u)lamen -um (*v. supra l. 15*) facies. 701 -am coronae unculae facere oportet, qua vulnus curari possit (*cf. p. 480, 33*). *dub.*: VARRO frg. Diom. gramm. I 381, 23 *ubi fort. nom. propr. intellegendum. cf. Onomast.*

deriv.: fenestellula.

fenestellula, -ae *f. a* fenestella *deminutive.* GREG. TVR. vit. patr. 19, 1 in qua *cella* unam tantum -am, per quam modicum lumen possit cernere, praecepit aptari.

fenestra, -ae *f.* [*orig. inc. similitudine quadam sonorum conectitur c. nomine tusco* Fnesci, *cf. lat.* Fenestella. *Th.*]. *de etymologia*: NON. p. 36, 11 -ae a graeco vocabulo conversum est in latinum *ἀπὸ τοῦ φαίνειν* (GLOSS. V 650, 46 de graeco *ἀπὸ τοῦ* fanin [*i. φαίνειν vel φανεῖν*]). ISID. orig. 15, 7, 5 *a* fenerare (*v. p. 480, 7*). *sequuntur*: lux enim graece *φῶς* dicitur. vel quia per eas intus positus homo videt. alii -am putant dictam eo, quod domui lucem ministret, compositum ex graeco latinoque sermone. *φῶς* enim graece lux est. GRAMM. suppl. 215, 13 -a dicitur eo, quod intus ferat lucem; fos enim graece lux latine. *de prosodia, pronuntiatione, formis* (*cf. Heraeus, Archiv 14 [1906] 400 adn.*): DIOM. gramm. I 431, 31 si novissima natura longa itemque paenultima positione longa fuerit, paenultima tantum acuetur, non inflectetur ... ut tabellae, -ae. 432, 27 bacchius et molossus indifferenter positi paenultimam semper acuunt: ... positione, ut tabellae, -ae. FRG. Bob. gramm. VII 540, 8. MART. CAP. 3, 271 -as paene ultima syllaba acuta diceretur. fēstra: MACR. sat. 3, 12, 8 Antonius Gnipho ... disputat, quid sit festra, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius (frg. inc. 29) usus est. PAVL. FEST. p. 91 festram antiqui dicebant, quam nos fenestram. GLOSS. Plac. V 23, 1 (70, 20. 105, 1) f[r]estram: fenestram (*cf. tamen port.* fresta). *est sive pro tribrachy (anapaesto) sive pro trochaeo (spondeo) apud* PLAVT. (Cas. 132 Mil. 379 Rud. 88), *item apud* TER. Haut. 481 (*si quidem auctore Büchelero* hui *versus antecedentis in principio huius versus collocatur*), *non liquet de* LVCIL. 841. ∪ _ ⏑: *certis exemplis inde a* VERG. georg. 4, 298. *legitur* fienestris: TAB. cer. Dac. (Corp. III p. 945) 6. *graece φαινεστρα*: PLVT. quaest. Rom. 36 p. 273^{B} *τὴν γὰρ φαινεστραν τοῦτο (sc. θυρίδα) σημαίνειν. at φενεστρα*: PAPYR. Britann. 481, 28 -*α*: *θυρ⟨ίς⟩. vix huc referendum*: C. I. G. add. 4528^{d} (*Lyd.*) *φηντρας ἐποί⟨ησεν⟩*. GLOSS. *θυρίς. παραθύριον.* -ae: *θυρίδες*. NOT. Tir. 100, 14. *legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO (*v. supra l. 51*). [*val.* fereastă, *it.* finestra, *francog.* fenêtre, *hisp. vet.* hiniestra. *M.-L.*]

1 *sensu strictiore i. q. foramen in pariete aedificii, quo lux et aura immittuntur* (*v. Mau, PW. VI 2180 sqq.; Chipiez, Daremberg-Saglio IV 1032 sqq.*): PLAVT. Cas. 132 concludĕre in -am firmiter. Mil. 379 neque -a *est* nisi clatrata (*cf.* CATO agr. 14, 2 *faber* faciat oportet ... -as, clatros in -as. CORP. VI 260 clatros in -ís posuit. *cf. p. 479, 10 et 479, 74*). Rud. 88 (*iocose*) *ventus* deturbavit tegulas, illustriores fecit -asque indidit. LVCIL. 841 has e -is in caput deiciunt (*cf.* IVV. 3, 270 curta -is vasa cadant. 3, 275 patent vigiles te praetereunte -ae. SCHOL. *ad l.* quasi per omnes -as iactare soleant et transeuntes occidere). LEX par. fac. Put. (Corp. I^{2} 698) 2, 14 -as quae in pariete ... sunt. CIC. Att. 2, 3, 2 -arum angustias quod reprehendis (COLVM. 1, 6, 3 *ergastulum* angustis illustratum -is. PLIN. epist. 2, 17, 23 angusta -a *hypocausti* suppositum calorem ... aut effundit aut retinet. *cf.* SEN. epist. 86, 8 minimae sunt rimae magis quam -ae muro lapideo exsectae. HIER. in Ezech. 40, 5 *sqq.* p. 468 non tam -am quam foramen demissi luminis putes). VARRO ling. 9, 58 si -am non habet *cubiculum*, dicitur caecum. rust. 1, 4, 4 quo spectent *villae* ... ostiis ac -is (PLIN. epist. 2, 17, 20 -ā prospicit mare. 5, 6, 19. 23 aliis -is xystum, aliis despicit pratum. 5, 6, 38. *cf.* APVL. met. 1, 21

[Walt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extremas -as, quae foris urbem prospiciunt. 4, 12). rust. 1, 4, 5 immisso -is novis aquilone. 1, 13, 5 -as habere oportet *horreum* (PLIN. nat. 18, 301. ISID. orig. 15, 7, 5). 1, 13, 7 in quam partem cella vinaria aut olearia -as haberet (VITR. 6, 6, 2 vinariam cellam habentem ... lumina -arum. PLIN. nat. 14, 133). 1, 57, 2 *granaria* a lateribus -is ... ventus refrigerare possit. 1, 59, 1 *oporothecae* -as habeant ..., neque tamen sine foriculis (PLIN. nat. 15, 59 pomaria ... septentrionalibus -is sereno die patere ... austros specularibus [*cf. l. 72. 74*] arcere). 2, 7, 10 in stabulis ... clausa habere ostia ac -as. 3, 4, 3 (*bis*). 3, 5, 3 (*bis*) *de aviario* (3, 9, 6 e viminibus factae raris [*cf. p. 478, 69*]. COLVM. 8, 3, 4 maiores -ae aperiantur). 3, 7, 3 peristeron fit ... -is punicanis aut latioribus reticulatis (*cf. infra l. 74 sqq.*) utrimque (*ibid. iterum.* 3, 8, 1. *cf. p. 480, 67*). NEP. Dion 9, 6 per -am *conclavis* gladium dedit. VERG. georg. 4, 298 quattuor a ventis obliqua luce -as. Aen. 3, 152 se plena per insertas fundebat luna -as. HOR. carm. 1, 25, 1 iunctas quatiunt -as *iuvenes* (PORPH. *ad l.* -as ... lapidibus incessebant). TIB. 2, 6, 39 ab excelsa praeceps delapsa -a (*cf.* OV. ars 2, 246 det ... furtivas alta -a vias. IVV. 6, 31 pateant altae caligantesque -ae. APVL. met. 6, 21 per altissimam cubiculi ... elapsus -am. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 *loco* -is etiam altioribus luminato. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5 in -a paululum editiore. *opp.*: SIL. 8, 188 [*vers. dub.*] humilique egressa -a. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 155 -is humilioribus luminato *loco*). PROP. 1, 3, 31 diversas praecurrens luna -as. 2, 19, 5 ante tuas orietur rixa -as. 3, 20, 29 dominae patefiant nocte -ae. 4, 7, 16 nocturnis trita -a dolis. OV. am. 1, 5, 3 pars adaperta fuit, pars altera clausa -ae (*cf.* Pont. 3, 3, 5 bifores intrabat luna -as. VITR. 6, 3, 10 habent *oeci Italici* ... lumina -arum valvata. HIER. in Ezech. 40, 13 p. 502 quae -ae iuxta LXX aperiebantur tripliciter *eqs.*). ars 3, 605 admitte -a *amantem.* 3, 807 nec lucem in thalamos totis admitte -is (rem. 411 totas aperire -as. MART. 8, 13, 5 *cella* non tota clusa -a. *cf. l. 25*). met. 14, 752 patulis ... tectum sublime -is. fast. 3, 643. 6, 166 lumen thalamis parva -a dabat (6, 577 *dea* parva solita est intrare -a). Pont. 3, 3, 10 gemuit parvo mota -a sono. LIV. 1, 41, 4 ex superiore parte aedium per -as ... alloquitur. 24, 21, 8 ex tectis -isque prospectant (VVLG. gen. 26, 8 prospiciens ... per -am. II reg. 6, 16 I par. 15, 29. *cf.* IV reg. 9, 30 respexit per -am. RVFIN. hist. mon. 31. *sim.* VITR. 6, 3, 10 de lectis per spatia -arum viridia prospiciantur). LIV. 40, 7, 8. VITR. 4, 2, 4 -arum imagines esse triglyphos. *ibid.* -arum fuerint lumina relicta. 6, 3, 7. 9. 6, 8, 1 *comicae scaenae* habent speciem prospectusque -is dispositos. *saepius.* CELS. 3, 19. 4, 14 clausis -is aegrum continere. *ibid.* apertis. PHAEDR. 1, 13, 3. SEN. dial. 6, 22, 6 *cibum* per -am ... proiecit (*cf.* LAMPR. Heliog. 27, 6). epist. 86, 8 solem -is amplissimis recipiant *balnea* (*cf.* MACR. somn. 2, 7, 12). COLVM. 9, 15, 10 (*de alveo apium*) limenda sunt ... foramina parietum et -arum. PERS. 3, 1 clarum mane -as intrat. 5, 180 unctaque -a dispositae *lucernae* (SCHOL. *sabbatis* lucernas accensas ... in -is ponunt *Iudaei. cf.* MART. 10, 6, 4 omnis lucebit Latia culta -a nuru). PLIN. nat. 19, 59 in -is suis plebs urbana ... oculis rura praebebant (*cf.* MART. 11, 18, 2 rus est mihi maius in -a). 29, 83. 30, 89 in loricis ostiorum -arumque. 33, 162 Puteolani *caerulei est* usus ... ad -as. STAT. silv. 2, 2, 75 diversis servit sua terra -is (PLIN. epist. 5, 6, 23 *piscina* -is servit ac subiacet). MART. 1, 86, 2 tangi de nostris Novius potest -is. 9, 46, 3 reficit mutatque -as. 11, 61, 4 IVV. 9, 104. PLIN. epist. 2, 17, 5 valvas aut -as non minores valvis habet *triclinium.* 2, 17, 6 -a admittit orientem. 2, 17, 8. 15 -is subiacet vestibulum. 2, 17, 16. 19 patentibus -is favonium accipit *cryptoporticus.* 2, 17, 21. 22 apertis. 5, 6, 29 latissimis (APVL. met. 4, 12 latiorem). 5, 6, 30 *triclinium* -is caret. 5, 6, 38 cubiculum viridia superioribus inferioribusque -is suscipit dispicitque (7, 21, 2 adopertis inferioribus -is). 7, 27, 13. 9, 36, 1 clausae -ae manent. FRONTO p. 74, 20 N. in omnibus ... -is ... imagines vestrae sint vulgo propositae. p. 154, 7 *Cyri domus* -ae ex argento. IVLIAN. dig. 6, 1, 59. GAIVS dig. 8, 2, 6 -as meas praefixas habuero vel obstruxero (DRAC. Orest. 834 obstrue per chalybem [*Vollm.*, calliũ *B*, calcem *A*], si sunt tibi mille -ae). dig. 19, 2, 25, 2 ostia -asque ... corruptas ... restituat. POMPON. dig. 13, 7, 3 *debitor* per -am id *pignus recuperatum* misit (*cf.* PAVL. dig. 20, 2, 9 per -am monstraverat *Nerva* servos detentos ob pensionem liberari posse). APVL. met. 1, 16. 3, 2 per -as et lacunaria semiconspicui. 4, 12 suspendit se -a ... perspecturus. VLP. dig. 19, 2, 13, 7 -as et cetera sustulerunt. 46, 4, 13, 2. PAVL. dig. 8, 2, 40 aperto pariete ... -as immisisse. PORPH. Hor. carm. 3, 7, 29/30. LACT. opif. 8, 11 -as perlucente vitro et speculari lapide obductas (*cf.* HIER. in Ezech. 41, 13 *sqq.* p. 501 -ae quoque erant factae in modum retis instar cancellorum, ut non speculari lapide nec vitro sed lignis interrasilibus et vermiculatis clauderentur, pro quibus in hebraico obliquas -as habet *eqs.* p. 502 per singulas -as et cancellorum foramina intro quis posset aspicere. p. 503. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 179^{D} quae -ae habeant aliquam partem operis, ut aiunt reticulati. *ibid.* quae reticulato ... opere distinctae sunt. *cf. p. 478, 69. supra l. 10 et 12*). OPTAT. 2, 19 p. 54, 4. AVSON. 151, 1 mane iam clarum reserat -as. QVEROL. p. 4, 6 *urnam* per -am protulit. AMM. 28, 1, 36. 31, 13, 16 per -as lapsus. VVLG. gen. 8, 6 aperiens Noe -am arcae. Ios. 2, 18. 21 (*item* ITALA Lugd., *gr.* θυρίς). I reg. 19, 12. III reg. 6, 4 fecit ... in templo -as obliquas (Ezech. 40, 16 -as obliquas in thalamis. 41, 16. HIER. in Ezech. 40, 12 *sqq.* p. 475 -as absconditas, quae hebraice appellantur atemoth, Symmachus τοξικάς transtulit. p. 476 -ae obliquae sive τοξικαί idcirco a sagittis vocabulum perceperunt, quod instar sagittarum angustum in aedes lumen immittant et intrinsecus dilatentur. *ibid. saepius. cf.* ISID. orig. 15, 7, 6 -ae sunt quibus pars exterior angusta et interior diffusa est, quales in horreis videmus, dictae eo, quod lucem fenerent). VVLG. Sirach 21, 26 stultus a -a (θύρας) respiciet in domum. Ezech. 41, 16 -ae clausae super ostia. Dan. 6, 10 (*cf.* HIER. epist. 22, 26, 4). Ioel 2, 9 per -as intrabunt quasi fur. act. 20, 9 sedens ... super -am ... cecidit de tertio cenaculo (BACHIAR. fid. 2 p. 1023^{A} adhuc in -a, id est in lucis via ... residentes). II Cor. 11, 33 per -am (θυρίδος) in sporta dimissus. *passim.* RVFIN. hist. mon. 1 per -am se videndum praebebat. Orig. in cant. 3 p. 179^{D} incumbat ... per -as. MART. CAP. 2, 219 (vers.) *Aurora* -as dissecaret lumine. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 60 SIDON. epist. 2, 2, 5. GREG. TVR. vit. patr. 19, 1 educta manu per -am. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 16. PALLAD. hist. mon. I 6 quaedam sine -is erant *cellae.* I 16. 17 ex qua contemplari feminas ... posset. *ibid.* quam -am et claudere et aperire consueverat. II 10 *cellulae* absque -is sunt (ἀθυριδωτοί). PASS. Thom. p. 135, 1 *facio* -as, ut domus lumen numquam dehabeant. *in titulis* (*praeter p. 478, 70. 75*): CORP. IV 4713 -a Cypares alta a terra inter duo hoc est. lata -a inter duo hoc est. VI 31330 (*aet. imp. Sever.*) cuneos -arum. VIII 6973 -am voto dedit. INSCR. christ. Rossi I 534 (*a. 404*) depositus in basilica ... secundu(m) arcu(m) iuxta ⟨f⟩enestra(m). *nota: in lectica*: IVV. 3, 242 facit somnum clausa lectica -a. SCHOL. Hor. gloss. *I* sat. 1, 2, 98 lectica genus vehiculi est ... habens hinc inde -as.

metonymice: TER. Haut. 481 (*proverbialiter*) quantam -am ad nequitiem patefeceris (SVET. Tib. 28 si hanc -am aperueritis, nihil aliud agi sinetis. RVFIN. Orig. in Rom. 7, 8 ingentem -am patefaciemus his, qui negant *eqs.*). SEN. nat. 7, 13, 3 habet tamen *caelum* spiramenta quaedam et quasi -as. APVL. met. 7, 17 ulceris latissimi facto foramine, immo fovea vel etiam -a (*cf. p. 478, 27*). SIDON. epist. 5, 12, 2 quaedam spei nostrae libertatis -a resplendet. *de sensibus corporis: generatim*: CIC. Tusc. 1, 46 quae *partes corporis* (*sc. aures, nares cett.*) quasi -ae sint animi. FAV. EVL. p. 8, 25 ministros eidem (*cerebro*) sensus septem veluti -is emitti. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 183^{C} *sermo dei animae* per sensus corporeos quasi per -as apparuit. EVCHER. form. 9 p. 56, 11 -ae: visus vel ceteri sensus; item in malam partem. RVRIC. epist. 1, 18 p. 371, 2 per -as corporis mors intromittitur ad animam (*cf.* GILD. epist. 2 chron. III p. 86, 16 quibus mors intravit per -as elevationis). GREG. M. moral. 15, 52 qui *spiritus* per eius (*carnis*) respicere -as solebat. 21, 4 *per* corporis sensus quasi per -as quasdam ... anima respicit. *cf. etiam infra l. 73. speciatim de oculis*: HIER. epist. 64, 1, 4 *iecoris pinnulam* per oculorum -as erumpentem. PS. RVFIN. in psalm. 41, 4 oculi membra sunt carnis, -ae sunt mentis. PRVD. ham. 870. perist. 10, 434 *lumen aeternae spei* nec corporales per -as emicans. PETR. CHRYS. serm. 52 p. 345^{A} nisi -is oculorum et foraminibus aurium capere auditum. 139 p. 573^{B} oculus sit animae -a, speculum sit mentis. SALV. gub. 3, 37 -as esse nostrarum mentium lumen oculorum. SEDVL. carm. pasch. 4, 38 clausas reserans sub fronte -as (*i. oculos caecorum*). DRAC. laud. dei 3, 698 palpebra tegunt lucis nudantque -as.

2 *sensu latiore i. q. foramen fenestrae simile diversos ad usus pertinens* (*cf. Hey, Archiv 9 [1896] 202 sq.*): ANT. GNIPHO Macr. sat. 3, 12, 8 *v. p. 478, 50.* CAES. civ. 2, 9, 8 (*de turri*) -as ... ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt (VERG. Aen. 9, 531 perque cavas *turris* ... tela intorquere -as. *cf.* STAT. Theb. 10, 536 armataeque vomunt stridentia tela -ae *murorum.* VEG. mil. 4, 25). VERG. Aen. 2, 482 excisa trabe ... ingentem lato dedit ore -am (CLAVD. DON. *ad l.* cavernam dicere debuit factam. *ibid.* -a facta ... non qua posset totus homo ad interiora pertendere, sed per quam interim cerneretur oculis, quid interius ageretur. *cf.* SCHOL. Veron. *ad l.* VITR. 10, 16, 7 murum pertudit et ... per eam -am ... effundere *lutum iussit.* HEGES. 3, 11 muri latus ... cavatum irrupturis -am daret). COLVM. 8, 8, 1 (*de cella columbarum*) patentibus -is, per quas ... evolitant. 8, 8, 4 PALLAD. 1, 24, 2. VVLG. Is. 60, 8 qui sunt isti, qui ... volant ... quasi columbae ad -as suas. IVV. 1, 104 molles quod in aure -ae (*sc. ad inaures suspendendas*) arguerint. DIOSC. 5, 96 (*v. p. 478, 23*). DRAC. Orest. 256 capiti dum quaerit iter tunicaeque -am. ORIBAS. eup. 4, 34 *ad surdos* facis collyria ad mensura -ae auris (*cf. supra l. 35 sqq.*).

deriv.: fenestella, fenestro, fenestrula.

fenestrātus *v. sub* fenestro.

fenestrella *v. p. 478, 15.*

fenestro, -āvī, -ātum, -āre [fenestratus *prius a* fenestra *ductum esse videtur quam verbum* fenestrare. *Th.*]. *i. q. fenestris instruere: proprie*: VARRO ling. 8, 29 triclinia ... valvata ac -ata facimus. VITR. 10, 13, 4 singulis partibus in ea *turri* -atis. CASSIOD. var. 11, 6, 5 -atas ianuas ... quamvis studiose claudas. VEN. FORT. vita Albin. 20, 57 cuius virtute potuisset paries -ari. *translate*: VITR. 3 praef. 1 hominum pectora -ata et aperta esse. PLIN. nat. 11, 148 media eorum (*oculorum*) cornua -vit pupilla.

[Wulff]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fenestrula, -ae *f.* [*a* fenestra *deminutive. Th.*]. APVL. met. 9, 42 per quandam -am ... prospicere gestio.

fēnīci- (**fēnīco-**) *v.* phoenic-. **fēnicul-** *v.* faen-.

? **fenicula,** -ae *f. vox incerta. legitur inter nomina rerum ad vehicula pertinentium*: EDICT. imp. Diocl. III/IV 15, 21 *φενίκουλα εἰργασμένη*. 15, 22 ⟨*ἀν*⟩*έργασ*⟨*τος*⟩ (*v. Blümner, Maximaltarif p. 138. fort. arca in qua faenum vehitur. cf.* faeniculum). *Wulff.*

fēnis- *v.* faen-.

fēnso, -ātus *cf. c.* defensare *et c.* (fendere). *i. q. defendere*: DIOSC. epist. p. 17, 3 fortiores ... sunt herbae, quae in campis umidis nascuntur, maxime umbraculo quolibet a sole -atis. *D.*

fēnum *v.* faen-.

✖**fēnus,** -oris *n.* [*ab antiquis confertur c.* fetus, fecundus, felix, *fortasse recte, cf. gr. εὐθηνεῖν. Th.*]. *de etymologia*: VARRO Gell. 16, 12, 1 -s ... a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis (PAVL. FEST. p. 86 NON. p. 53. 439). *aliter* AMBR. Tob. 4, 13 bene -s appellatur, quod datis: ita vile ac faeneum est. *de declinatione et formis*: GLOSS. Plac. V 23, 7 *et* 69, 8 -s generis neutri est: hoc -s, -is, -i, -s, o -s, a -e. PRISC. gramm. II 273, 16 alia *neutra* ... d vel l vel n ante 'us' posita mutant us in e correptam et accepta ris faciunt genetivum ... excipitur -s -oris. Iuvenalis in IV (*11, 49*) ... -oris ..., quod tamen antiqui -eris dixerunt, unde et 'fenero' verbum et 'fenerator'. III 493, 28 -s -oris et -eris. VEL. gramm. VII 72, 23. MART. CAP. 3, 305 in dubitatione veniunt -s et stercus, in e an in o mutent, quoniam, quae nus syllaba finiuntur, u in e mutant... -s enim exemplo non debet nocere cum inter dubia genera ponatur. GRAMM. suppl. 118, 18; *sed* ELOG. 5 (Corp. I² p. 189) *et in codd. semper* o *legitur. abl. sing.* -e *passim.* -i: FIRM. math. 4, 14, 6 *codd.* (*sed alibi apud* FIRM. -e). *cf. etiam infra l. 64. de scriptione*: GRAMM. suppl. 293, 11 -s ... per oe *scribendum. scribitur in codd.* fae- fe- foe-, *sed praevalente, ut videtur*, fae-, *quod* PLAVT. *A* DIG. *F, item cod. Vat. 5766* (FRG. Vat.) *semper exhibent, item* ELOG. 5 (Corp. I² p. 189) *et* NOT. Tir. 41, 51, *sed cf.* GELL. 16, 12, 8 *sub* fenerator *p. 474, 21. de genere: affertur inter neutra*: PRISC. gramm. II 273, 16. III 493, 28 GLOSS. Plac. V 32, 7 *et* 69, 8 GRAMM. suppl. 118, 18 *al. plur.* (*cf.* GLOSS. Plac. V 23, 7 difficile in usu legimus plurali numero): CATO frg. Gell. 2, 17, 8 SALL. hist. frg. 4, 52 IVVENC. 1, 598. *inde a* PLAVTO. *cf.* fenusculum.

I *de re pecuniaria: de notione*: PAVL. FEST. p. 86 -s et feneratores ... a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res *τόκος* dicitur. p. 94 -s appellatur naturalis terrae fetus; ob quam causam et nummorum fetus -s est vocatum. NON. p. 53 quod *-s* pecuniam pariat increscentem tempore. p. 439 mutuum a -e hoc distat, quod mutuum sine usuris, -s cum usuris sumitur et est quasi accepti fetus, unde et -s dictum est, ut graece *τόκος* quasi partus mutui sumpti. ISID. diff. 1, 255 inter fenum et -s ... -s lucrum est. orig. 10, 96 -s pecunia est. GLOSS. *τόκος. δάνος. δάνειον. ἔντοκον. χρέος.* usura (*ex huius vocis corruptela, sc.* sura *scripto pro* usura, *fort. orta sunt* GLOSS. V 361, 8 -s spearua *vel* spearuua [*anglosax. i.* '*passer*' *vel* '*sura*']). lucrum. debitum. -e commercio. *Klingmüller, PW. VI 2187 sqq. cf.* SEN. benef. 4, 3, 2 istud non beneficium, sed -s est, circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quaestuosissime habeas, unde facillime tollas. 7, 10, 3 quid -s et calendarium et usura nisi humanae cupiditatis extra naturam quaesita nomina? AMBR. Tob. 10, 36 nihil interest inter funus et -s.

A *mutui datio (sive acceptio), ea condicione, ut mutuata cum usuris reddantur, ratio (negotium, studium) sortis augendae usuris applicandis* (*interdum cum nota nimiarum usurarum; hic illic notio ab eis significationibus, quae sunt sub B et D, vix distingui potest*): **1** *absolute*: PLAVT. Asin. 5 18 (*affert* NON. p. 439 *ad distinguendum* mutuum *a* -e, *v. supra l. 44*) si *viginti minas* mutuas non potero, certumst sumam -e (Epid. 53 argentum ab danista. 115. 252 Most. 917. 1140 [-i *codd.*] TER. Phorm. 301, *ubi* SCHOL. Ter. pignore vel vadimonio. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 9). Asin. 429 qui quaeritet argentum in -s (*i. qui cupiat argentum -e accipere*). Curc. 480 qui dant (⟨Most. 537 *suppletum*⟩. Vid. 84 -i *vel fort.* -e *A. cf.* Most. 602 -e argentum datas. ITALA Ezech. 18, 8 [Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 473] pecuniam *iustus* ... suam -e non dedet [*ἐπὶ τόκῳ*, VVLG. ad usuram]) quique accipiunt -e (CIC. Verr. 4, 169 *pecuniam* a publicanis -e acceptam. LIV. 5, 10, 9 aera ... militaria velut -e accepta). Curc. 508 vos -e homines ... lacerant. Men. 584 qui aut -e aut periuriis habent rem paratam. Most. 532 scelestiorem ego annum argento -i numquam ullum vidi ('*i.* argento *et* -i, *ἓν διὰ δυοῖν*'. *Leo; aliter Lorenz ad l.*). CATO or. frg. 6, 2 ex -e discordia excrescebat. VARRO ling. 6, 65 pecunia, quae in -e, sors est, impendium quod inter se iungit. rust. 3, 5, 8 sexaginta milia ... in -s des (SCAEV. dig. 26, 7, 47, 4) licebit multum (*i. magnopere licebit, cf. Keil ad l.*). CIC. Verr. 3, 170 *Carpinatius* pecunias ... -i dabat (TAC. ann. 11, 13 SCAEV. dig. 26, 7, 58, 1 VLP. dig. 17, 1, 10, 3. 26, 7, 9 pr. 32, 11, 15 usuris certis. ITALA psalm. 14, 5 [Cypr. testim. 3, 48] PORPH. Hor. epod. 2, 69/70 COD. Iust. 4, 32, 26, 4. *cf.* 4, 32, 26, 2 in ... specierum -i dationibus). Verr. 4, 167 hanc ex -e pecuniam. HOR. epod. 2, 4 solutus omni -e. sat. 1, 2, 13 positis in -e nummis (ars 421). epist. 1, 1, 80 multis occulto crescit res -e. LIV. 6, 36, 11 -e circumventam plebem (*cf. p. 483, 43 sqq.*). 6, 39, 2 *tribuni* de -e atque agro rogationes iubebant (6, 40, 11). 32, 27, 2 Cato ... asperior ... in -e coercendo habitus. 35, 49, 11 *regem* mutuas pecunias -e in stipendium quaerentem. VAL. MAX. 4, 8, 3 cum *Considius* centies atque quinquagies sestertii summam in -e haberet, neque de sorte quemquam debitorum suorum neque de usura appellari ... passus est. PETRON. 119, 52 plebem (praedam *codd.*) -is illuvies ususque exederat aeris. PLIN. nat. 33, 27 celebratior ... *anulorum* usus cum -e coepisse debet. 33, 48 a nummo prima origo avaritiae -e excogitato. 33, 133 hodie multiplicantur haec (*sc. numerus centum milium*), ut decies centena aut saepius dicantur. -s hoc fecit. QVINT. decl. 311 p. 224 *servus* -s exercuerat (SVET. Vesp. 1, 3. SCAEV. dig. 33, 8, 26 nomine filii. PAPIN. frg. Vat. 11 PAVL. dig. 26, 7, 49 [= sent. 2, 14, 7]. 50, 1, 22, 7 [= sent. 1, 1ª, 9] MOD. dig. 12, 1, 33 pr. CHAR. dig. 50, 4, 18, 23. APVL. met. 1, 21 sub arrabone auri et argenti. ARNOB. nat. 2, 40. COD. Iust. 2, 11, 20 [*a. 290*] improbum. FIRM. math. 2, 30, 9 COD. Theod. 2, 33, 4 [*a. 405*]. *cf.* TAC. ann. 6, 16). IVV. 11, 185 non -is ulla mentio ... bilem tibi contrahat. TAC. Germ. 26 -s agitare (COD. Iust. 4, 2, 3) et in usuras extendere *Germanis* ignotum. ann. 6, 16 qui pecunias -e auctitabant adversum legem dictatoris Caesaris. VLP. dig. 16, 3, 7, 2 depositariorum, hoc est eorum, qui *apud nummularios* depositas pecunias habuerunt, non quas -e apud nummularios vel cum nummulariis vel per ipsos exercebant. FIRM. math. 4, 14, 6 *Luna* ex -e negotiationibus facit esse praepositos. 4, 15, 8 -is et negotiationis officia tractantes (4, 24, 11). AVSON. 362, 9 turpia *sunt* lucra -is et velox inopes usura trucidat. AMBR. Tob. 2, 7 malum est ... -s, quo quaeruntur usurae *cqs. ibid.* illud -s est iure exsecrabile, dare in usuram pecuniam, quod lex prohibet. *ibid.* usuras -is, ex quo multi quaestum fecerunt. 2, 8. 4, 12. VVLG. Sirach 18, 33 in contentione ex -e (*δανεισμοῦ*). prov. 28, 8 qui coacervat divitias usuris et -e. PS. AVG. lib. quaest. 102, 5 senatoribus ... -s infamia est. COD. Theod. 2, 4, 6 (*a. 406*) debiti, quod ex -e vel mutuo data pecunia sumpsit exordium. **2** *c. additamentis: c. gen. attribut. vel epexeget.*: PAVL. sent. 2, 14, 7 -s pupillaris pecuniae (FIRM. math. 2, 30, 9 pecuniae). *c. adi.* (*aliter supra l. 16*): QVINT. inst. 7, 1, 19 procurator ... pecuniam petit ex -e hereditario. DIG. 22, 2 rubr. nautico (COD. Iust. 4, 33 rubr. *et* 4 [3]). *gr. ναυτικὸν δάνεισμα. nota c. gen. epexeg.* (*an ad B?*): FIRM. math. 3, 11, 8 multis debitis et multo usurarum -e implicatos (3, 11, 16 ut *patrimonia* [in *del. V*] gravi -e usurarum quatiantur).

alia: TER. Phorm. 363 ruri -e se continebat. VARRO frg. Gell. 3, 10, 7 septima ... -e hebdomade, id est nono et quadragesimo die, ... homo in utero absolvitur. frg. Non. p. 352 qui ... celeriter erant nati, -e Numerios praenominabant *Romani.* 553 imminentibus imbribus -e primum rorare incipit. ling. 5, 32 *Europae loca* -e nominata aut translaticio nomine ab hominibus ... aut declinato ab hominibus. 7, 16 *Diana* in trivio ponitur -e in oppidis graecis. 9, 71 *vocabula* -e non discedunt ab ratione sine iusta causa. rust. 1, 14, 2 *saeps* fit ... per ... foramina *palorum* traiectis longuris -e binis aut ternis. 1, 18, 4 -e operarii modo et bubulci ... addendi *sunt.* 1, 37, 5 quod -e observant a piro florente. 2 praef. 3 nunc intra murum -e patres familiae correpserunt. 2, 2, 4 -e qui *arietes* eam *linguam* habent *eqs.* 2, 2, 5 de reliquo antiqua -e formula utuntur. 2, 4, 13 animadvertunt -e ex primo partu. 2, 7, 7 quae post tempus nascuntur, -e vitiosa atque inutilia existunt. 2, 9, 16 -e modicum esse putant, ut *eqs.* 2, 10, 1 in saltibus licet videre iuventutem, et eam -e armatam. 3, 9, 16 (*de avibus domesticis*) -e quae ante *novam lunam incubant* pleraque non succedunt. *ibid.* nec -e *gallinae rusticae* nisi mansuetae in cavea videntur Romae. 3, 10, 3 saliunt *anseres* -e in aqua. CIC. S. Rosc. 112 neque mandat quisquam -e nisi amico. div. in Caec. 18 civili -e actione et privato iure repetuntur *ereptae pecuniae.* Cluent. 116 in litibus aestimandis -e iudices ... neglegentius attendunt cetera. Rab. Post. 2 uti ... hanc *laudem* -e, qui sunt eius stirpis ... cupidissime persequantur. Pis. 70 quae *studia* -e Epicureos neglegere dicunt. de orat. 1, 12 ceterarum artium studia -e reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur. 2, 61 *libri* sunt -e inscripti de rebus notis et illustribus. 2, 142 in Catonis et in Bruti libris nominatim -e referri, quid alicui ... responderit. 2, 266 *imagines* -e in deformitatem aut in aliquod vitium corporis ducuntur. 3, 34 -e melius a deteriore facultate magis quam genere distinguitur. Brut. 207 horum (*Antonii et Crassi*) qui neutrum habebat, confugiebat ad Philippum -e aut ad Caesarem. orat. 170 quae valde laudantur apud illos, ea -e quia sunt conclusa laudantur. 222 e quattuor ... quasi hexametrorum instar versuum quod sit constat -e plena comprehensio (*damnat enuntiatum totum Heerdegen cum aliis, sed cf. Kroll ad l.*). part. 58 in iudiciis accusatori -e *tractanda sunt,* quae ad iracundiam ... pertinent. top. 79 intellegendum est nec ullam esse disputationem, in qua non aliquis locus incurrat, nec -e omnis locos incidere in omnem quaestionem. rep 1, 68 omnia nimia ... in contraria -e convertuntur. fin. 1, 18 Epicurus ..., in quibus sequitur Democritum, non -e labitur. Tusc. 1, 19 animum ... alii animam, ut -e nostri. 1, 38 rationem illi (*Pythagorei*) sententiae suae non -e reddebant. 5, 116 nostri graece -e nesciunt nec Graeci latine. nat. deor. 1, 23 haec, ut -e dicitis, hominum causa a deo constituta sunt? 2, 75 eam ... disputationem tris in partes nostri -e dividunt. 2, 136 *alvus* constat -e e nervis. Lael. 22 ceterae res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus -e singulis. 54 *quos Fortuna effecit caecos* efferuntur -e fastidio et contumacia. 72. off. 1, 61 statuas ... videmus ornatu -e militari. 1, 147 maior ... pars eo -e deferri solet, quo a natura ipsa deducitur. 3, 15 volgus, quid absit a perfecto, non -e intellegit. Att. 4, 17, 1 *epistulae nostrae* tantum habent mysteriorum, ut ea ne librariis quidem -e committamus. 8, 9, 3 (*de Lepido*) -e συνδιημερεύομεν. epist. 1, 9, 23 animum (*Schmalz*, etiam *codd.*) ab orationibus diiungo -e referoque ad mansuetiores Musas. ad Q. fr. 2, 3, 7 cetera sunt in rebus nostris huiusmodi, ut tu mihi -e diffidenti praedicabas. 3, 3, 1 quidquid conficio aut cogito, in ambulationis tempus -e confero. LVCR. 1, 491 dissiliuntque -e ferventia saxa vapore. 2, 370 ad sua quisque -e decurrunt ubera lactis. 4, 962 quo quisque -e studio devinctus adhaeret ... in somnis eadem plerumque videmur obire. 5, 1414 posteriorque -e melior res illa reperta perdit. 6, 683 totius subcava montis est natura, -e silicum suffulta cavernis. CAES. Gall. 3, 18, 6 -e libenter homines id, quod volunt, credunt. *sic passim.*

fēreae (-a) *v.* feriae. [*Bannier.*

ferebra, (-ae) *incertae significationis.* CORP. I² 1853 (= Dessau 5792; *repertum ubi fuit Amiternum; agitur de aquaeductu*) af⟨...⟩lum -a et (*fort. leg.* ad) castellum. *D.*

ferentaneus *v.* ferentarius *p. 501, 23.*

ferentārius, -ii *m.* [*orig. inc., nisi a* ferre *ductum est. Th.*].

I *proprie de armaturae militaris genere:* A *substantivum: de etymologia et notione:* a ferendo *ductum:* VARRO ling. 7, 57 *Plautus* in Trinummo (456 *v. p. 501, 22*): 'nam illum tibi ⟨...⟩'. -um a ferendo, id est inane ac sine fructu; aut quod -ii equites hi dicti, qui ea modo habebant arma, quae ferrentur, ut iaculum. huiuscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et -os ascriptos. frg. Non. p. 520 *accensos* quidam vocabant -os, quia pugnabant fundis et lapidibus, his armis, quae ferrentur, non quae tenerentur (*cf.* PAVL. FEST. p. 14 *ascripticios* et accensos dicebant, ... quidam velatos ... nonnulli -os, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent, quae in hostes iacerent. alii rorarios. p. 85 -ii auxiliares in bello a ferendo auxilio dicti vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellati. p. 369 *similia, additur* Cato eos -os dixit, qui tela ac potiones militibus proeliantibus ministrabant). NON. p. 554 -ii levis armatura, qui, cui opus esset, auxilium ferrent ex cursu levi, armis gravibus non impediti *genus levis armaturae* (*cf. supra l. 76*): PAVL. FEST. p. 93 -ii levis armaturae pugnatores. VEG. mil. 1, 20 erant ... apud veteres inter pedites qui dicebantur levis armaturae funditores et -ii, qui praecipue in cornibus locabantur et a quibus pugnandi sumebatur exordium. 2, 2 levem armaturam, hoc est -os sagittarios funditores ballistarios. 2, 15 *post principes* erant -ii et levis armatura. 2, 17 -ii ... armaturae exculcatores sagittarii fundi-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tores, hoc est levis armatura. 3, 14 tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuvenibus, de bonis iaculatoribus, quos ante -os nominabant. HIER. adv. Iovin. 1, 35 in legionibus et exercitu sunt ... -ii ac levis armaturae. GLOSS. Plac. V 22, 19 *et* 69, 10 -us leviter armatus sagittis aut fundis. LYD. mag. 1, 46 *φερεντάριοι ἀκροβολισταί. varia*: HESYCH. 237, 304 *φερεντάριοι· τάγμα στρατιωτικόν.* GLOSS. V 254, 47 -ii signiferi vel vexilliferi (*cf.* GLOSS. Sall. Catil. 60, 2 *cod. P* -is signiferis vel primipilariis). [*corrupt.*: GLOSS. V 648, 39 frequentarii dicti (*cf. Thes. gl. ad l.*).] *Fiebiger, PW. VI 2207.* ferent- *pro pyrrhichio*: PLAVT. Trin. 456. *exempla*: CATO mil. frg. 6 partem equitatus atque -os praedatum misit. SALL. Catil. 60, 2 postquam eo ventum est unde a -iis proelium committi posset. TAC. ann. 12, 35 eo ... irrupere -us gravisque miles, illi telis assultantes, hi conferto gradu. VEG. mil. 3, 20 *in illa acie*, quae munitionem (*sc. naturalem*) non habet, omnes equites et -os ponas. AMBR. Hel. 13, 47 minoribus poculis velut -iis pugna praeluditur (*cf. infra l. 21*). HEGES. 4, 23, 1 -iis temptatum proelium.

B *adiectivum: i. q. prolusorius*: HEGES. 3, 9, 4 ut solent in -iis proeliis, plura vulnera quam neces inferebantur. *fort. etiam* AMBR. Hel. 13, 47 (*supra l. 16, ubi fort. coniung.* prolusoriis ... poculis).

II *translate de eo, qui auxilium opportunum fert*: PLAVT. Trin. 456 nam illum tibi -um (ferentaneum *P*) esse amicum inventum intellego. *cf. p. 500, 64.*

Feretrius *v. Onomast. s. v.*

feretrum, -ī *n.* [*tractum a gr. φέρετρον. Th.*]. *de etymologia et notione*: VARRO ling. 5, 166 ubi lectus mortui fitur (*sic vel* fertur *F*), dicebant -um nostri, Graeci *φέρετρον*. SERV. *et* SERV. auct. Aen. 6, 222 -o gracce dixit, nam latine capulus dicitur. 11, 64 -um locus ubi mortui feruntur. et est Graecum nomen: nam graece *φέρτρον* dicitur, unde per diaeresim -um fecit, dictum a ferendo: nam latine capulus dicitur. SCHOL. Stat. Theb. 6, 55 *similia*. ISID. orig. 18, 9, 1 faretra sagittarum theca, a ferendo iacula dicta; sicut et -um, ubi funus defertur. quae ideirco etymologiam communem habent, quia faretra mortem, -um mortuum portat. 20, 11, 7 -um dicitur, quod in eo mortui deferantur ... a ferendo. *cf.* SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 49 (Libitina:) -um. *cf. ibid.* Libitina dictus lectus mortuorum. GLOSS. *φόριον* (*φορεῖον?*). lectus defuncti. lectus in quo mortui portantur. lectum funebre. lectum funerum (funebre *c*), id est locellum. lectum defuncti vel locellum, quia fert tantum, ⟨non⟩ refert. est ubi funus defertur, a ferendo mortuum dictum. *cf.* GLOSS. V 623, 39 suggrundarium (subgrandarium *cod.*) est -um. NOT. Tir. 22, 73 *post* ferre *et derivata*. [*francog.* fiertre. *M.-L.*] *duae posteriores pro trochaeo (spondaeo) sunt in fine hexametri, ubi fere ponitur a poetis; pro pyrrhichio (iambo)*: VERG. Aen. 11, 149 OV. met. 3, 508 SIL. 5, 168. 17, 629 AVSON. 184, 7.

I *lectus, in quo mortui efferuntur*: **A** *proprie* (*Samter, PW. VI 2210*): VERG. Aen. 6, 222 pars ingenti subiere -o *Miseni* (IVL. VAL. 2, 34 onus -i *Darii* subiit *Alexander*. *cf.* AMBR. Tob. 10, 37 donec -o colla subiecti ipsi defunctum ad sepulcra deducerent). Aen. 11, 64 alii crates et molle (STAT. Theb. 9, 100) -um arbuteis texunt (STAT. Theb. 6, 55 puerile [*cf. infra l. 61*] -um *Archemori* texitur). 11, 149 -o Pallanta reposto procubuit super *Euandrus* (OV. fast. 4, 851 posito ... -o). OV. met. 3, 508 -umque parabant *dryades Narcisso*. 14, 747 luridaque arsuro portabat membra *Iphidis* -o *mater*. NEPOTIAN. 9, 18 Gorgias in -o matris natus est (~ VAL. MAX. 1, 8 ext. 5 lecto). VAL. FL. 5, 11 positum ... -o *Idmonem* (AVSON. 24, 5. PETR. CHRYS. serm. 103 p. 487[B] *filium* lamentabili impositum ... -o. CORIPP. Iust. 1, 226. ARATOR act. 1, 805 ponitur in medio ... -o). STAT. Theb. 9, 100 mollique -o ... eiectans saniem *Hippomedon*. silv. 2, 1, 20 puerile -um produxi *Glauciae*. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 49 quasi ab ipso -o venerationem acceperit poeta defunctus. 2, 1, 168 quasi mortuus in -o *porrectus*. AVSON. 184, 7 mutavitque torum -i vice exequialis honor. VVLG. II reg. 3, 31 rex David sequebatur -um *Abneri*. HIER. epist. 39, 1, 5 aureum -o velamen obtenditur. 79, 7, 7 faciem super -um *coniugis* lacrimis diluisti. AVG. conf. 9, 7, 16 sudario tangere -um. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 4 -o corpus eripitur. SEDVL. carm. pasch. 4, 133 (op. pasch. 4, 12). ENNOD. epist. 2, 1, 6 *David* -um fili ovans ... antecessit (*cf.* IORD. Get. 28, 144 in exequiis -o eius [*Aithanarici*] praeiens *Theodosius*). CORIPP. Iust. 1, 294 aptantque -um *famuli*. 3, 37 tolli sublime -um. GREG. M. epist. 5, 57[a], 4 -um, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. PASS. Saturnin. 5 beati viri corpus ligneo -o immissum. VITA Vedast. 1, 9 (Mon. Germ. Merov. III p. 412) ut mos est, omnibus accipientibus -um cum ipso sancto corpus nullatenus eum de loco promovere potuerunt (*ibid.* accepto -o). VITA Radeg 2, 24 ut subtus turrem repausaretur -um. *ibid.* qui ... venerat post -um. **B** *translate*: AVG. conf. 6, 1, 1 me -o cogitationis offerebat *mater Christo*. serm. ed. Mai 2, 1 erat ... in communione *Pharisaeorum* -um. PETR. CHRYS. serm. 103 p. 489[B] Christus *populum Christianum* de mortali -o perpetuae vitae reddat.

II *fere i. q. ferculum*: **A** *proprie in sacrificio, triumpho, funere*: GRATT. 488 cadus et viridi fumantia liba -o praeveniunt *in pompa sacrificiali*. SIL. 5, 168 quis opima ... dona Iovi portet -o suspensa cruento. 10, 566 non ... celsis de more -is praecedens prisca exequias decorabat imago. 17, 629 Syphax -o residens captiva premebat lumina. **B** *metonymice*: TERT. patient. 14 p. 21 quale in illo viro (*sc. Iob*) -um deus de diabolo extruxit, quale vexillum de inimico gloriae suae extulit ...!

III *nomen sideris*: GREG. TVR. stell. 29 has stellas (*Hyades?*) quidam arte (arcae *vel* massae *vel* Mariae *Haase*) -um vocant.

feriae, -ārum *et* **fēria**, -ae *f.* [*cf. c.* festus. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 85 -a a feriendis victimis vocata. ISID. orig. 5, 30, 12 a fando ... -ae nuncupatae sunt (nat. 3, 1 -a ... a fando dicta quasi faria). GRAMM. suppl. 241, 14 -ae dicuntur a fando, quia deus in creatione mundi dixit 'fiat fiat' (ISID. nat. 3, 1). *de formis*: PAVL. FEST. p. 86 -as antiqui fesias vocabant (p. 264 antiqui ... fesiis pro ... -iis. *cf.* VEL. gramm. VII 73, 8 -as ... non fereas [*sed legitur* COMPVT. cod. Col. prol. 4], quoniam apud antiquos fesiae non feseae dictae sunt [CASSIOD. gramm. VII 155, 8]). *de numero*: GELL. 19, 8, 13 -as ... *veteres singulari numero dixerunt* numquam (CHAR gramm. I 33, 13 DON. gramm. IV 376, 28 CONSENT. gramm. V 348, 9 PHOC. gramm. V 428, 10 GRAMM. suppl. 84, 34 GLOSS.). *nota* GRAMM. suppl. 241, 15 pluraliter dicuntur -ae, licet abusive dicatur 'prima -a', 'secunda -a'. *legitur sub I et II semper pluraliter praeter* PAVL. FEST. p. 85 *v. supra l. 9 (fortasse Pauli neglegentia singulari pro plurali posito; vix neutr. plur., cf. infra l. 26), sub III semper singulariter exceptis his locis, ubi sensu pluralis postulatur*: PS. AMBR. serm. 15, 3 ISID. reg. monach. 10, 1 COMPVT. Carth. 1, 3. 5 (*bis*). *de genere: est feminini generis; neutrius*: PS. RVFIN. in Am. 8, 4/6 fastidiebatis -a (*an* -as?) sabbatorum. CORIPP. Iust. 4, 82. *de compendiis*: feriar(um): CORP. VI 1332. 1358. 1422. X 3724 (*sed* fer(iarum): CORP. VI 1343). fer(iae): *passim* FAST. ann. Iul. Caeret. Sabin. Amitern. Pinc. Venus. *al.* (*raro ibid.* feriae), *numquam* FAST. ann. Iul. Praen. Arv. Vall. Vatic. *ubi semper* feriae *vel* f(eriae). fer(ia): VICTOR. pasch. chron. I p. 686. f(eria): *ibid.* add. II chron. I p. 741 *in tabulis paschalibus*. COMPVT. cod. Col. prol. 4 (5[ies]). 5. f(eriae) p(ublicae): FAST. ann. Iul. Caeret. Febr. 21 Apr. 23 (Corp. I[2] p. 213). Maff. Aug. 19 (Corp. I[2] p. 225). Amitern. Aug. 19 (Corp. I[2] p. 244). *nescio an littera* F *in nonnullis fastis ad eosdem dies ascripta supplenda sit* f(eriae), *non* f(as). *notandum crebrum fastorum compendium* NP *i.* n(efas), f(eriae) p(ublicae). *cf. Soltau, Jahrb. f. Phil. 137 (1888) 836; Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.[2] p. 439; Schön, PW. VI 2016.* *de prosodia*: fē-: *inde a* PLAVTO (*notione I et II*), *sed* fē- (*notione III*): ANTH. 488 (= CARM. poet. min. V 58, 6) 2. *de notione*: GLOSS. -ae ἀργίαι, ἀσχολίαι, ἄπρακτοι ἡμέραι. *alia v. infra l. 61.* *inde a* PLAVTO. [*it.* fiera, *francog.* foire, *port.* feira. *M.-L.*]

I *strictiore sensu i. q.* ***festis diebus cessatio*** *a laboribus et negotiis, latiore sensu fere i. q.* ***festi dies, variis religionibus celebrati.*** *praemisi locos, quibus significatio planior fit ex iis, quae coniunguntur vel opponuntur*: PLAVT. Capt. 770 Iuppiter ... offers mihi ... festivitatem, -as. CIC. leg. 2, 29 -arum festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium et iurgiorum, in servis operum et laborum. PAVL. FEST. p. 62 conceptivae -ae talia (feriales *codd.*) festa dicebantur, quae *eqs.* p. 86 aliae -*ae* erant sine die festo, ut nundinae; aliae cum festo, ut Saturnalia. quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus, pecorum frugumque. PLIN. nat. 18, 284 instituerunt -as festosque dies. SERV. auct. georg. 1, 268 sunt ... aliqua, quae si festis diebus fiant, -as polluant. *ibid.* -ae ... operae deorum creditae sunt ... -ae deorum causa instituuntur, festi dies hominum quoque. SERV. georg. 1, 270 quae -ae a quo genere hominum ... observentur, vel quae festis diebus fieri permiserint. SERV. auct. Aen. 12, 139 Iuturnas (*v. p. 503, 74*) -as celebrant ... quem diem festum Iuturnalia dicunt. MACR sat. 1, 16, 3 festis *diebus* insunt sacrificia, epulae, ludi, -ae. *cf.* GLOSS. IV 75, 27 -as cessationes ab operibus aut dies festi[s].

A *Romanorum et Graecorum*: **1** *generatim*: CATO agr. 2, 4 per -as (*cf. p. 503, 17*) potuisse fossas veteres tergeri (*cf. l. 70*), viam publicam muniri *eqs.* 5, 1 -ae serventur *a vilico* (GELL. 2, 28, 2 ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 29. 44. *cf.* PAVL. FEST. p. 49 observaret [p. 62. 92 SERV. auct. georg. 1, 270 MACR. sat. 1, 16, 4. 8]). 138 boves -iis coniungere licet (147 iungere. COLVM. 2, 21, 5). 150, 1 lacte *ovis* -iis quod mulserit *pastor*. MACR. sat. 1, 15, 21 Verrium Flaccum ... dicere solitum refert Varro, quia -iis tergere veteres fossas liceret, novas facere ius non esset, ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse -as ad nubendum. VARRO frg. Macr. sat. 1, 16, 19 viros vocare -iis non oportet: si vocavit, piaculum esto. ling. 6, 19 *Portuno* eo die ... -ae institutae (rust. 1, 1, 6 PAVL. FEST. p. 93. 337 PLIN. nat. 18, 8. 284. *cf.* SERV. auct. georg. 1, 268 -ae deorum causa instituuntur). ling. 6, 28 -as primas menstruas, quae futurae sint eo mense, rex edicit populo (*cf. p. 503, 5*). CIC. Planc. 66 has *orationes* ego scripsi ludis et -iis. leg. 2, 19 -iis iurgia amovento easque in famulis operibus patratis habento (2, 57 LIV. 41, 21, 11. 42, 20, 6 CORIPP. Iust. 4, 82). 2, 29 *v. supra l. 48.* div. 1, 102 -iis imperandis (GELL. 2, 28, 2). Att. 13, 45, 1 dies -arum mihi additos video (FEST. p. 194. 253 COLVM. 2, 12, 9. PETRON. 134, 7 die -arum, quo etiam lugentes rident. AMM. 22, 14, 4 CORP. VI 30986a). LIV. 1, 31, 4 ut ... -ae per novem dies agerentur (22, 1, 6). 3, 5, 14 in tri-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

duum -ae indictae (34, 55, 1. 4. 42, 10, 15 Svet. Claud. 22. Vlp. dig 4, 6, 26, 7 ob res ... prospere gestas vel in honorem principis. Macr. sat. 1, 16, 8. *nota*: Serv. Aen. 1, 632 indici -*ae* dicuntur, quia paupertas maiorum ex collatione sacrificabat aut certe de bonis damnatorum. *metaphorice*: Avg. epist. 13, 2. *cf.* edicere *p. 502, 77*). Liv. 7, 28, 7 -arum constituendarum. 35, 40, 7 -ae in sollicitudine ac metu fuere. 40, 19, 5 ut...-ae essent (41, 16, 1. 42, 2, 7 Fest. p. 253). 41, 27, 6. Fest. p. 253 quod -iis fieri non liceat (Macr. sat. 1, 16, 9). *ibid.* diem profestum diem sine -iis esse. p. 348 Septimontio ... hisce montibus -ae (*sic passim* Fast. ann. Iul., *velut* Fast. Caeret. Ian. 30 (Corp. I² p. 212) fer(iae) ex s(enatus) c(onsulto), q(uod) e(o) d(ie) *eqs.*, *vel nude* -ae. *nota*: Fast. Caeret. Apr. 22 (Corp. I² p. 213) fer(iae) coronatis omnibus. Fast. Vall. Aug. 10 (Corp. I² p. 240) -ae. arae Opis et Cereris ... constitutae sunt). Val. Max. 2, 2, 9 annuo circuitu -arum. Colvm. 1, 6, 19 in *balneis* familia ... -iis lavetur. 2, 21, 1 quae -iis facere quaeque non facere debeant (*cf.* 2, 21, 2. 3. 4. Macr. sat. 1, 16, 10 quid -iis agi liceret. 1, 16, 12). 11, 1, 20 per -as *vilicus* instrumentum rusticum ... recognoscat. Plin. nat. 35, 5 *Epicurei* -as ... omni mense vicesima luna custodiunt, quas icadas vocant. Fronto p. 226, 23 N. Numa ... -arum promulgator. Vlp. dig. 1, 16, 7 pr. -as secundum mores et consuetudinem ... dare. Gell. 2, 28, 3 -as siquis polluisset (Serv. auct. georg. 1, 268. 275 Macr. sat. 1, 16, 8. 11). 16, 10, 1 erat ... celebritas -arum. 18, 2, 16 deo -arum istarum Saturno. Tert. spect. 12 -arum (ferarum *A B*) voluptati satis non fiebat. idol. 10 schola honoratur -iis. Chalc. transl. 26 quae *remuneratio* est propria praesentium -arum. Avson. 385 tit. de -iis Romanis (Avg. civ. 6, 3 p. 249 D.). Serv. auct. georg. 1, 268 -iis terram ferro tangi nefas est. 1, 270 novum *vivum* fieri non permittitur -iis. Aen. 2, 669 quod verbum (*sc.* instaurata) et de -iis et de scaenis solebat apud veteres usurpari. Macr. sat. 1, 2, 1 -*as* indulget magna pars mensis Iano dicati. 1, 2, 2 per omne spatium -arum. 1, 7, 7 ut ... honorem sacris -iis haberemus. 1, 15, 12 accepturos, *qui in agris essent*, causas -arum a rege sacrorum. 1, 15, 21 -iis vim cuiquam fieri piaculare est. Corp. VI 31075 descriptio fer⟨iarum⟩, quae in cohorte ⟨...⟩.

2 *speciatim definiuntur additis adiectivis vel substantivis*: **a** *accedunt adiectiva: praemisi generum definitiones*: Serv. Aen. 1, 632 -ae aut legitimae sunt aut indictae. Macr. sat. 1, 16, 5 -arum ... publicarum genera sunt quattuor: aut enim stativae (*cf.* Pavl. Fest. p. 92 statae) sunt aut conceptivae (Varro ling. 6, 26 Pavl. Fest. p. 62. *cf.* Varro ling. 6, 29 si quae -ae conceptae essent. Macr. sat. 1, 16, 8 conceptis) aut imperativae sunt aut nundinae. 1, 16, 6 sunt stativae ... conceptivae ... ut sunt Latinae (*cf.* Varro ling. 6, 25 Latinae -ae dies conceptivus), sementivae (Varro ling. 6, 26 Pavl. Fest. p. 337), paganalia (Varro ling. 6, 26 paganicae), compitalia (Gell. 10, 24, 3): imperativae sunt, quas *eqs.* ... nundinae sunt *eqs.* 1, 16, 7 sunt praeterea -ae propriae familiarum ... et siquas -as proprias quaeque familia ex usu domesticae celebritatis observat. 1, 16, 8 sunt singulorum, uti *eqs.* (*cf.* Fest. p. 242 privatae -ae vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationes, denecales). *cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.² p. 432 sqq. et passim. ceteri loci: de -iis generatim*: Cato agr. 140 si ... aut -ae publicae (Varro ling. 6, 19. 20. 23 Cic. leg. 2, 55 Pavl. Fest. p. 226. 249. *cf. p. 504, 11. 16 sqq.*) aut familiares intercesserint. *α de -iis publicis: acced. nom. appellat.*: Varro ling. 6, 13 menstruas (6, 28 primas menstruas. *cf.* Sen. dial. 9, 17, 7 magni viri quidam sibi menstruas certis diebus -as dabant). Varro rust. 1, 2, 1 (*bis*) sementivis (*cf. supra l. 43.* Prob. Verg. georg. 2, 385/9 sementinis). Cic. ad Q. fr. 3, 5 (6), 1 novendialibus (*cf. definitionem* Pavl. Fest. p. 176). At. Cap. Gell. 4, 6, 10 (*bis*) praecidaneae (Gell. 4, 6, 9 -as praecidaneas dici, id opinor a volgo remotum est). Svet. Cal. 23, 1 sollemnibus (Vlp. dig. 4, 6, 26, 7 Gell. 2, 24, 11 Amm. 22, 16, 11. Cod. Iust. 3, 11, 3 *opp.* repentinae). *accedit nom. propr.*: Varro ling. 5, 84 Furinales. Varro ling. 6, 25 Latinae -ae. *sic vel* -ae Latinae: Cic. rep. 1, 14 nat. deor. 1, 15 Cael. Cic. epist. 8, 6, 3 Caes. civ. 3, 2, 1 Liv. 21, 63, 5. 22, 1, 6. 32, 1, 9. 41, 16, 1 *passim; nota* Fast. Capitol. a. u. c. 497 Q. Ogulnius ... Gallus (dictator) Latinar(um) fer(iarum) caussa. Capitol. Aur. 4, 6 praefectus -arum Latinarum (Corp. III 550 *a. 112.* VI 1332. 1343. 1358. 1422. XIII 1806. XIV 2501. 3609). Corp. VI 1421 praefect(o) urbi -arum Latinarum (IX 3667). *cf.* VI 3851. X 3724. XI 1432. *cf. Ruggiero, Diz. epigr. III 55 sq.* Corp. VI 2173 (= XIV 2228) Caben⟨ses s⟩acerdote⟨s feria⟩rum Latinarum mo⟨ntis⟩ Albani. *cf. Onomast. s. v.* 2. Cabenses. *nude* Latinae: *v. s. v.* Latinus. Latinarum -ae: Plin. nat. 27, 45. Serv. auct. Aen. 12, 139 Iuturnas (*genet.?* Iuturnias *Barthius*, Iuturnae *Masvicius*). *cf. p. 502, 59.* **β** *de -iis imperativis*: Cic. Att. 16, 11, 8 Lepidianis. **γ** *de -iis privatis*: Cinc. Gell. 16, 4, 4 denicales (Lex Vrson. [Corp. I² 594] 95, 23. 34 [ded- *aes utroque loco*]. Colvm. 2, 21, 5 Serv. auct. georg. 1, 270 Gloss. V 189, 5. *definiuntur* Cic. leg. 2, 55 *et* Pavl. Fest. p. 70 *cf. vol. V p. 526, 70*).

b *accedunt substantive eodem casu dierum festorum significationes*: Varro rust. 1, 1, 6 -ae Robigalia. Pavl. Fest. p. 93 Fornacalia -ae (Plin. nat. 18, 8). Plin. nat. 18, 284 -as diesque festos Robigalia Floralia Vinalia.

c *accedunt nomina hominum vel deorum*: **α** *genet. hominum, qui -as agunt*: Varro ling. 6, 13 -ae ... eorum hominum, qui Furnacalibus suis non fuerunt feriati. 6, 24 -ae non populi, sed montanorum modo. Cic. off. 3, 59 piscatorum. Fest. p. 254 stultorum (Pavl. Fest. p. 316 *definiuntur*). Macr. sat. 1, 16, 7/8 familiarum, ... singulorum. *v. p. 503, 48.* Qverol. p. 40, 14 ancillarum (Pol. Silv. fast. Iul. 7). Pol. Silv. fast. Dec. 17 servorum. **β** *nomina deorum vel dearum, quibus -ae instituuntur: genetivo*: Varro ling. 6, 12 Carmentalia nominantur quod ... tum ... -ae Carmentis. 6, 19 Neptunalia a Neptuno; eius enim dei (die *codd.*) -ae (6, 21 cuius *sc. Volturni* -ae tum). 6, 22 Fontanalia a Fonte, quod is dies -ae eius (6, 23 cuius *sc. Angeronae* -ae publicae is dies). *ibid.* Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die -ae eius. Pavl. Fest. p. 85. Porph. Hor. epist. 2, 2, 197 Minervae. Mart. 12, 81, 1 Saturni. *cf. etiam p. 503, 74. dativo*: Varro ling. 6, 13 Quirinalia a Quirino, quod ei deo (ideo *codd.*) -ae. 6, 15 Palilia dicta a Pale, quod ei -ae. 6, 19 Furrinalia Furrinae, quod ei deae -ae publicae dies is. 6, 20 Consualia dicta a Conso, quod tum -ae publicae ei deo. *ibid.* Volcanalia a Volcano, quod ei tum -ae; *passim in* Fast. ann. Iul., *at* Fast. Praen. Ian. 15 (Corp. I² p. 231) -ae Carmenti. *ibid.* Mart. 2 (Corp. I² p. 233) Marti Iunoni Lucinae Esquiliis. *al. sic potius dativus quam genetivus vel intellegendus vel supplendus esse videtur, ubicumque de casu dubitatio relinquitur, velut* Fast. Vatic. Mart. 15 (Corp. I² p. 242) -ae Annae Perennae. Fast. Venus. Mai. 23 (Corp. I² p. 221) fer(iae) Volca(no). *al.*

B *Iudaeorum et Christianorum*: **1** *absolute*: Tert. idol. 14 numeniae et -ae a deo aliquando dilectae. adv. Marc. 4, 12 p. 454 cibum operati *Christi discipuli* -as ruperant. Itala Is. 1, 14 (Tert. adv. Marc. 1, 20 p. 316; *similiter ibid.* 5, 4 p. 580 Ps. Cypr. adv. Iud. 5 Barnab. 2, 5) -as et ieiunium et dies festos vestros odit anima mea (*νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας*, Vvlg. calendas vestras et sollemnitates vestras). Porfii Hor. sat. 1, 9, 69 *sabbata* vulgares homines -as sibi assumunt. Ps. Orig. tract. 8 p. 93, 17 sabbatum otium vel -ae ... interpretatur. Amm. 21, 2, 5 -arum die, quem celebrantes mense Ianuario Christiani Epiphania dictitant. Pelag. in Rom. 16 p. 716ᴬ neomenias et sabbata et ceteras -as ventris gratia praedicabant. in Tit. 1 p. 897ᴮ -as et otia ... admittunt. Rvfin. Orig. princ. 2, 11, 5 festorum dierum et -arum rationem *Christianorum.* Ps. Rvfin. in Os. 2, 11 posuit nomina -arum in quibus plurimum laetabatur *gens Iudaea.* Greg. M. epist. 13, 15 *Iudaeos* a quibusdam -arum suarum sollemnibus ... arcere. *ibid. Iudaei* omnes festivitates -asque suas ... liberam habeant observandi celebrandique licentiam. Pass. Petr. Paul. long. 1 neomenias et legitimas -as exinanivit *Petrus.* *nota lusum verborum*: Ps. Rvfin. in Os. 9, 4 omnis eorum oblatio non -iis, sed inferiis aptior. **2** *c. gen. dei vel sancti, cui -ae celebrantur*: Vvlg. lev. 23, 2 hae sunt -ae domini, quas vocabitis sanctas. 23, 4. 37 quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas. 23, 39 celebrabitis -as domini septem diebus. Conc. Matisc. a. 583 p. 517, 14 a -a sancti Martini usque natale domini. **3** *c. gen. epexegetico*: Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 454 ut sabbati ... -as ... pabuli paratura ieiunio liberaret (*ibid.* p. 456 Ps. Rvfin. in Am. 8, 4/6). Vvlg. lev. 23, 34 erunt -ae tabernaculorum septem diebus domino.

II *i. q.* ***cessatio*** *a laboribus vel negotiis (de nonnullis locis dubitatio relinquitur, an ad I potius revocandi sint)*: **A** *proprie (de hominibus et bestiis)*: **1** *absolute*: Plavt. Epid. 469 (*ad militem*) tuas possidebit mulier faxo -as. Cato agr. 132 eo die (*Iovis dapalis*) -ae bubus et bubulcis et qui dapem facient. 138 mulis equis asinis -ae nullae. Sen. contr. 1 praef. 15 tristitia ... -arum hilaritate discutitur. Phaedr. 3 prol. 8 aliquae venient -ae, quae me soluto pectore ad studium vocent. Sen. dial. 10, 6, 1 sibi ne puero quidem unquam -as contigisse (10, 6, 2). epist. 55, 7 tempestas piscatoribus dedit -as. Petron. 24, 3 Ascyltos in hoc triclinio solus -as agit? Mart. 5, 80, 4 durum est perdere -as. Fronto p. 224, 4 N. -as in secessu maritimo fruendas. Papin. dig. 48, 16, 10, 2 *quo die* -ae finitae sunt. Vlp. dig. 2, 12 rubr. de -iis et dilationibus et diversis temporibus (Cod. Theod. 2, 8 rubr.). Traian. Vlp. dig. 2, 12, 9 -as a forensibus tantum negotiis dare vacationem. Domitian. Paul. dig. 48, 16, 16 quod de -iis et abolendis reis dicitur, non pertinere ad servos. Frg. Vat. 156 si -ae sint, libellos det contestarios *tutor.* Apvl. met. 9, 6 licet forensi negotio officinator noster attentus -as nobis (*operariis*) fecerit. Pallad. 1, 6, 7 (*inter sententias, fere proverbialiter*) necessitas -iis caret. Symm. epist. 1, 8, 1 *Lucrinis* -iis fruendis modus nullus est (*cf.* Fronto p. 224, 4 N.). 1, 47, 2 pingues -as agere (*cf. infra l. 84*). Cod. Theod. 2, 8, 19 (*a. 389*) omnes dies iubemus esse iuridicos. illos tantum manere -arum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit. Sidon. epist. 1, 4, 2 *invidi et inertes* -as inhonoratorum laudant. Cod. Iust. 3, 12, 3 (4) a nullo iudice praesumi decet, ut auctoritate sua -as aliquas condat. **2** *c. attributis*: Cic. de orat. 3, 85 forenses. Avr. Fronto p. 223 tit. N. Alsiensibus (223, 11). Gell. 9, 15, 1 per -arum tempus aestivarum (18, 5, 1). Cod. Iust. 3, 12, 3 (4) imperiales (*cf. Mommsen, Ges. Schr. 8, 16*). **3** *c. gen. rei*: Svet. Iul. 40, 1 messium ... vindemiarum Tert. adv. Mart. 4, 12 p. 455 operum. Symm. epist. 1, 5, 1 nulla statio ... in qua huius muneris (*sc. litteras scribendi*) -as egerimus. Prvd perist. 9, 76 scholarum.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *translate i. q. otium, tranquillitas, securitas, pax, intermissio (etiam de rebus)*: PLAVT. Capt. 468 (*per iocum, ita ut subsit notio, quae est sub I A*) venter gutturque resident esuriales -as (*cf.* FRONTO p. 227, 1 N. ⟨numquid tu⟩ esurialis -as celebras?). HOR. carm. 4, 5, 37 longas ..., dux bone, -as praestes Hesperiae. PLIN. nat. 17, 210 nihilque est in opere naturae, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices -arum velit. ARNOB. nat. 1, 13 (*proverbialiter*) sine ullis, ut dicitur, -iis multiplicium formas sustinuisse discriminum (ENNOD. epist. 6, 31, 1). AMBR. Tob. 13, 44 crescit semper pecunia, otium nescit avaritia, usura -as. EPIST. pontif. 375 (*a. 430*) Migne 50, 491A nesciunt -as (*gr. ἀργίαν*), in quibus intus est hostis. *c. gen. rei*: VARRO frg. Gell. 1, 25, 1 indutiae sunt ... belli -ae. PS. ORIG. tract. 8 p. 95 sabbati dies, id est malorum operum -a. AMBR. exc. Sat. 1, 70 lacrimarum. 2, 38 poenarum (PRVD. cath. 5, 126). fug. saec. 6, 32 lasciviae. EPIST. pontif. 392 (*a. 433*) Migne 50, 609B cogitationum. ENNOD. epist. 4, 23, 1 linguae (4, 24, 1. 4, 32, 2. 4, 33, 1. 5, 8, 1). 6, 30, 1 epistularum. 8, 3, 2 oris.

III *apud Christianos fere singulari (sed cf. p. 502, 24 sq) de* ***diebus hebdomadis,*** *exceptis plerumque primo sc. die dominico et septimo sc. sabbato, qui suis nominibus appellantur (sed cf. infra l. 41 sqq.). de origine huius usus v. Du Cange s. v.* 2. feriae. *praemisi locos, quibus vel definiuntur vel enumerantur*: **1** *excipiuntur dies dominicus et sabbatum*: ANTH. 488 (= CARM. poet. min. V 58, 6) 2 de septem diebus: prima dies Phoebi ... nomine fulget. vindicat et ... -am sibi Luna secundam (*cf. infra l. 38 et 42*). ITIN. [Silv.] 29, 6 de sabbato ... usque in quinta -a, qua post cena noctu comprehenditur dominus, sex dies sunt (AVELL. p. 683, 27 quinta -a hoc ⟨est⟩ cena domini. VRAN. epist. 11 p. 865B quinta -a ... sexta ... -a, sabbato. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 2 sexta ... -a passus est *Christus*, sabbato quievit ..., dominico ... die resurrexit. *cf. etiam B 1 a*). 39, 2 die dominica ... secunda -a ... tertia -a ... quarta -a ... quinta -a ... sexta -a ... sabbato. AVG. epist. 36, 30 quarta sabbati, quam vulgo quartam -am vocant. MAX. TAVR. cap. euang. p. 822 primus dies dominica, secundus dies secunda -a et sic omnes dies. post sex dies ... sabbatum numeratur. BENED. reg. 13. 18. ISID. orig. 5, 30, 9 apud Hebraeos ... dies prima una sabbati dicitur, qui apud nos dies dominicus est, quem gentiles Soli dicaverunt. secunda sabbati secunda -a, quem saeculares diem Lunae vocant *eqs.* **2** *dies dominicus non excipitur (neque sabbatum l. 45 sq.)*: HILARIAN. pasch. 15 -a prima. hoc est dominica (ISID. nat. 3, 1 dies sabbati ab initio feriatus habetur. inde dies solis prima -a nuncupatur, quia primus est a -a, item Lunae proinde secunda -a, quia secundus est a -a *eqs.*). PS. AVG. quaest. test. I 111, 1 p. 278 Vind. prima ... sabbati prima -a est. post sabbatum enim primus dies dominicus est. SACR. Gelas. *passim numerantur a secunda ad septimam.*

A *in enarratione rerum sollemnium, eisdem diebus iteratarum*: TERT. ieiun. 2 quae (*stationes ieiuniorum*) ... ipsae suos ... dies habeant quartae -ae et sextae (ITIN. [Silv.] 27, 5 quarta et sexta -a etiam et a catechuminis ieiuna[n]tur. AMBROSIAST. in Rom. 14, 5 *quidam* quarta -a carnem non edendam statuerunt. RVFIN. hist. mon. 7 p. 419A ieiunia ... legitima, id est quarta et sexta -a ... non esse solvenda. CASSIAN. inst. 5, 24 absque legitimis quartae sextaeque -ae *ieiuniis*. LEO M. serm. 75, 5 quarta ... et sexta -a ieiunemus. EPIST. pontif. 311 [*a. 416*] Migne 20, 555A. LIB. pontif. p. 46, 4 die dominico aut quinta -a ieiunium quis de fidelibus ageret. BENED. reg. 41). ITIN. [Silv.] 27, 4 (*de diebus paschalibus*) secunda -a ... de pullo primo ad Anastasem itur sicut et toto anno (27, 5. 7) et aguntur usque ad mane quae semper *eqs.* (27, 5. 7 *bis*. 32, 1. 34. 35, 1). 27, 5 quarta -a et sexta -a ... in Syon procedi (*ibid. bis*. 27, 6. 39, 2 *bis*. 41). 27, 7 sexta (*bis*). 28, 3 *aputactitae* in totis quadragesimis in medio quinta -a cenant. 29, 1. 2. 33, 1. 44, 3. AVG. epist. 29, 2 ut quarta -a illud ... capitulum consequenter tractaretur (*seq. Matth. 7, 6*). PS. AVG. tit. libr.: de -a quarta tractatus. serm. 265, 5 ut quinta -a nec viri opera faciant nec mulieres lanificium (*ibid.* qui in honore Iovis in quinta -a opera non faciunt). EPIST. pontif. 311 (*a. 416*) Migne 20, 556A sexta -a semel in pascha erit ... celebranda. *ibid.* sextae -ae per singulas hebdomadas reparanda imago est. 20, 559A VEN. FORT. vita Radeg. 23, 54. GREG. M. epist. 2, 2 sexta ... -a veniente. BENED. reg. 13 *dicatur* secunda -a quintus et trigesimus quintus *psalmus* ... tertia -a ... quarta -a *eqs.* (18 ad primam *horam* secundae -ae dicantur tres psalmi *eqs.*). CORP. XI 263 tertia cui (*clero*) cessa est et -a sexta lavandi. *additur gen. hebdomadis vel dierum festorum*: ITIN. [Silv.] 42 alia die ..., id est quinta -a quadragesimarum celebratur missa (AVG. epist. 54, 6 quintam -am ultimae hebdomadis quadragesimae). CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 17 sacramenta excepta quinta -a pasche non nisi a ieiunis concelebrentur *eqs.* *c. gen. personarum dies festos celebrantium*: ISID. reg. monach. 10, 1 haec sunt -ae monachorum, in quibus ieiunia conquiescunt.

B *in enarratione rerum non sollemnium, semel factarum*: **1** *anni tempus non accuratius definitur*: **a** *in enarratione rerum ad passionem Christi pertinentium*: SERM. Migne 13, 651 dei filius ... hominem ... sexta -a conditum ... eadem sexta -a proprio sanguine redimere properabat. TYCON. 5 p. 56, 17. 57, 5. 58, 7. 59, 4 inter sextam -am et sabbatum. 5 p. 59, 10. RVFIN. hist. mon. 7 p. 419A quia quarta -a Iudas de traditione domini cogitaverat et sexta -a crucifixus sit salvator (VICTOR. pasch. chron. I p. 683 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 9. PS. AMBR. serm. 32, 2 usque ad vesperum quintae -ae ... omni die docuit in templo, ... sexta -a crucifigendus). PS. PROSP. prom. 1, 7, 2 quod quinta -a ad patibulum traditus fuerit ipse salvator et dominus. *ibid.* quod *dominus* ... sexta -a suspensus in cruce ... sanguinem fuderit. **b** *in enarratione aliarum rerum*: VIGIL. ad Ioh. 11 sextae -ae lux ... processerat semper post deum amica martyribus. PS. AVG. quaest. test. I 95, 4 p. 169, 6 Vind. mensis primus, quo pascha quarta decima die celebratum est in Aegypto, haec dies quarta -a fuit; unde et lex quarta -a data est. 169, 15. 28. 170, 4 quota -a factum est pascha. 170, 8. 10 *sqq.* LEO M. serm. 52, 5 quae ... desunt, quarta -a ... reddenda promittimus. 54, 5. AVELL. p. 619, 10 (*a. 519*) tertia -a ... principis praesentamur aspectibus. p. 620, 10. 683, 27. VRAN. epist. 11 p. 865B. RVRIC. epist. 2, 24 ut crastino, quod erit quarta -a, ... mihi ieiunus (*cf. p. 505, 47 sqq.*) occurras. 2, 60 ut, si secundo crastino non potueris, vel tertia -a ad nos venire digneris. PASS. Fructuos. 3 (*bis*).

2 *additur accuratior diei definitio*: **a** *genetivo*: AVELL. p. 619, 4 (*a. 519*) secunda -a hebdomadis authenticae (*i. hebdomadis maioris, sc. eius, quae praecedit pascham*). *idem tempus significatur* p. 683, 18 hebdomadae maioris. **b** *aliis temporis definitionibus (nota locutionem* die *tota* -a): ALTERC. Heracl. p. 133 tit. quod gestum est ... Idus Ianuariae sexta -a *illis* consulibus. OPTAT. 1, 23 sexto Nonas Octobris, die sexta -a. SVBSCR. syn. Chalc. a. 451 (Mansi 7, 707A) fer(ia) IV, ind(ictione) XIII, XV Kal. April. ANON. Vales. 16, 94 die quarta -a septimo Kalend. Septemb. PS. AVG. quaest. test. I 95, 5 p. 170, 10 quae prima -a sexto decimo die fuit mensis secundi. CONSVL. Constant. chron. I p. 246, 415 die sexta -a, quae fuit tunc III Non. Dec. HYD. chron. II p. 19, 64 die XIV Kal. Aug. qui fuit quinta -a (p. 25, 136). p. 26, 149. 28, 173 III Non. Octobres die sexta -a (p. 30, 191 quinto Kal. Iunias die quarta -a. *similiter* p. 33, 225; *coniunxit Mommsen his locis* die *cum numero, sed potest etiam coniungi cum* -a). p. 32, 214 PASS. Fructuos. 2 BAVDON. vita Radeg. 2, 21. CORP. IX 6150 (*saec. VI*) depositus sexta -a, quod est XV Kal. Septembris. X 4630 (*a. 559*) deposita die ⟨sex⟩ta ⟨fe⟩ria ⟨X?⟩III Kal. Novbr. *al.*

C *in cyclis paschalibus vel ad diei certi tempus definiendum spectantibus*: **1** *generatim*: PS. CYPR. pasch. 6 p. 253, 18 luna, quae quarta -a V Kl. Apr. quinta decima fuerat facta, inventa est *eqs.* VICTOR. pasch. chron. I p. 679, 16 luna quartadecima si -a sexta provenerit ... festivitati paschali ... deputetur. COMPVT. Carth. 1, 3 inter duodecim annos ... assis unus de accrescentibus unciis perspicue invenietur, praeter illum assem videlicet -arum, qui inter annos quattuor per vissextum sepissime subrogatur (*ibid. plur.*: 1, 5 *med.* 1, 5, *extr.* lunares annos -arumque dies adnotatos. *sing. saepius*). 1, 9 lunam et -am, quae fuerit kalendis ianuaris, obserbabis. COMPVT. cod. Col. frg. p. 230 cyclus ut in secundo veniat sive luna sive dies sive bissextus sive -a post annos LXXXIV complentur. DIONYS. EXIG. pasch. 10 argum. de die septimanae sanctae -a paschali. *ibid.* quamlibet diem a cal. Ian. usque ad XXX diem mensis Decembris, quota -a fuerit, invenies computando (12. 14 argum.).

2 *additur accuratior diei definitio*: **a** *absolute*: PS. CYPR. pasch. 7 primum in Aegypto pridie id. Apr. secunda -a XIV luna immolaverunt pascha *Iudaei. ibid. bis.* HILARIAN. pasch. 15 passus est ... Christus luna XIV, VIII Kal. Apr. -a sexta (*sim.* COMPVT. cod. Col. p. 230 COMPVT. Carth. 1, 2 PROTER. Leo M. epist. 133, 2). VICTOR. pasch. chron. I p. 682, 10 Kal. Ianuariis tertia -a ... VIII Kal. Apr. -a secunda. p. 683, 1. 686 *sqq. in tabula ad primos anni dies pertinente haec subest formula*: anno ... c(on)s(u)l(ibus). Kal. Ian. d(ie) *tŏta* -a lun(a) *tŏta* pascha ... lun(a) *tŏta* (*sim.* p. 741 *sqq.*). THEOPHIL. ALEX. praef. 4 salvator quarta decima luna traditus est, hoc est V -a (*τῇ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου*). COMPVT. cod. Col. p. 230 fuit in principio creaturae VIII kl. ap. XIV luna vel XV, minuta V, f(eria) quarta *eqs.* **b** *nota c. gen.* septimanae: PROTER. Leo M. epist. 133, 4 cum ... XIV luna paschalis parmuthi XXIII die, qui est XIII kl. Mai., occurrerit III -a septimanae.

fere i. q. dies: COMPVT. Carth. 1, 6 facit tibi unum assem bissextum, hoc est quater quadrantes as; haec est -a una. *cf.* SCHOL. Arat. p. 288, 13 tertia -a ... quinta (*Arat. 767 τρίτον ἦμαρ ... πέμπτον*).

syn. et iuxta posita: ad I A: CIC. Planc. 66 ludis (*cf. infra l. 73 et 76*). leg. 2, 29 festorum ... dierum (PLIN. nat. 18, 284). 2, 47 sacris ... votis ... sepulcris. 2, 50 caerimonias. 2, 57 piaculum. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 39 loedi ... sellisternia. LIV. 40, 19, 5 supplicatio (41, 21, 11. 42, 20, 6 FAST. ann. Iul. Amitern. *et* Arv. Sept. 3 [Corp. I² p. 215 *et* 245]). MACR. sat. 1, 16, 3 sacrificia epulae ludi. *ad I B: v. p. 504, 26.*

derivata: ferialis, feriari.

fēriālis, -e *a* feria. *adiect. non nisi in prava versione vocabuli q. e. ἐναργέστατον (cf. p. 502, 41 sq.)*: SCHOL. Arat. p. 189 dies -es. *n. sing. subst.* **fēriāle,** -is *i. q. index feriarum*: CORP. X 3792 (*a. 387*) administrante Romano iun(iore) sacerdote -e domnorum sic: (*sequuntur dies feriati varii*). *cf. Mommsen, Ges. Schr. 8, 16.*

fēriāticus, -a, -um [a feriatus, feriari. *Th.*]. *i. q. feriatus* (*sub* feriari *B p. 517, 55 sqq.*): VLP. dig. 2, 12, 2 praetorem adiri etiam -is

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diebus (*sic E*, feriatis *PU*). LEX Burg. Rom. 11, 6 fiscalia ... negotia dici etiam -is (feriatis *pars codd.*) diebus licebit. *subst.* fēriātica, -ōrum *n. i. q. munera feriis missa*: FERRAND. canon. 185 ut nullus a Iudaeis vel haereticis -a accipiat (= *Conc. Laod. 37 τὰ πεμπόμενα ἑορταστικά*. CANON. Migne 67, 168^{D} ea, quae mittuntur munera festiva).

fēriātus, -a, -um, *quod dubites utrum adiectivum sit derivatum a* feria, *an part. perf. pro adiectivo derivatum a* feriari, *v. sub* ferior.

GLOSS. II 328, 29 **fericula** *θηράφιον* [*a* fera *deminutive. Th.*]. *cf.* besticula *vol. II p. 1941, 22.*

GLOSS. V 600, 1 **feriferus** furens. GLOSS. lib. gloss. -ae ferae furentes. [*iteratione adiectivi* ferus *factum esse censet Niedermann, Mélanges linguist. offerts à A. Meillet 110. alii ad exemplum vocabulorum* equifer caprifer ovifer *vel* semifer(us) *formatum esse putant. Th.*]

fremitum dictum velut **ferimentum** PAVL. FEST. p. 10.

ferinunt *v.* ferio.

ferinus, -a, -um [*a* fera. *Th.*]. PRISC. gramm. II 79, 16 ferus vel fera -us. GLOSS. -a *ἀγριαῖον*. -um hold (*anglosax. i. cadaver*); *cf.* GLOSS. IV 475, 4 agrestis -a. V 263, 49 agrestes -ae.

I ***proprie*** *de feris*: **A** *pro genetivo subiectivo*: **1** *i. q. ad ferarum corpus pertinens, e ferarum corpore natus*: **a** *adiectivum*: LVCR. 5, 1418 pellis ... cecidit vestis contempta -a⟨e⟩ (TAC. ann. 2, 13 pelle. IVST. 2, 2, 9). SALL. Iug. 18, 1 caro (89, 7 LIV. 35, 49, 7 MELA 1, 41 PLIN. nat. 6, 161 PANEG. 9 [12], 24, 2 AMM. 14, 4, 6 CLAVD. DON. Aen. 1, 214 APIC. 8, 332). VERG. Aen. 11, 571 equae ... lacte (OV. trist. 3, 11, 3 fast. 3, 53 VAL. FL. 2, 157 *equorum*). OV. am. 3, 10, 26 terga. met. 2, 523 *ursae* vultus (7, 270 APVL. flor. 3 p. 11). met. 11, 3 velleribus. trist. 5, 12, 55 vocis. fast. 5, 466 *lupae* ubera (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272^{B} *bubali*). GRATT. 74 vires. 91 habitu. 223 vapore. APVL. met. 4, 2 praecordia *asini*. 4, 14 *ursarum* semivivorum corporum -a naufragia. 6, 31 ut ... corpus puellae *asino insutae* nexu -o coherceat *asinus vacuefactus*. 11, 13 facies *asini*. TERT. apol. 9 qui de arena -is obsoniis cenant. AVIEN. Arat. 254 effigiem *ursae*. PS. RVFIN. in Os. 13, 7/8 nec dedignatur *dominus* commonitionem tuam -is imaginibus explicare. PRVD. cath. 7, 122 *ceti* gutture (ENNOD. carm. 1, 11, 12). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 202 morsibus. CYPR. GALL. gen. 341 dente. CARM. de Iona 100 *ceti* anima. MACR. somn. 1, 9, 5 *anima* corporis ambit habitaculum non humani tantum modo, sed -i quoque electo genere. MART. CAP. 4, 352 animalia. SIDON. epist. 7, 14, 8 substantiam. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25 felle. ENNOD. carm. 2, 125 generis *asinorum*. CASSIOD. in psalm. 106, 24 *ceti* ventris (129, 1).
de signis caelestibus: FIRM. math. 6, 15, 7 Mars aut Saturnus in -o signo constitutus (6, 15, 21. 6, 29, 11. 7, 7, 1 -is signis ... id est in Tauro ⟨aut⟩ in Cancro aut in Scorpione aut in Capricorno aut in Piscibus). *nota*: OV. met. 15, 457 inque -as possumus ire domos *i. corpora* (*cf. supra l. 37*). *fere i. q. ferus*: APVL. met. 7, 16 hospites -is equis *Diomedis* ... lacerandos. *nota structuram*: APVL. met. 2, 5 *Actaeon* iam in cervum -us.

b *substantivum*: *fem. sing. i. caro -a*: VERG. Aen. 1, 215 *Aeneadae* implentur veteris Bacchi pinguisque -ae (AVSON. 352, 5). COLVM. 10 praef. 1 largior ... pauperibus fuit usus epularum lactis copia -aeque ac domesticarum pecudum carne. PLIN. nat. 13, 43 pomum ... a ceteris generibus distans sapore quodam -ae. VAL. FL. 3, 569 captaque dapes *Hylan* auxisse -a. *neutr. plur. i. res -ae*: APVL. met. 11, 1 res ... humanas ipsius *Lunae* regi providentia nec tantum pecuina et -a.

2 *i. q. e ferarum corpore factus*: VAL. FL. 6, 379 regina ... partem capitis galeaeque -ae dissipat. SIL. 8, 493 capiti ... cudone -o ... cautum.

3 *de ferarum consuetudinibus, vita*: APVL. met. 7, 21 illicitas atque incognitas temptat libidines et -as voluptates *asinus*. apol. 12 *Venerem* non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et -is ad libidinem imperitare. SERV. Aen. 7, 19 *Circe* homines in -am vitam ab humana deducebat. PRVD. c. Symm. 1, 80 rusticitas ... pecudes inter ritusque -os dedere sueta animum. PAVL. NOL. carm. 20, 416 nec procul ex oculis hominum de more -o se rapit *vitula*. PS. RVFIN. in Os. 2, 18/20 ut nec arvorum fruges saevities -a populetur. *cf.* APVL. met. 11, 2 regina caeli ... quae ... glandis -o remoto pabulo ... glebam percolis (TERT. nat. 1, 2).

B *pro genetivo obiectivo*: *i. q. feris illatus*: OV. met. 7, 675 sum nemorum studiosus ... caedisque -ae (7, 808). GRATT. 13 trepidam bello vitam ... -o. 113 ne cessaret iners in vulnere massa -o. PERVIG. Ven. 39 ut nemus sit incruentum de -is stragibus. FIRM. math. 7, 7 tit. de -is (*i. sub ferarum signo*) et de quadrupedibus genituris.

II ***translate*** *de hominum moribus, vita* (*nonnulla prope accedunt ad notionem propriam, velut infra l. 82*): SEN. clem. 1, 25, 1 crudelitas minime humanum malum est indignumque tam miti animo; -a ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus et abiecto homine in silvestre animal transire. GELL. 5, 14, 26 (*Androclus servus loquitur*) ubi me ... vitae illius -ae (*sc. cum leone*) iam pertaesum est (AMM. 26, 6, 4). 19, 2, 3 in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his -is voluptatibus (*gustus atque tactus*) praevinctus (COMM. instr. 2, 10, 9 gentem ... -a vita viventem. AVG. lib. arb. 1, 8, 18). APVL. met. 4, 21 *Thrasyleon* morsibus laceratus ferroque laniatus obnixo mugitu et -o fremitu ... casum ... tolerans (*cf.* 8, 8 *uxor Tlepolemi* -os mugitus iterans). 6, 30 *latrones* cenam ... -is invadunt animis (NOVATIAN. trin. 3 p. 891^{C} -os nostros animos ... ad lenitatem *deus* trahere volens. LVCIF. Athan. 2, 13 tu, belua, membra et corpus tantum habens hominis, animum vero -um. moriend. 3 p. 290. *cf.* AVIEN. orb. terr. 920 Massagetae ... animam traxere -am). APVL. met. 8, 16 clunibus meis ⟨ab⟩ aggressionibus -is *pastorum* consulebam. apol. 3 *adversarii* -ae solent linguae suae virus alieno dolori locare. TERT. cult. fem. 2, 5 haec ... non in crudam ... et -am habitudinem insinuanda vobis suggeruntur. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 107 homines ... pugnas habuisse primo -o ritu, dein paulatim ad arma processisse (AMM. 31, 2, 18 RVFIN. hist. 1, 2, 19 PAVL. NOL. carm. 10, 219). PS. CYPR. ad Novat. 1 Novatianum -a sua crudelitate ... oves (*i. vere Christianos*) ... laniare. COMM. instr. 1, 34, 5 noli pecus esse -um. apol. 17 multi ... more -o quaerunt, quod rapiant (PRVD. c. Symm. 1, 459 AVG. serm. ed. Mai 46, 2 MART. CAP. 1, 23 PHYSIOGN. 72 p. 91 PAVL. MED. bened. 4, 2 POMER. 3, 22). IVL. VAL. 2, 30 -am hostium rabiem (AMBR. in psalm. 47, 22). LVCIF. moriend. 14 immanitatis (AMBR. hex. 6, 3, 15). AMM. 15, 3, 3 honorum vertices ipsos -is morsibus appetentes. 28, 1, 12 efflantem -o rictu crudelitatem. 28, 1, 38 spiritus -i latronem. AMBR. Noe 16, 57 insipientis anima -os acuit motus (RVFIN. Basil. hom. 2, 7). RVFIN. hist 5, 1, 20 -am in quaestione saevitiam *ministrorum daemonum*. Orig. in num. 25, 3 Evin ... beluinus vel -us interpretatur. PRVD. perist. 10, 810 gula. PAVL. NOL. carm. 26, 308 sensus. 28, 246 velut ore -o saeva vorant animam. PAVL. MED. adv. Cael. 5 ne amplius -is dentibus grex domini secetur in partes. SIDON. epist. 9, 9, 7 gestu -o, veluti si ... tigris *eqs.* GREG. M. epist. 4, 29 *paganos* -o degentes modo. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^{D} sensus ipsius in -os ... clamores converterat daemon.
nota c. abl.: SIDON. epist. 3, 13, 6 praetendit os labris plumbeum, rictu -um.

syn.: *ad I*: pecuinus (APVL. met. 11, 1 apol. 12), agrestis (FIRM. math. 6, 29, 11). *ad II*: crudus (TERT. cult. fem. 2, 5), beluinus (RVFIN. hist. 1, 2, 19 Orig. in num. 25, 3 AVG. serm. ed. Mai 46, 2).
opp.: *ad I*: mansuetus (LIV. 35, 49, 8), domesticus (COLVM. 10 praef. 1), humanus (TERT. nat. 2 SERV. Aen. 7, 19 MACR. somn. 1, 9, 5 MART. CAP. 4, 352).

Aen. 12, 295 graviter (SEN. dial. 4, 35, 1). OV. Ib. 481 levius. SEN. contr. 7, 5 (20), 9 fortius (9, 2, 3 TAC. ann. 15, 67 *al.*). *ad IA 3*: SEN. nat. 1, 2, 11 non pugnaciter nec aspere. 2, 12, 5 latius. *ad IB 2*: CIC. Tusc. 3, 52 vehementius. 3, 55 gravius. SEN. Phaedr. 1125 levius. epist. 94, 43 efficaciter. 108, 11 magis.

oppositа (selecta): *ad IA 1*: CIC. de orat. 3, 200 vitare (HOR. sat. 2, 7, 99). *ad IA 2*: TAC. hist. 4, 29 declinare.

comp.: referio. [*deriv. ap.* ISID. orig. 8, 11, 95 Furia. *v. p. 515, 22.*]

fērior, -ātus sum, -ārī [*a* feria. *Th.*]. *de formis: legitur* -atus *inde a* PLAVTO. *ceterae formae*: -atur: AMBR. off. 3, 1, 7 Iob 1, 7, 23 AVG. conf. 8, 10, 24 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366^{D}. -ba(n)-tur: AMBR. epist. 72, 11 HEGES. 2, 15, 4. 3, 21, 1. 5, 18, 2. 5, 24, 2 MACR. somn. 1, 7, 6 VICT. VIT. 1, 26 -retur: HEGES. 5, 1, 2. -emur: LEO M. epist. 138. -ari: MACR. sat. 1, 2, 1 FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 15, 3 ENNOD. opusc. 2, 59 p. 306, 8 MIRAC. Theclae 2 p. 171, 4. -andum esse: AMBR. in Luc. 5, 39. -urus: SIDON. epist. 9, 11, 7. ferio: GLOSS. II 244, 3. III 123, 45. fĕr-: CYPR. GALL. exod. 28.

I fēriātus, -a, -um *potius pro adiectivo, quam pro participio accipiendum.* GLOSS. -atus sum *ἀργῶ*. ati sumus *ἀργοῦμεν*. -ati sunt *ἀργοῦσι* (*cf. p. 518, 56*). **A** *sensu strictiore*: **1** *de hominibus i. q. diebus festis ferias agens, propter ferias a laboribus, negotiis vacans* (*nusquam, ut videtur, sensu praeteriti*): VARRO ling. 6, 13 qui *homines* Furnacalibus suis non fuerunt -i. 6, 17 tibicines tum, cum *Quinquatrus celebrantur*, -i vagantur per urbem. 6, 20 *Vinalibus* sunt -i holitores. CIC. rep. 1, 20 -i sumus (*sc. feriis Latinis.* 6, 8 tertium diem iam -i sumus). FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 6 (Corp. I^{2} p. 233) ⟨p⟩opulus coronatus -us ⟨agit⟩. HOR. carm. 4, 6, 14 male (*cf. l. 73*) -os Troas (HYG. fab. 108 p. 98, 5). FEST. p. 194 iis diebus (*O. Müller*, eius dies *codd.*) -os liberos servosque. FRONTO p. 226, 24 N. Numa ... cenarum libator, feriarum promulgator. saturatum et -um dico. GELL. 10, 15, 15 *flamen* Dialis cotidie feria[ta]tus est (MACR. sat. 1, 16, 8 flaminica quotiens tonitrua audisset, -a erat, donec placasset deos). PORPH. Hor. carm. 3, 18, 15/16 cum *agrestes* festo Fauni -i ludant. SCHOL. Hor. ars 224 (functus ... sacris *spectator*:) aut observantia et sacris aut -us et omnia neglegenter accipiens (*vix sana; v. adn. crit.*). AMBR. fug. saec. 6, 32 *qui fugit sacculum* fugiat non quasi -us in sabbato. VVLG. II Macc. 5, 25 -is Iudaeis *sabbato* (*ἀργοῦντας*). AVG. civ. 6, 7 p. 259 D. aedituus otiosus atque -us. **2** *de tempore, fere i. q. festus*: dies (*cf.* NON. p. 426 festum ... sollemniter lactum et -um [*ad* VERG. Aen. 6, 70 festosque dies]. MACR. sat. 1, 11, 50 dies, quos tantum -os facit esse, non festos omnes. 1, 14, 11 si cui dies fere tertius ab Idibus festus aut -us ... dicebatur. GLOSS. -us sanctus vel requies. *prave* ISID. orig. 5, 30, 12 festos dies hominum causa institutos, -os divinorum sacrorum. [*raetor.* firó '*-us dies*'. *M.-L.*]): VARRO Serv. georg. 1, 275 antiquos nundinas -is diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbes rustici commearent. FEST. p. 171 (feriarum *cod.*). SEN. contr. 10, 4, 8 -is ... ac sollemnibus et in hilaritates dicatis. SEN. dial. 1, 2, 5 PETRON. 46, 6 PLIN. nat. 18, 40 *opp.* profestis. PLIN. epist. 3, 14, 6. 10, 8, 3 GELL. 13, 22, 1 AVG. serm. 259, 6 SVLP. SEV. dial. 3, 10, 3 MACR. sat. 1, 15, 21 CONC. Matisc. a. 583 p. 157 GREG. M. moral. 35, 16 HIST. Apoll. 31. ISID. nat. 1, 4 -i dies, in quibus res divina fit et abstinere homines a litibus oportet (PORPH. Hor. carm. 3, 14, 11). tempus: MACR. sat. 1, 1, 1 *Saturnaliorum. nota*: HEGES. 1, 1, 7 annus ... septimus *Iudaeorum.*

B *sensu latiore: i. q. cessans ab opere, labore, quiescens, otiosus, deses (sensu praeteriti, ut videtur, infra l. 70); saepe c. praep.* ab. *interdum (coniunctum c.* ab, *c. abl. p. 518, 40) fere i. q. liber, vacans, non vexatus.* GLOSS. -is quietis, securis vel restendum (*anglosax. i. pausantibus, quiescentibus*). *cf. etiam* NON. p. 33 (*ad* VERG. georg. 4, 168 ignavum fucos pecus) ignavum et segne: torpidum, -um et sine igne.

1 *de hominibus*: NOVIVS Atell. tit. (Ribbeck, Com. frg.^{3} *p. 313 sq.*) fullones -i (*an ad IA? cf. supra l. 25*). VARRO rust. 1, 16, 4 ne ... familia ... profestis diebus ambulet -a potius, quam opere faciendo agrum fructuosiorem reddat. CIC. de orat. 3, 58 *veteres* a negotiis ... exclusi aut voluntate sua -i totos alii se ad poetas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt. nat. deor. 1, 102 deum *Epicurei* ... -um .. cessatione torpere. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 2 *filium Ciceronis* in Asia -um ... ab eis studiis ... futurum. VERG. catal. 13, 20 non me vocabis pulchra per Cotyttia ad -os fascinos ('*die lange ausgesetzt oder geruht haben*' *Birt*). STAT silv. 1, 6, 2 Musae procul ite -ae. MART. 3, 47, 13 nec -us ibat ante carrucam ... cursor. GELL 10, 22, 24 homines ... male (*cf. supra l. 28*) -i, quos philosophos esse vulgus putat. PORPH. Hor. carm. 3, 17, 13/16 -i sunt *hieme rustici.* PERVIG. Ven. 30 esse Amorem -um si sagittas exuit (31 posuit arma, -us est Amor). PRISCILL. tract. 5 p. 68, 9 ab omnibus mundi actibus -i nihil debeatis saeculo. SYMM. epist 2, 32, 1 ego ab negotiis omnibus -us triste otium fero. AMBR. Iac. 1, 8, 39 in qua somni quiete non (*om. pars codd., fort. recte*) -us *est*, quem etiam quiescentem virtus propria non relinquit? *ibid.* quando ... -us videri potest, cuius mens semper operatur? 2, 11, 52 (*mater ad filium*) ut ... in te requiescam septimo, tamquam a saeculi operibus iam -a. obit. Theod. 30 -us his saeculi curis Theodosius se ereptum gaudet. HEGES. 4, 19 nec -i erant Hierosolymitani a suorum sensu periculorum. AVG. conf. 2, 3, 6 -us ab omni schola ... esse coepi. 6, 3, 3 ab strepitu causarum alienarum. civ. 4, 15 p. 165 D. etiam -o Iove crevit imperium *Romanorum.* MACR. somn. 1, 20, 13 si quis umquam tam otiosus tamque ab omni erit serio -us. MART. CAP. 1, 35 Cyllenius ... velut maritali vacatione -us. CYPR. GALL. exod. 28 quo mage tristi laborum sub fasce fuit, hoc cuncta iuventus fortior emicuit, veluti -a maneret. OROS. hist. 5, 10, 4 Aristonicum recenti victoria -um. 6, 17, 4 -is inimicis. MAX. TAVR. serm. 93 *cf. infra l. 67.* ENNOD. opusc. 1, 54 p. 276, 4 vivis -us (*i. pacem observans*). CASSIOD. in psalm. 61, 1 *credulum* nimia prosperitate -um et quasi in quadam quietis suae otiosum esse laetitia. nec -um *esse*, quominus: AMBR. off. 2, 10, 54 Ioseph ... nec in carcere -us erat, quominus de rebus incertis consuleretur. *sequitur* ad (*cf infra l. 53*): HIPPOCR. aer. (Hermes 40, 254) ad ... exercendum corpus -i sunt.

2 *de rebus*: PLAVT. Mil. 7 quia *machaeram* iam pridem -am gestitem. SEN. dial. 5, 29, 1 a servitute urbana et -a translatus ad durum opus. PLIN. epist. 7, 3, 2 quousque ... toga -a, liber totus dies? FRONTO p. 223, 4 N. ferias apud Alsium quam -as egerimus. p. 225, 14 mare ... ubi alcedonia sint, fieri -um. PAPIN. dig. 48, 5, 12, 6 sexaginta dies, qui marito accusanti utiles computantur, -is quoque diebus ... numerari (*sic saepe apud* ICTOS, *ut* VLP. dig. 2, 12, 6. 9. 4, 8, 36 PAVL. dig. 2, 5, 2, 1 sent. 2, 25, 3 MOD. dig. 48, 1, 12, 1 COD. Theod. 2, 8, 22. *cf.* APVL. met. 9, 11 diem primum ... -um dedit *dominus.* VAL. CEM. hom. 19, 2 quos sibi agricolae vindicant -os dies. GLOSS. dies -i *ἄπρακτοι ἡμέραι. sim.*: COD. Iust. 3, 12, 4 [*a. 369*] publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam -is geminis mensibus [*sc. messis et vindemiae*] ... discingat). PANEG. 12 (2), 40, 1 otioso -oque ferro (MART. CAP. 9, 917 *Cupidinis* arcu [actu *BR*]. ENNOD. opusc. 10, 7 mucrone. GLOSS. -a arma: sopitis bellis recondita). CYPR. ad Donat. 16 -a nunc quies ... est. PERVIG. Ven. 42 -is noctibus (*AB*, -antis *Scriverius*, -os *Pithoeus*). OPTAT. 5, 8 p. 137 virtus filii dei -a cessaret. SYMM. epist. 1, 53, 1 tempora ... ab negotiis publicis -a (3, 2). 9, 123 dolorem (*i. inanem, irritum*). 10, 1, 2 solent ... qui medicinam callent, cum ... fiunt artis emeriti, proximis imperare et ... -a manu curationem iuvare praeceptis (PRVD. perist. 9, 40 manus ... magistri -as. ENNOD. opusc. 1, 85 p. 284, 19 -is manibus. dict. 16, 8 p. 476, 14). FVLG. myth. praef. p. 3, 14 ut -as ... tuarum aurium sedes ... susurro permulceam (p. 10, 17. *cf.* AMBR. in psalm. 61, 1 -is praeterire auribus desiderii communis iudicium; *syn.* otiosos esse). Virg. cont. p. 94, 1 pueritia ... iam timore nutritorum -a. p. 94, 16 -us animus a paterno iudicio (ENNOD. epist. 2, 15 p 56, 19 a gratia). p. 101, 20 Elisium ingreditur campum ... id est -am vitam post magistrianum timorem. AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 15 otio. hex. 5, 1, 1 vacabat aqua et a divinae operationis -a beneficio videbatur (*sc. piscibus nondum creatis*). HEGES. 5, 27 l. 39 animis. PRVD. perist. 6, 156 freta (*i. tranquilla*). cath. 6, 27 pectus. MART. CAP. 1, 15 quae (*fortuna*) ab omni immunis incursu cunctoque esset gurgite -a. AVELL. p. 511, 1 -o ore splendorem bonae voluntatis enuntiat, qui *eqs.* (ENNOD. epist. 3, 2 p. 73, 3. 4, 11, 1 p. 106, 9 *al.*). ENNOD. epist. 2, 1, 1 p. 38, 11 -a (*i. tranquilla*) sint verba plangentis. 3, 32, 1 p. 94, 16 -is penetralibus *cordis* amor totus in lingua est. dict. 10, 13 p. 458, 15 quisquis ... -a lingua successus meliores suscipit. CASSIOD. var. 6, 24, 1 ut vivatis legibus -is. 9, 19, 1 -um quiescit principis ingenium. *sequitur* ad (*cf. supra l. 13*): AVG. conf. 8, 6, 13 *animum* liberum et quam multis posset horis -um ad quaerendum aliquid vel legendum *eqs.*

II ***ceterae formae:*** GLOSS. -o *ἀργῶ*; *ἀργεύω*. **A** *sensu strictiore i. q. ferias agere, (diem festum) concelebrare*: MACR. sat. 1, 2, 1 scio te non ludo, sed serio -ari. 1, 7, 7 vitaremus torporem -andi. LEO M. epist. 138 ut ... una sollemnitate -emur (*sc. pascha*). *c. obiecto*: MIRAC. Theclae 2 *Theclae* -ari ... diem festivum.

B *sensu latiore i. q. cessare ab opere, negotio, quiescere* (*fere c.* a, ab): **1** *de hominibus*: AMBR. off. 3, 1, 7 quando -atur a negotio, qui numquam -atur a merito. in Luc. 5, 39 sabbato ... a bonis operibus -andum esse. HEGES. 1, 11, 2 a domesticis proeliis. 2, 15, 4 Iudaei non -bantur proeliantes. 3, 21, 1 a consortio cladis. 5, 1, 2 quamvis nequaquam -retur, sed repugnaret. 5, 1, 3 a commisso sibi munere. MACR. somn. 1, 7, 6 ab armis. MAX. TAVR. serm. 93 *ut homo* non tam -retur a publicis actibus, quam -atus esset a facinoribus peccatorum. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 15 ab opere (*cf.* VICT. VIT. 1, 26 ab opere ... misericordiae). **2** *de bestia*: AMBR. hex. 5, 23, 82 *lucusta* innoxio primum -atur habitaculo. **3** *de rebus*: AMBR. Noe 23, 83 *mens* non quasi consummato opere -etur, sed in alia recurrat opera (ENNOD. opusc. 2, 59 p. 306, 8 a detestabili proposito). Iob 1, 7, 23 nec umquam a motibus procellarum miserandisque naufragiis -atur *caro nostra.* epist. 72, 11 nec ipsum circumcisionis signaculum et species -batur. HEGES. 5, 18, 2 nec ab hoste ... quae coacervarentur exitia -bantur (*fere i. q. decerant*). 5, 24, 2 desuetisque edendi officiis ministerium (*sc. edendi*) -batur. AVG. conf. 8, 10, 24 donec eligatur unum, quo -atur tota voluntas una. SIDON. epist. 9, 11, 7 animus tandem -urus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14. 366^{D} auditus obstruitur et quasi quodam ostio auribus imposito a sua naturali operatione -atur.

ex adi. coniunctis notandum otiosus: *ad IA*: AVG. civ. 6, 7 p. 259 D. *ad IIA*: MACR. somn. 1, 20, 3 PANEG. 12 (2), 40, 1.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opp.: *ad I A*: Plin. nat. 18, 40 profestus. *ad II A*: Ambr. fug. saec. 6, 32 operarius.

ferisoma *v.* farcimen *p. 279, 41—44.*

1. ˣferitās, -ātis *f. a* ferus (Gloss. II 580, 2). feretas: Greg. Tvr. Franc. praef. 1 Ps. Ven. Fort. vita Remed. 3, 10. *plur. tantum*: Ivl. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 38 Petr. Chrys. serm. 23 p. 263ᴮ. *de notione*: Gloss. ἀγριότης. ferocitas. Isid. diff. 1, 213 inter ferocitatem et -em: ...-s dirus animi habitus. [*dub.*: Cic. carm. frg. 33, 17 *v. s.* efferitas. Cvlex 300.]

I *de feris*: **A** *i. q. natura ferae agrestis vel silvestris, latiore sensu i. q. impetus, rabies, vehementia ferarum*: **1** *generatim*: Cic. off. 3, 32 ista in figura hominis (*sc. tyranni*) -s et immanitas beluae a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est. Ov. fast. 4, 103 deposita sequitur taurus -e iuvencam (Lact. epit. 67 [72], 5 [15] bestiae deposita -e mansuescant. Firm. math. 8, 17, 6 qui ursos vel tauros vel leones deposita -e humanis conversationibus socient). 4, 217 -s *leonum* mollita per *Cybelen*. trist. 4, 6, 6 nec -s animo, quae fuit ante, manet *leonibus*. Pont. 1, 3, 42 assueta leones — nec -s illos impedit — antra petunt. Liv. 38, 17, 15 beluas ... recens captas -em ... silvestrem primo servare. Manil. 2, 616 illis (*Leonis et Centauri*) est -s signis (2, 621). Sen. contr. 10, 4, 9 lupa oblita -is (Tert. anim. 24. *cf.* Sol. 27, 59 dociles ad -is oblivionem *sphinges*). Sen. Oed. 151 nulla villosis -s in ursis. dial. 3, 1, 5 ut *omnium animalium* tota corpora ... -em suam exasperent. 3, 1, 6 nullum est animal tam horrendum ... ut non appareat in illo ... novae -is accessio. 3, 3, 4 impetus habent ferae, rabiem, -em, incursum. benef. 1, 2, 5 elefantorum (*opp.* obsequium). epist. 74, 21 -sque et inconsultus impetus *feras* praestat indomitas. 85, 8 tigres leonesque numquam -em exuunt. rem. fort. 7, 2 ut *canes* non pro -e, sed pro consuetudine latrent. Colvm. 6, 37, 4 ubi asina et onagro natus admittitur equae, per gradus infracta -e. 7, 2, 5 per nepotum gradus mitigata -e (Plin. nat. 24, 167). Mela 2, 112 multis famigerata fabulis *Crete insula* ... Minotauri -e fatoque. Plin. nat. 8, 54 torpescente ... -e *leonum*. 8, 55. 69 *camelopardalis* aspectu magis quam -e conspicua. 8, 74 *tauri silvestres* foveis capti -e semper intereunt. 8, 186 redire beluae (*crocodilo*) -em. 11, 111. Stat. Theb. 10, 823 (*de tigri*) sedit rabidi -sque famesque oris. Mart. epigr. 18, 6 postquam inter nos est tigris, plus -is habet. 2, 75, 3 *leo* dedidicit pacem subito -e reversa. Gaivs inst. 2, 15. Vlp. dig. 3, 1, 1, 6 bestias ... accipere debemus ex -e magis quam ex animalis genere. 9, 1, 1, 4 commota -e nocuit quadrupes. 9, 1, 1, 10 in bestiis ... propter naturalem -em haec actio locum non habet. Apvl. met. 8, 4 ⟨si⟩ quid in capreis -is est. 8, 5 incendio -is ardescens *aper*. Sol. 15, 11 ex primis conceptibus *tigridum* ob nimiam -em inutiles partus iudicant. Amm. 30, 5, 19 equus innata -e concitus. *al. passim.*

2 *speciatim notabilia*: *c. gen. bestiae fere pro ipsis feris, velut*: Plin. nat. 7, 5 leonum -s inter se non dimicat. Tert. scorp. 8 *Danielum* conclusa et usitata -s leonum devorasset. Ivl. Val. 3, 1 infestis omnibus locis -e bestiarum. Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 10 leonum -s mansuefacta bovi coniungitur. Hier. in Am. 1, 1 p. 225 *in eremi vastitate* versatur leonum -s. Svlp. Sev. dial. 1, 25 anachoretis -s bestiarum victa succubuit. Greg. Tvr. Franc. 2, 34 cervorum atque luporum -s portas ingressa per totam urbem ... oberrabat. Ps. Ven. Fort. vita Remed. 3, 10 mansuescebat -s avium in operatione virtutum. Pallad. hist. mon. I 53 bestiarum -e discerptus est (ἐβλήθη θηρίοις). *c. gen.* animi: Firm. err. 9, 2 leonem ... in agrestis animi -e pudicitiae servare virtutem. *nota abundantiam*: Rvfin. Orig. in gen. 2, 3 quorum *animalium* -is saevitiam nec fidei dulcedo mollivit.

B *metonymice fere i. q. fera, bestia*: Plin. nat. 8, 66 in navem regresso *raptore* irrita -s saevit in litore. Mart. 5, 31, 5 (*de bovibus, quibus insultat turba*) -s immota riget: non esset harena tutior. Clavd. Don. Aen. 9, 566 lepus ... et cycnus *sunt* semper praedae subiecti et quos semper -s tanta (*sc. aquilae et lupi*) despiciat. Alc. Avit. carm. 3, 244 cumque canes ... perlambant *pauperis* ulcera ... et fesso -s medicabilis assit. Drac. Romul. 8, 579 cum ... elusa -s (*i. fera tigris*) pietate nocentis raptoris sectatur iter. *fort. sensu collectivo*: Cvlex 311 Ida potens (patens *al.*, *prob. Leo*) -is (*cf. Hom. Il. 8, 47* Ἴδην ... μητέρα θηρῶν) ... faces altrix cupidis (-us *fere libri*) praebebat alumnis (*sc. ad amburendas classes Graiorum; sed conferas ea, quae adnotavit Leo in commentario, coniungi iubens*: -is *i. saevitiae* ... faces ... cupidas. *alii aliter*).

II *de* ***hominibus:*** *strictiore sensu i. q. vitae, morum consuetudo consimilis moribus ferarum, latiore sensu i. q. vehementia, atrocitas, crudelitas sim.*: **1** *generatim*: Cic. Sest. 91 qui primi virtute et consilio praestanti extiterunt..., homines ex -e (ecf, eff- *pars codd.*) illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt. Tusc. 4, 66 immanitate et -e quadam proponenda castigari *solent invidia et malevolentia*. div. 1, 60 in qua *parte animi* -s quaedam sit atque agrestis immanitas. off. 1, 157 magnitudo animi remota communitate coniunctioneque humana -s sit quaedam et immanitas. Hirt. Gall. 8, 25, 1 *Treverorum* civitas ... cultu et -e non multum a Germanis differebat. Verg. Aen. 11, 568 neque *Metabus* manus -e dedisset; pastorum et solis exegit montibus aevum. Cvlex 303 a navibus ignes Argolicis Phrygios torva -e *Aiacis* repulsos. Ov. met. 1, 198 notus -e Lycaon. 1, 239. 3, 304. 8, 137. 13, 768 *Polyphemi* caedis amor -sque sitisque ... cruoris cessant (Hyg. fab. 125 p. 106, 22). fast. 3, 281 exuitur -s armisque potentius aequum est. trist. 5, 7, 46 saevae plus -is habent *Getae quam lupi*. Pont. 1, 6, 5 non cadit in mores -s inamabilis istos. 4, 10, 23 saevum -e Phyacen. Liv. 34, 20, 2 Lacetanos ... insita -s continebat in armis (*cf.* 38, 48, 11 si possent mitigari *Gallorum animi* a -e insita. Mela 3, 26 Tac. Germ. 43). 38, 17, 13 hominum -e mulcenda. 38, 17, 17 (*de Gallis*) mansuefacta est -s. 38, 37, 3 tolerabilior regia servitus ... quam -s ... barbarorum. 41, 18, 3 hostes -is ingenitae obliti. 44, 26, 12. Sen. contr. 1, 2, 11. 9, 3 (26), 11 durus est pater, crudelis est; nolite credere ex illa -e tam subitam mutationem. Vell. 2, 95, 2 gentes ... -e truces. 2, 118, 1 *Germani* in summa -e versutissimi. *ibid.* quod ... -s ... sua (*sc. Germanorum*) novitate incognitae disciplinae mitesceret. Val. Max. 5, 4 ext. 5 uno ... dicto ... gens *Scytharum* ab omni se -is crimine redemit. 7, 2, 6 illius tractus gentium ... -em a valvis suis reppulit *Masinissa*. 7, 6 ext. 3 cum *gens Calagurritana* omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo -is superarit (*cf.* Lact. inst. 1, 21, 10 *ut homines barbari* immanitatem omnium bestiarum ... -e superarent). 9, 2, 1. 9, 2 ext. 4 Sen. clem. 1, 25, 1. 1, 26, 1 perfidiam ... et impietatem et -em ... in ipsos *tyrannos* exercuerunt. 2, 4, 2 non esse hanc crudelitatem sed -em, cui voluptati[s] saevitia est. benef. 7, 20, 3 quae -em eius (*hominis crudelis*) emolliant (Flor. epit. 2, 11, 4 -s ... Asiatica amoenitate mollita est. *cf.* Arnob. nat. 1, 6 -is mollita est rabies. Avg. serm. ed. Mai 4, 2 ritum ... -is emolliens). dial. 3, 6, 4 procul est ... a sapiente ... inhumana -s. 4, 5, 2 (de *Apollodoro et Phalaride*) haec non est ira, -s est. 4, 15, 4 -e liberae gentes. 5, 17, 1 haec barbaris regibus -s in ira fuit. 7, 3, 4 omnis ... ex infirmitate -s est. 11, 7, 8. Cvrt. 5, 6, 16 per colloquia captivorum paulatim -e mitigata. Mela 3, 18 manent *apud Gallos* vestigia -is iam abolitae. Plin. nat. 6, 133 populi liberae -is. 37, 82. Sil. 1, 148 (*de Hasdrubale*) fructus regni -s erat. 3, 360. 14, 528. Stat. Theb. 3, 703 (*Argia ad patrem*) qua -e dolentis *viri* despiciam questus? 9, 20 -s ... non eget armis. 9, 184 Mart. 9, 70, 7. Ps. Qvint. decl. 4, 13 nescio quae ... prodigiosa -s. 5, 12. 11, 2. 17, 9 culleo, serpentibus expianda -s (*sc. parricidarum*). Ivv. 15, 32. Tac. Germ. 46 mira. hist. 1, 41 -e et saevitia. Svet. Cal. 25, 4 -is, quae illi ... tanta ... erat, ut *eqs.* Flor. epit. 1, 22, 1 inerat *Romanis* quaedam adhuc ex pastoribus -s. 2, 6, 35. 4, 12, 5. 17 Vlp. dig. 7, 1, 15, 3. Tert. spect. 19 saevitiam ... impietatem ... -em. adv. Marc. 4, 39 p. 553 in bello ... ex eadem -e certantes. Comm. apol. 171 genus indocile vitam -is agebat. Paneg. 3 (11), 16, 5 obstinatae ... -is poenas ... solvunt *populi*. 5 (8), 9, 1 viros attonita -e trepidantes. 7 (6), 5, 3 -em ponere. Arnob. nat. 2, 32 -e atque inhumanitate depositis resumant ingenia mitiora. 2, 41 animae mites ... et -is affectibus nesciae commoveri. *al. passim.*

2 *speciatim notabilia*: **a** *c. genet. personae fere pro persona ipsa*: Liv. 28, 33, 2 *pecora rapta ex agris* propelli ad irritandam -em barbarorum. Sen. contr. 1, 2, 11 quid in te audere potuerit -s hostium. Paneg. 4 (9), 18, 3 *Britannia* -e Francorum ... hausta. Ivst. 25, 2, 7 pacem ... non a Gallis tantum, verum etiam a finitimorum -e. Damas. epigr. 18, 6 pulsi -e tyranni (48, 6. *cf.* 43, 2 capti -e tyranni. Prvd. c. Symm. 1, 46 -e tyranni deiectum solio). Amm. 14, 11, 32 substravitque *fortuna* -i Carthaginis Regulum. Hier. epist. 60, 4 Bessorum. Avg. civ. 1, 7 p. 12 D. barbarorum. Sidon. epist. 9, 13, 5 vers. 116 Hibericorum. Greg. Tvr. Franc. praef. cum ... -s gentium saeviret. **b** *c. adiectivis personas significantibus*: Ov. met. 8, 601 paterna. Vell. 2, 106, 2 Germana. 2, 119, 5 hostilis (hostium *P.* Avell. p. 357, 8). Val. Max. 7, 6, 2 Punicam (9, 1 ext. 1). 9, 2 ext. 1 barbaram (Cvrt. 3, 8, 15. Apvl. met. 10, 6 barbaricae. *al. cf. vol. II p. 1732, 66—68 et 1738, 1—2, ubi corrig.* Cod. Theod. 5, 7, 2 *pro* 5, 5, 2). Firm. math. 1, 7, 36 Syllanae. Ivst. 43, 3, 4 Gallicam. Vict. Vit. 3, 44 haeretica. **c** *c. genet. substantivi sedem* -is *significantis*: Liv. 38, 49, 4 animorum (Sen. dial. 5, 3, 2 Ivst. 23, 1, 6 Evstath. Bas. hex. 7, 6 p. 943ᴬ). Val. Max. 3, 3 ext. 2 mentis (Lact. inst. 5, 11, 10). **d** *significatur genetivo actio, cuius -s notatur*: Stat. silv. 5, 5, 23 tanta mihi -s, tanta est insania luctus (-s *vix absolute positum*). Firm. math. 3, 1, 12 agrestis conversationis -e. Schol. Iuv. 6, 158 morum. **e** *coniunctum c. substantivis paene abunder appositis*: Arnob. nat. 1, 6 -is ... rabies. Firm. math. 1, 2, 3 -is crudelitate. 1, 7, 31 -is atrocitate (3, 13, 2. 8, 29, 13 crudeli -is atrocitate). 3, 1, 11 inhumana -is exasperatione. Verec. in cant. 2, 24 saevitiae -em. Isid. Goth. 14 chron. II p. 272 rec. B immanitatis -e.

III *de* ***arboribus et herbis*** *fere i. q. status agrestis, silvestris, expers culturae*: Colvm. 11, 3, 37 *mentae* si forte semina defecerunt, licet de novalibus silvestre mentastrum colligere ... quae res -em detrahit et edomitam reddit. Plin. nat. 14, 124 crapula compesci -em nimiam *mustorum*. 16, 61 cum sit illa arbor *sappinus* nil aliud quam picea -is paulum mitigatae satu. 17, 117 si sativae *plantae vitium* silvestribus inserantur, degenerant in -em.

IV *de* ***locis, terris*** *i. q. status horridus, incultus*: Ov. Pont. 2, 2, 112 eximat ut *Caesar* Scythici me -e loci. Plin. nat. 6, 1 Pontus Euxinus antea ab inhospitali -e Axinus appellatus est (*cf.* Tert. adv. Marc. 1, 1 p. 291 illic [*in Ponto*] nisi -s [veritas *F*] calet). 23, 37 hoc distat orbis medius et mitior plaga circumiectis: quantum illis -s facit roboris, tantum nobis hic sucus (*sc. vini*). Stat. silv. 2, 2, 33

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qua prius . . . -s inamoena viae, nunc ire voluptas. AMM. 17, 12, 12 *Transiugitanorum Quadorumque et Sarmatorum* locorum confiniis et -e iunctissimis.

? V de morbo: NON. p. 46 febris proprietatem a -e (*sic codd. praeter F corr., qui* fervitate, *ut videtur, recte exhibet*) morbi vel mali, ut a calendo calorem vel caldorem, Varro Andabatis aperiendam putat.

syn. et apposita: ad I: habitus (SEN. dial. 3, 1, 5), immanitas (CIC. off. 3, 32), impetus (SEN. dial. 3, 3, 4 epist. 74, 21), rabies (SEN. dial. 3, 3, 4). *ad II*: caedis amor...sitisque cruoris (OV. met. 13, 768), crudelitas (SEN. clem. 2, 4, 2), cultus (HIRT. Gall. 8, 25, 2), foeditas (SEN. dial. 5, 3, 2), immanitas (CIC. Tusc. 4, 66 div. 1, 60 off. 1, 157 PHYSIOGN. 44), impietas (SEN. clem. 1, 26, 1 TERT. spect. 19), inhumanitas (ARNOB. nat. 2, 32), insania (LACT. inst. 5, 11, 7), ira (SEN. dial. 4, 5, 2), libido (ARNOB. nat. 1, 65 SERV. Aen. 6, 131), luxuria (PLIN. nat. 37, 82), perfidia (LIV. 44, 26, 12 SEN. clem. 1, 26, 1 FIRM. math. 1, 2, 5), rabies (LACT. inst. 5, 11, 7), saevitia (TAC. hist. 1, 41 TERT. spect. 19 VLP. dig. 7, 1, 15, 3), stoliditas (PHYSIOGN. 60), vinolentia (PHYSIOGN. 77).

oppos.: ad I: mansuetudo (TERT. anim. 24). *ad II*: humanitas (IVST. 18, 3, 8 HIER. chron. a. Abr. 332). iustitia atque mansuetudo (CIC. Sest. 91).

epitheta: ad I: generosa (DRAC. Romul. 5, 308), pia (DRAC. Romul. 8, 361 satisf. 274), silvestris (LIV. 38, 17, 15). *ad II*: abolita (MELA 3, 18), antiqua (SIL. 14, 528), beluina (RVFIN. Orig. in num. 25, 3), crudelis (FIRM. math. 6, 31, 57. 8, 17, 1. 8, 22, 3 err. 12, 5), cruenta (SVLP. SEV. dial. 3, 4, 1), genuina (FLOR. epit. 2, 11, 4 RVFIN. hist. 4, 7, 14), inamabilis (OV. Pont. 1, 6, 5), immanis (FIRM. math. 1, 2, 3), inexplebilis (VAL. MAX. 9, 2, 1), ingenita (LIV. 41, 18, 3), inhumana (SEN. dial. 3, 6, 4), innata (AMM. 30, 5, 19), insita (LIV. 34, 20, 2), insociabilis (AVG. civ. 19, 12 p. 373 D.), libera (PLIN. nat. 6, 133), nativa (AMM. 17, 13, 23), naturalis (VLP. dig. 7, 1, 15, 3 LACT. inst. 5, 11, 10), obstinata (PANEG. 3 [11], 16, 5), prodigiosa (PS. QVINT. decl. 4, 13 AMM. 29, 1, 10), numquam fida pace quiescens (VAL. MAX. 7, 2, 6), saeva (OV. trist. 5, 7, 46), trux (IVST. 18, 3, 8). *ad IV*: inamoena (STAT. silv. 2, 2, 33), inhospitalis (PLIN. nat. 6, 1).

? **2. feritās,** -ātis *f. cf. c.* frugi-fer *sim.* [*per abusum, de quo olim Helm, Archiv 11 (1900) 71 sqq., nuper Thurneysen, Ind. Forsch. 31 (1912/13) 279. Plasberg.*] *i. q. facultas (fruges) ferendi, fertilitas (?)*: CARM. de Sod. 131 *sqq.* nullus arat frustra piceas fuligine glebas *Sodomae deperditae.* occidit illa prior -s, quam prospiciens Loth discretus patruo dites delegerat agros (132 -s *L P, in quibus codd.* v. 133 *non legitur; extat in V, ubi* v. 132 *pro* -s *legitur* species).

ferito, -āre [*a* ferre. *Th.*]. *fere i. q. ferre*: SOL. 56, 18 *in Canaria* nemora pomifera, palmeta caryotas -antia (*complures codd.* ferentia).

✖**fermē** *adv.* [*sunt qui quasi superlativum adverbii* fere *esse putent, v. Lindsay, the Lat. Language p. 185. sed nescio an* fere *imminutum sit ex* -e, *quod propius accedit ad adiectivum* firmus (*q. v.*), *quocum cf. esse plerisque placet. Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 7, 92 *et* FIN. METR. gramm. VI 237, 12 *v. p. 491, 73 et 83. de prosodia: comprobatur metro* e *finalis longa*: PLAVT. Poen. 862 CIC. Arat. 374 carm. frg. 3, 17 LVCR. 3, 65. 5, 242. 6, 10. 324 IVV. 8, 73. 13, 236 TER. MAVR. 2753; *brevis*: INSCR. christ. Rossi II p. 127, 7, 15. *legitur inde a* NAEVIO. *de* fere *et* -e *v. p. 492, 11 sqq. traditur codd.* firme PLAVT. Persa 451 AFRAN. com. 332 *Noni Harl.*[2] *Leid.*[2] COLVM. 4, 24, 8 GLOSS. IV 76, 38. 411, 36. *de notione*: GLOSS. σχεδόν. prope. fere, circiter. plus minus. propter. aliquotiens vel plus minus vel paene *cf.* SCHOL. Ter. p. 139, 12 (*ad* Phorm. 913) -e id est prope vel certe. [*dub.*: PLAVT. Trin. 335 *v. p. 252, 83.* GELL. 14, 2, 5 virum . . . -e bonum *eqs.* (*sic codd.*, firme *corr. edd.*). *utroque loco Handius, Tursell. 2, 692 notionem agnoscere sibi visus est velut 'firmiter, admodum, perquam, valde, penitus', exempla adiungens alia (cf. etiam ibid. p. 696 sq.), quorum nullum probatur.*]

I *ad unam vocem pertinens, i. q.* **prope, propemodum, fere:**

A *additur vocibus, quae magis rationem vel modum quam multitudinem significant*:

1 *pronominibus demonstrativis*:

idem: TER. Phorm. 913 -e eadem omnia (PLIN. nat. 7, 76 eadem -e omnia). CIC. Tim. 42 eodem modo -e. LVCR. 5, 242 haec eadem -e. LIV. 8, 18, 4 eodem . . . -e . . . eventu. 10, 7, 2 eadem -e (21, 20, 7. 23, 21, 4). 10, 19, 5 eandem -e sententiam (GELL. 13, 8, 4). 10, 23, 9 eodem -e ritu. 22, 44, 1. 23, 30, 6 isdem -e diebus (27, 4, 12. 27, 15, 2. 28, 7, 4. 29, 5, 2. 33, 3, 6. 33, 18, 22 per eosdem dies -e. CVRT. 4, 5, 1. TAC. ann. 1, 31). 25, 9, 5 eadem -e hora. 29, 27, 10 idem -e tempus (37, 18, 6. 37, 21, 1 IVST. 18, 2, 8. 29, 1, 1. 41, 6, 1). 30, 22, 1 orationem eandem -e. 35, 15, 2 disceptatio eadem -e. 35, 48, 10 idem -e . . . *ille* petiit. TAC. ann. 6, 2 isdem -e aut paulum immutatis verbis. GELL. 10, 15, 26 eaedem -e caerimoniae. is, qui: LIV. 9, 37, 12 Perusia et Cortona et Aretio, quae -e capita Etruriae populorum . . . erant. 28, 2, 4 id -e roboris erat. APVL. flor. 15 p. 55 *Pythagoras* -e id aevi *erat*, quo *eqs.* CENS. 6, 10 id ipsum -e. hic: LVCR. 5, 242 *v. supra l. 70.* LIV. 1, 15, 6 haec -e (GELL. 10, 15, 2 APVL. apol. 27). 1, 32, 11 his -e verbis (TAC. ann. 2, 38. 15, 25 FRONTO p. 149, 8 N.). 6, 29, 9 his -e . . . litteris (23, 34, 1 has -e leges. 36, 8, 1 haec -e . . . oratio). TAC. ann. 3, 16 hunc -e modum (GELL. 10, 1, 7. 12, 13, 6 TERT. resurr. 2 p. 27 SIDON. epist. 1, 7, 5. GELL. 1, 23, 3 -e ad hunc modum. TER. MAVR. 2753 -e modus hic). APVL. Socr. 12 p. 145 hoc -e . . . numero. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 138 istius modi -e verba.

2 *adiectivis comparationem, relationem significantibus*:

a par *et compositis*: LIV. 7, 7, 6 pari -e utrimque spatio in medio pugnatum est (33, 6, 4. 38, 18, 12). 30, 35, 3 par -e numerus (37, 40, 8. 42, 51, 10. 42, 52, 8. 42, 59, 1 CVRT. 4, 15, 23. LIV. 33, 4, 6 -e par numerus). APVL. apol. 16 cur . . . -e pares optutus videantur. TERT. scorp. 5 -e pares . . . qualitates. LIV. 23, 29, 6 imperatorum utriusque partis haud -e dispares spes erant. 36, 43, 5 numero non -e impares futuros se, ceteris omnibus *rebus* superiores. **b** *aliis*: LIV. 1, 24, 1 nec -e res antiqua alia est nobilior (7, 39, 4. 9, 15, 8. 10, 42, 6). 7, 14, 2 multitudini concitatae, quae -e auctoribus similis esset. PLIN. nat. 16, 160 aequa -e pars. TAC. ann. 15, 25 in tantum -e modum. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 148 tantam differentiam . . . quanta -e est inter . . . caelum et terram.

3 *adverbiis*: LIV. 9, 3, 9 ita -e locutus. TAC. ann. 14, 55 sic -e respondit.

4 *verbis* (*plerumque cum negatione coniunctis*): PLAVT. Trin. 731 honeste fieri -e non potest, ut *eqs.* LIV. 25, 28, 3 cum haud -e discreparet, quin *eqs.* 27, 28, 14 Magoni iam haud -e fidenti. PANEG. 7 (6), 14, 1 de quo ego quemadmodum dicam, adhuc -e dubito.

B *additur vocibus, quae multitudinem vel copiam significant*:

1 *adiectivis et pronominibus*: **a** *universitatem significantibus*: omnis: LVCR. 6, 10 omnia iam -e . . . esse parata. SALL. Iug. 74, 3 -e Numidis in omnibus proeliis magis pedes quam arma tuta sunt. LIV. 10, 25, 1 omnium -e iuniorum (30, 22, 5). 21, 26, 6 omnibus -e suis. 21, 35, 11 omnis . . . -e via. 22, 61, 12. 23, 27, 9 omnium -e animos. 23, 32, 6 omnes . . . -e . . . populos. 25, 24, 11 urbem omnium -e . . . pulcherrimam. 25, 26, 7. 25, 40, 4. 26, 17, 12 -e pedestres omnes copiae. 26, 47, 7 paterae aureae . . . librae -e omnes pondo. 27, 2, 11 -e omnia Romanis secunda fuere. 27, 18, 12 saxa . . . omnia -e missilia. 28, 1, 3. 28, 2, 10 iam -e omnibus scutatis . . . interfectis. 28, 2, 12. 31, 6, 3. 35, 1, 10. 38, 20, 5 omnibus -e aliis. 38, 30, 5 omnes -e conventuros. 42, 30, 1. 44, 10, 3. 44, 45, 5. CVRT. 4, 13, 7 omnes -e Parmenioni assentiebantur. PLIN. nat. 2, 91. 3, 1. 7, 76 *cf. p. 521, 69.* FRONTO p. 35, 6 N. *al.* totus: LIV. 27, 43, 1 totam -e longitudinem. 29, 36, 10 *Etruriam* totam -e. 30, 3, 8 CVRT. 8, 9, 2 PLIN. nat. 3, 30 GELL. 12, 5, 1 IVST. 4, 1, 2. cunctus: TAC. ann. 3, 76 -e cunctos proceres. HIL. in Matth. 23, 4. **b** *medium vel dimidium significantibus*: medius: LIV. 7, 6, 1 forum medium -e . . . collapsum. 25, 39, 1 silvae medio -e spatio. 26, 45, 8 medium -e diei erat (*cf.* 36, 24, 8 medio -e die. 37, 5, 2. 40, 2, 1 APVL. met. 4, 1. 9, 30). 29, 6, 10 media -e nocte (37, 44, 5. 44, 43, 4 APVL. met. 8, 30). 33, 1, 3 medium -e viae (37, 13, 10). 36, 6, 9 *hiems* -e media erat (37, 8, 6). CVRT. 9, 8, 14. 30 MELA 1, 11. 18. 31. 2, 23. 37 PLIN. nat. 3, 44. 4, 79 APVL. Socr. 5 p. 113 HIER. epist. 22, 30, 3. dimidius: LIV. 42, 51, 3 *armatorum* pars -e dimidia. CVRT. 4, 9, 3 dimidio -e maior . . . exercitus. PLIN. nat. 6, 53 dimidiam -e longitudinem. **c** *negationem continentibus*: nemo: PLAVT. Men. 264 nemo -e. nihil: CIC. Brut. 161 nihil -e. LIV. 27, 46, 2 (Σ, fere *P*). 28, 46, 15 GELL. 12, 13, 14. quisquam: LIV. 2, 19, 5 nec quisquam procerum -e. 4, 48, 3 nec . . . -e quicquam agri. 8, 37, 12. 10, 13, 14. nullus: LIV. 27, 29, 7 nullo -e obvio. 30, 18, 11. 34, 17, 3 TAC. ann. 3, 41 TERT. anim. 39 AMM. 31, 15, 13. *cf.* CIC. rep. 2, 10 hanc . . . potentiam non -e facilius ulla in parte Italiae posita urbs tenere potuisset. **d** *variis*: [TER. Andr. 104 *cf. p. 492, 10.*] LIV. 21, 7, 9 haud -e plures Saguntini . . . quam Poeni. 23, 32, 12 tantum -e copiarum, quantum Magoni, decernunt *Hasdrubali.* PLIN. nat. 2, 104 *ventorum natura* -e reliquas complexa . . . causas. TAC. hist. 1, 27 totidem -e milites. AVR. VICT. Caes. 39, 34 quae -e sola seu facilior vincendi via est. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 150 ut unum -e caelum sit omne corpus. *cf. etiam A 2.*

2 *adverbiis*: CIC. Tim. 52 satis -e (LIV. 23, 17, 12).

3 *numeralibus* (*de usu Liviano v. Richter, progr. Oldenburg 1880 p. 6 sq.*): **a** *significatur dubitatio de numero ipso* (*nonnulla fort. ad b referenda sunt*): *α accedit ad cardinalia*: CATO orig. 26 -e mille passuum (LIV. 4, 27, 3 mille -e passus). SALL. Iug. 48, 3 -e milia passuum viginti. LIV. 1, 3, 4 triginta -e interfuere anni. 8, 24, 6 ducentos -e Lucanorum. 10, 14, 21 octingenti -e et triginta. 10, 15, 6 caesi pugnantes -e nongenti triginta. 10, 33, 5 trecentis -e hostium. 10, 39, 3 milia hominum duo -e atque octingenti. 10, 43, 14 ducenti -e et octoginta. *sic passim. β ad ordinalia*: LIV. 1, 40, 1 duodequadragesimo -e anno (27, 34, 5). 21, 59, 5 nona -e diei hora (26, 17, 14 hora -e quarta. 38, 36, 4. 42, 57, 6 *al.*). 23, 35, 18 vigilia -e prima (30, 5, 3 APVL. met. 11, 1 LIV. 27, 28, 9 quarta vigilia -e). 26, 26, 3 tertio -e . . . die (30, 11, 1). *al. passim. γ ad distributiva*: LIV. 33, 18, 14 centeni -e equites. 44, 9, 5 sexageni -e iuvenes. APVL. met. 2, 22 quaterni vel seni -e . . . aurei. LIV. 10, 40, 6 viginti cohortes Samnitium quadringenariae -e erant.

b *non tam significari videtur dubitari de ipso numero (plerumque parvo), quam curae non esse, sitne numero exigua rei numeratae*

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

particula addenda aut demenda (*de nonnullis parum constat, an ad* a *potius referenda sint*): *α accedit ad cardinalia*: Liv. 10, 27, 1 quattuor milium -e intervallo (22, 4, 5 duo -e a Gereonio milia. 24, 36, 2). 21, 1, 4 Hannibalem annorum -e novem (21, 2, 3 octo -e annos. 24, 4, 6. 26, 18, 7. 31, 1, 8 decem -e ante annis). 22, 6, 1 tris -e horas (24, 42, 2). 25, 32, 4 quinque -e dierum iter (Plin. nat. 2, 123 diebus octo -e). 28, 33, 8 duae -e peditum partes (31, 35, 2 equitum duae -e alae). Colvm. 4, 24, 8 in quattuor -e (firme *codd.*) pedes. Plin. nat. 13, 128 duorum -e cubitorum altitudine. Apvl. apol. 87 -e duobus mensibus (Cens. 8, 4 -e unum mensem. Hier. epist. 39, 3, 4 ante quattuor -e menses). *β ad ordinalia*: Liv. 29, 15, 2 annum iam -e sextum. Vell. 2, 47, 2 septimo -e anno. Apvl. met. 4, 22 iam -e tertium qualum rumigabam. Evtr. 1, 17 duodecimo -e miliario. Amm. 15, 11, 18 octavo decimo -e lapide. *γ ad distributiva*: Liv. 40, 29, 3 octonos -e pedes. Plin. nat. 2, 34 binis -e annis. 5, 34 binum -e cubitorum.

C *additur vocibus, quae temporis, spatii, mensurae quandam significationem continent*:

1 *substantivis*: **a** *temporis*: *α temporis spatium ad annorum vel dierum rationem revocantibus*: Plavt. Bacch. 388 hoc factumst -e abhinc biennium (Liv. 25, 32, 1 Hier. epist. 54, 18, 3). Liv. 4, 20, 9 imbelle triennium -e ... fuit (Apvl. apol. 55 Hier. epist. 57, 2, 1). 44, 28, 16 triduum -e classis ad urbem ⟨stetit⟩. Vell. 2, 102, 3 ante annum -e (Spart. Sept. Sev. 4, 4). Apvl. flor. 15 p. 60 -e in quinquennium. *β aliis*: Cic. carm. frg. 3, 17 -e dirum in tempus cecidere Latinae. Liv. 10, 43, 10 primis -e tenebris. 23, 8, 8 solis -e occasu. 25, 41, 8 iam -e in exitu annus erat (33, 24, 3 exitu -e anni). 27, 15, 19 sub ortum -e lucis. 33, 27, 4 haec per hiemem -e acta. 41, 26, 2 prima lux -e erat. **b** *spatii vel mensurae*: Plin. nat. 4, 31 Tempe ... -e sesquiiugeri latitudine. Plin. nat. 9, 733 *salis* sextarios -e centenas in libras. **2** *adiectivis: spatii, loci*: Plin. nat. 24, 132 ramulo ... cubitali -e. *temporis*: Marcell. chron. II p. 63, 392, 20 nonagenarius -e ... requievit. **3** *adverbiis: temporis*: Rhet. Her. 4, 41, 53 exornatio ... -e semper necessaria (Liv. 5, 28, 4 semper -e). Liv. 8, 20, 2 haud -e umquam (40, 30, 1 numquam -e antea. Apvl. apol. 7. Avg. civ. 15, 9 p. 75 D. numquam -e). Liv. 27, 9, 2 quotannis -e. **4** *verbis*: Liv. 21, 59, 8 aequata -e pugna erat (*cf.* 33, 23, 8). 24, 6, 7 Himera amnis ... -e dividit *Siciliam*.

D *additur vocibus terminum vel finem quendam sive regionem significantibus*: **1** *substantivis*: Liv. 30, 24, 7 in conspectum -e Africae ... evectum. 44, 40, 8 aquam -e genus tenus altam. Plin. nat. 5, 33 a Paraetonii -e regione ad Syrtim maiorem. Flor. epit. 4, 12, 3 ad septentrionem conversa -e plaga. **2** *superlativis adiectivorum*: Liv. 21, 4, 1 pauci ac -e optimus quisque. Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4 orator sui temporis -e doctissimus. **3** *verbis*: Plavt. Trin. 319 mihi ... aetas actast -e (Liv. 31, 22, 4 autumno -e exacto). Ter. Andr. 284 iam -e moriens me vocat. Cic. Arat. 374 Nixus iam supero -e depulsus lumine cedit. Trag. inc. 224 -e aderant aequore in alto ratibus repentibus (⟨iam -e *dubitanter prop. Ribbeck*). Liv. 28, 12, 14 de equestribus copiis -e inter auctores convenit (Gell. 17, 8, 11 -e convenit vinum ... calefacere corpora).

II *tam ad totum enuntiatum quam ad verbum enuntiati aliquod pertinens, fere i. q.* ***plerumque, fere semper, ut solet*** *sim.* (non *vel* haud -e *i. q. plerumque non, haud facile: l. 57. 64 al.*):

verba frequentiora: solere: Plavt. Poen. 862 facio, quod manufesti moechi hau -e solent. Liv. 6, 36, 8 ut -e solent, qui a suis desciscunt. Gell. 10, 3, 4. Apvl. Socr. 1 p. 104 -e ... assolet apud prudentes viros esse ... iudicatio restrictior *eqs.* (Symm. or. 1, 7 ut -e assolet). Schol. Cic. Bob. p. 89 St. *speculo* -e ... mulieres uti solent. esse (*subintelleg. l. 67. 72*): Ter. Hec. 312 (*in comparatione, cf. p. 524, 2 sqq.*) illae mulieres sunt -e ut pueri levi sententia. Haut. 205 parentum iniuriae unius modi sunt -e. Cic. rep. 2, 59 voluptatibus erant inferiores nec pecuniis -e superiores *senatores*. Liv. 3, 65, 8 *cum* vis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte languidior -e esset. 5, 4, 4 nusquam nec opera sine emolumento nec emolumentum -e sine impensa opera est. 7, 2, 4 parva ⟨haec⟩ quoque, ut -e principia omnia. 9, 30, 3 quae antea ... dictatorum et consulum -e fuerant beneficia. 9, 30, 8 *vini* avidum -e ⟨id⟩ genus (*sc. tibicinum*) est. 10, 1, 1 L. Genucio Ser. Cornelio consulibus ab externis -e bellis otium fuit. 21, 59, 10 cum duobus tribunis militum et quinque equestris ordinis, senatorum -e liberis. 22, 5, 2 quo timoris minus sit, eo minus -e periculi esse. 38, 29, 4 *saxis* -e harenae immixtis strata litora sunt. Ivv. 13, 236 mobilis et varia est -e natura malorum. Tac. hist. 4, 70 -e acerrima proximorum odia sunt. ann. 12, 36 -e intuta sunt adversa. Fronto p. 71, 20 N. doloribus -e voluptates conexas esse. Apvl. flor. 1 p. 2 -e religiosis viantium moris est *eqs.* Ter. Mavr. 649 Aeolica dialectos ... mixta -e est Italae. Cens. 11, 7 parvoli -e per hos fere *dies* morbidi sine risu nec sine periculo sunt. Schol. Cic. Bob. p. 88 St. *aetate provectorum* -e valetudo parum fida est. 168 qualis -e lugentium maeror est. *cf.* Liv. 24, 25, 9 *non* -e *desunt* irarum indulgentes ministri. evenit: Cic. rep. 1, 65 *tyrannum* si optimates oppresserunt, quod -e evenit. 1, 69 Liv. 5, 20, 6 Fronto p. 78, 13 N. Apvl. apol. 21.

alia: Naev. trag. 56 circumvenire video -e iniuria. Plavt. Persa 451 (*in comparatione, cf. p. 523, 61*) edepol -e (firme *codd.*) ut quisque rem accurat suam, sic ei procedit postprincipio (*sim.* Afran. com. 336 -e virgini tam crescit uterus, quam gravidae mulieri). Ter. Ad. 460 fidelem haud -e mulieri invenias virum. Afran. com. 332 eaque -e (firme *var. lect., v. p. 521, 56*) se dedere melius consultoribus, quam *eqs.* Cic. Tusc. 5, 111 sapientis ... cogitatio non -e ad investigandum adhibet oculos advocatos. Lvcr. 2, 218 *corpora* incerto tempore -e incertisque locis spatio depellere paulum. 3, 65 turpis enim -e contemptus et acris egestas semota ab dulci vita stabilique videtur. 6, 324 celeri -e percu⟨rru⟩nt fulmina lapsu. Liv. 3, 40, 4 ex magno certamine magnas excitari -e iras. 8, 24, 4 -e fugiendo in media fata ruitur. 21, 54, 1 *rivus obsitus*, quibus inculta -e vestiuntur, virgultis vepribusque. 21, 61, 2 quod -e fit. 22, 7, 4 nihil auctum ex vano velim, quo nimis inclinant -e scribentium animi. 22, 9, 8 quod non -e decernitur, nisi *eqs.* 25, 8, 10 captumque -e aliquid ... reportans donabat aut praefecto aut custodibus portarum *Philemenus*. 26, 4, 3 equestria proelia -e prospera faciebant, pedite superabantur. 33, 29, 4 *quidam* negotiandi -e causa argentum in zonis habentes in commeatibus erant. 34, 13, 3 nocte -e proficiscebantur. 45, 35, 5 ad summa -e tendit *invidia*. Plin. nat. 2, 106 Arcturi ... sidus non -e sine procellosa grandine emergit. 5, 1 *Afri* castella -e inhabitant. 8, 86 (*de aspidibus*) coniugia -e vagantur. 8, 134. 11, 174 ceteris *hominibus* septimo -e anno sermonem exprimit *lingua*. Ivv. 8, 73 rarus ... -e sensus communis in ... fortuna. Tac. ann. 2, 2 barbari laetantes, ut -e ad nova imperia. 2, 54 -e Mileto accitus sacerdos *Apollinis Clarii*. 4, 5 cohortes Etruria -e Umbriaque delectae. 4, 9 plerisque additis, ut -e amat posterior adulatio. 4, 58 ceteri *comites Tiberii* liberalibus studiis praediti, -e Graeci. 6, 17 acribus, ut -e talia, initiis, incurioso fine. 14, 20 varia fama, ut cuncta -e nova. 15, 21 initia magistratuum nostrorum meliora -e. Fronto p. 73, 22 N. -e metu magno et pavore relevatis conceditur ludere aliquid. p. 215, 5 -e neglegentia contemptu tutatur. Apvl. Socr. 14 p. 149 Aegyptia numina -e plangoribus *gaudent*. 19 p. 162 incepta Socrati quaepiam daemon ille -e prohibitum ibat. apol. 88 *convivia* -e ex more novis maritis obeunda sunt. Tert. resurr. 55 p. 113 *demutatio* -e subministrat alterius carnis resurrecturae praesumptionem. adv. Val. 12 p. 191 *symbolae ratio* -e ex varietatis gratia constat. Porph. Hor. sat. 2, 7, 4 -e citius moriuntur servi, qui frugi sunt *al. passim*.

fermēmodum *adv.* [*cf. c.* ferme *et c.* propemodum. *Th.*]. *fere i. q. ferme, fere*. Gell. 18, 12, 10 verba patiendi ... in omnibus -m veterum scriptis reperiuntur. *cf. p. 522, 2 sqq.*

fermentācius, -a, -um *a* fermentum. Isid. orig. 20, 2, 15 panis ... -us fermentis confectus. azymus non fermentatus (non fermentacius *cod. Weissenburg.*).

fermentātio, -ōnis *f. a* fermentare. *proprie fere i. q. fermenti mixtio*: Tert. adv. Marc. 4, 30 p. 525 (*ad Luc. 13, 21* regnum dei simile est fermento) -em ... congruere ... regno creatoris, quia post illam clibanus vel furnus gehennae sequatur. *translate fere i. q. commixtio, confusio*: Avg. serm. ed. Mai 152, 2 salutare panificabatur nobis verbum crystallica prophetiae -e formatum. Rvstic. c. aceph. p. 1204^{c} quia confusio aut -o facta est dei verbi ad carnem. Liberat. 8 *quoniam Cyrillus non* -em aut commixtionem senserit naturarum *Christi*.

fermentātōrium, -ii *n. a* fermentare. *i. q. instrumentum domesticum pani faciendo serviens*. Gloss. 321, 39 (= 531, 17) *μάκτρα* (firm- *codd.*).

fermentēsco, -ere [*a* fermentum. *Th.*]. *i. q. quasi fermentatione remollescere, dilui, resolvi*: Plin. nat. 17, 15 tellus ... illo modo -it. 28, 109 optima *crocodilea* quae candidissima et friabilis minimeque ponderosa, cum teratur inter digitos, -ens (*paulo aliter Diosc. 2, 80, 6 διατριβεῖσά τε ὑποξυς καὶ ζυμίζουσα τὴν ὀσμήν*).

†fermento, -āvī, -ātum, -āre [*a* fermentum. *Th.*]. firm- *legitur* Greg. Tvr. Franc. 5, 48. Gloss. *ζυμῶ et fort. ζυμαίνω* (*v. Thes. gloss. s. v.* fermentum).

I ***proprie*** *i. q. fermento adhibito* (*sive quasi fermento adhibito*) *mollire, turgidum reddere* (*part. perf. pass. saepe pro adiectivo sumi potest*): **A** *sensu latiore: terram*: Varro rust. 1, 38, 1 *stercus* columbinum, quod sit calidissimum et -are possit terram (Colvm. 2, 14, 2; *cf.* 2, 2, 4 neque enim aliud est colere quam resolvere et -are terram. 11, 3, 13 vis frigoris excoquit terram -atamque solvit). Colvm. 1, 5, 6 *palus* caeno et -ata colluvie vere natas *pestes* emittit. 4, 1, 3 deprimatur scrobis in regesto, quod est -atum.

part. perf. pass. fere i. q. inflatus, turgidus, tumidus de statu vel natura corporis: Varro rust. 2, 9, 4 *pedes canum debent esse* sŏlo ne ut corneo ne nimium duro, sed ut -ato ac molli. Cels. 2, 8 p. 49, 37 si venter est quasi -atus, pinguis atque rugosus.

B *sensu strictiore*: **1** *panem, farinam sim.*: Gloss. III 254, 63 -atum ὁ *ζυμίτης*. 254, 62 non -atum *ἄζυμον*. *cf.* Isid. orig. 20, 2, 15 azymus non -atus; ... acrozymus leviter -atus. Fest. p. 253 pollucere merces ⟨quas cuivis deo *suppl. O. Müller*⟩ liceat: sunt far, polenta, vinum, panis -atus *eqs.* (-atis *F*). Cels. 2, 25 p. 69 aliena ... stomacho sunt ... panis -atus idemque vel ex milio vel ex hordeo. 2, 28 p. 70. 2, 29 p. 71 Plin. nat. 13, 82. 18, 103 *v. p. 525, 82*. 18, 104. 22, 138 -atus, qui

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vocatur autopyrus. Ps. Rvfin. in Am. 4, 4/6 Cael. Avr. chron. 1, 1, 22 *al.* Anthim. 1 panem nitidum bene -atum et non azimum. 75 pane ... candido et bene -ato. *al. tropologice*: Petr. Chrys. serm. 67 p. 392B *Christus* est panis, ... satus in virgine, -atus in carne *eqs.* Itala I Cor. 5, 6 *vel* Gal. 5, 9 (Pacian paraen. 8) exiguum fermentum totam massam -at (ζυμοῖ, Vvlg. corrumpit. *cf.* Greg. Tvr. Franc. 5, 48). Serv. auct. Aen. 1, 179 flamines ... farinam -atam contingere non licebat. Ambrosiast. in I Cor. 5, 7 Vvlg. exod. 12, 34. *cf.* Itala (Ambr. Cain et Ab. 1, 9, 35 *al.*) *et* Vvlg. Matth. 13, 33 (Luc. 13, 21) *v. p. 527, 18* (ἐζυμώθη). *cf.* Avg. in psalm. 38 serm. 1, 1 fermentum illud, quod primo contemptibile fuit, -vit tres mensuras. Vvlg. lev. 6, 17 non -bitur *simila* (23, 17). *part. perf. pass. neutr. pro subst.* (*cf.* Gloss. *p. 524, 79*): Itala exod. 12, 15 *vel* 19 (Ps. Orig. tract. 9 p. 103) azymam ... edetis et quicumque manducaverit -atum, morte morietur (ζύμην *vel* ζυμωτόν; Vvlg. qui comederit -atum *eqs.*). *cf.* Vvlg. exod. 12, 20. 13, 7 non apparebit apud te aliquid -atum. Am. 4, 5 sacrificate de -ato laudem. **2** *varia*: Colvm. 12, 17, 1 *ficus viridis* cum sublecta est, in dolium vel in amphoras conditur et ibi sinitur -ari. Plin. nat. 18, 104 (*agitur de fermento ex farina faciendo*) naturam acore -ari. Itala lev. 2, 11 (Lugd.) omne sacrificium quodcumque offeretis deo, non facietis -atum (ζυμωτόν, Vvlg. absque fermento fiet). *tropologice*: Vvlg. Os. 7, 4 quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec -retur totum.

II ***translate*** *fere i. q. velut fermento implere, complere, interdum i. q. corrumpere*: Fvlg. aet. mund. p. 141, 3 *aetas* litigio -ata vaporat. 164, 16 quod *Olympias* draconis squamifero -ante complexu ... ediderit gravidata puerulum. Rvfin. Orig. in num. 23, 7 ne contemnas etiamsi parvam videris intra te -ari malitiam, quia modicum fermenti totam massam corrumpit (*cf. supra l. 6*). Prvd. apoth. 354 cum -ati turgescant crimine mores (Schol. *ad l.* -atum corruptum). Pavl. Nol. carm. 10, 263 -are iocos satirae mordacis aceto. Avg. c. Parm. 2, 22, 42 totum orbem terrarum peccatis Afrorum -atum esse. 3, 2, 5 quasi -ata et corrupta mente. Petr. Chrys. serm. 71 p. 402C *Christus* magnae pietatis -atus est sacramento. Verec. in cant. 4, 14 ut me ... digneris ... aqua sancti spiritus -are.

syn. et iuxta posita (fere ad part. perf. pass.): *ad IA*: resolvere (Colvm. 2, 2, 4). candidus (Anthim. 75). limpidus (Cael. Avr. chron. 1, 1, 22. 3, 8, 92). *ad IB*: mollis (Varro rust. 2, 9, 4). pinguis atque rugosus (Cels. 2, 8 p. 49). *ad II*: corruptus (Avg. c. Parm. 3, 2, 5 *cf.* Schol. Prud. apoth. 354).

opp. ad IA: azymus (Itala exod. 12, 15 [Ps. Orig. tract. 9 p. 103, 2] Ambrosiast. in I Cor. 5, 7 Vvlg. exod. 12, 15. 13, 7 Anthim. 1 Isid. epist. 7, 1. 4 *cf.* Gloss. *p. 524, 79*).

derivata: fermentatio, fermentatorium.

fermentōsus, -a, -um *a* fermentum. *i. q. fermentatione turgescens*: Vindic. med. 32 *cibos* putredinem seu -am sumere qualitatem, ζύμωσιν appellavit *Hippocrates*.

fermentum, -ī *n.* [*cf. c.* fervere, fervescere *et c. anglosax.* beorma '*fermentum cervesiae*'. *Th.*]. *de etymologia*: Isid. orig. 20, 2, 19 -um a fervore nuncupatum. *scribitur* firm-: Compvt. cod. Col. prol. 12 p. 234 *bis*. *de genere et notione*: Exc. Bob. gramm. I 554, 14 nomina, quae apud Romanos neutralia, apud Graecos feminina ... -um ζύμη. Gloss. ζύμη *cf.* Oribas. eup. 2 G 11. [*hisp.* hermianto. *M.-L.*]

I *de re* ***corporea*****:**

B *translate*: **1** *ira, amore, studio sim. (apud Christianos imprimis ardore religioso), i. q. inquietari, incitari, commoveri, inflammari*: **a** *de animantibus*: **α** *absolute* (GLOSS. -it irascitur): TER. Ad. 534 cum -it maxume, tam placidum quam ovem reddo. VOLCAC. carm. frg. 1, 7 Naevius, qui -et (servet *trad.*). PETRON. 57, 3 non mehercules soleo cito -ere. PERS. 4, 6. TERT. pudic. 14 apostolus magis -et (servet *codd.*). AMM. 31, 13, 13 *equum* -entem retinere non valuit. PRVD. psych. 296 *coniunct.* tumet. CLAVD. 15, 300 HESYCH. in lev. 22, 12 p. 1070[D]. CYPR. GALL. exod. 1206 bacchantis ... populi -ere choreas. CORIPP. Ioh. 1, 104 victores Romanos -ere, ... hostes ... pavitantes ire. CARM. Classical Quarterly 4 (1910) p. 264; 2, 11 -et, quem tu respicies. *adde de coetu hominum* (*cf. l. 28*): HIL. op. hist. frg. 1, 4 rex angitur, palatium -et. DRAC. Romul. 10, 386 aulam et regis -ere domum. **β** *accedit abl.*: AFRAN. com. 128 amens ira -ere (SEN. Herc. f. 946 SIL. 15, 806 AMM. 30, 8, 12). 269 hoc nunc -it animus, hoc volo. CIC. Quinct. 38 usque eo -et ferturque avaritia (BOETH. cons. 4, 3, 54). VERG. Aen. 9, 690 hostem -ere caede nova (*v. vol. III p. 53, 47*). SIL. 7, 98 -etque secundis Fortunae iuvenis. 17, 566 leti ... amore. IVV. 6, 138 nec pharetris Veneris macer est aut lampade -et. FLOR. epit. 1, 22, 1 *populus Romanus* quodam flore virtutis exarsit ac -buit. ARNOB. nat. 2, 16 cupiditatibus atque iracundia. VVLG. Rom. 12, 11 spiritu (AVG. serm. ed. Mai 11, 2 spiritu nos sancto -ere, ut non refrigescat ... caritas). HIER. in Ier. 31, 10 p. 388, 6 Vind. fide. epist. 52, 3, 8 divina lectione (in Zach. prol.). PELAG. in II Cor. 2 p. 778[A] (= PS. PRIMAS. in II Cor. p. 559[B]) *adulationis verbis* homines non tam inebriati -eant, quam delectati tabescant. RVFIN. hist. 4, 10 impietatibus. Orig. in cant. prol. p. 72[A]. PS. RVFIN. in psalm. 57, 11 *syn.* aestuare, accendi. AVG. civ. 15, 23 caritate tamquam igne spiritali. MART. CAP. 8, 809. AVELL. p. 335, 10 caritatis ardore. EXPOS. mundi 22 *civitates* -entes negotiis (*cf.* 29 bullientes). CASSIOD. in psalm. 81 concl. Nestorii ... vapore. *al. adde*: PERS. 1, 126 vaporata lector mihi -eat aure (*i. audiendi cupiditatem mihi adhibeat*). *de coetu hominum*: STAT. Theb. 1, 525 obsequio -ere domum (AVG. epist. 157, 35 domus hospitalitate -entes). PRVD. c. Symm. 1, 162 regalibus aula ... vitiis. **γ** *acced. praepos.*: in *c. abl.*: ITIN. Alex. 37 rege in opere -ente. contra: VVLG. prov. 19, 3 contra deum -et animo suo (*θεὸν αἰτιᾶται*). in *c. acc.*: RVFIN. hist. 4, 15, 29 Iudaeis ardentius in haec ... -entibus (*εἰς ταῦτα ὑπουργούντων*). AVG. c. epist. fund. 32. LICENT. carm. ad Aug. 151 in illos *libros.* EPIST. pontif. 351 (*a. 419*) Migne 20, 763[B] in hanc precem. ad: PRVD. ham. 416 -ent ad proelia. **δ** *seq. inf.*: CLAVD. 5, 295 sceptrum ... capessere -et. 15, 351. **b** *de rebus (praesertim animo sim.): c. abl.*: ACC. trag. 450 cor ira -it. HOR. carm. 1, 13, 4 -ens difficili bile tumet iecur. epist. 1, 1, 33 -et avaritia ... pectus. OV. fast. 2, 732 -ent multo linguaque corque mero. APVL. met. 9, 25 -ens (*i. iratus*) mariti ... animus. AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 31, 3 somno et cibo -ent corpora. AVG. civ. 16, 2 spiritu ... impatientiae ... praecordia. *c. gen.*: ACC. trag. 2 ne tum cum -at pectus iracundiae. *c. praep.*: OV. met. 2, 602 animus tumida -bat ab ira. HIL. trin. 5, 12 in patre et filio -entis spiritus ardore. *absolute*: SEN. Herc. O. 435 perage, dum -et manus. PETRON. 59, 1 sanguen illi -et (*cf.* SIL. 10, 334 cruor. 17, 488). AVG. serm. ed. Mai 86, 3 spiritus ... -bat, scintillabat, accendebat.

2 *de ipsis affectibus, i. q. ardere, vigere* (*acced.* in *c. abl. l. 52*, ad *l. 56*): SEN. Med. 952 increscit dolor et -et odium. Phoen. 352 dolor. LVCAN. 4, 242 ira. STAT. Ach. 1, 412 amor belli. PANEG. 11 (3), 24, 1 amor ... in te civium -et. HIL. in Matth. 31, 10 fidei in nobis calore -ente (*cf.* HYMN. Ambros. I 7, 19. PAVL. NOL. carm. 27, 555 non gelidi -ente fide). AVSON. 108, 17 voluptas -et. EPIST. impp. de Asia (Bruns fontes[7] p. 270) II 8 desideriis ... -⟨entib⟩us. AMBR. Isaac 7, 60 vis corporis. PRVD. psych. 24 laudis calor ad nova -ens proelia. cath. 4, 28 crapula. AVG. c. Parm. 2, 3, 6 ebrietas. civ. 14, 16 cum in animo concupiscentia -eat, friget in corpore. MART. CAP. 7, 725 petulantia. SVLP. SEV. dial. 1, 7, 6 invidia. CYPR. GALL. exod. 836 si forte viris -bit rixa duobus. MART. CAP. 8, 806 alacritate -ente. DRAC. Romul. 6, 23 tua (*sc. Veneris*) gaudia -ent. COD. Iust. 1, 1, 8, 28 (*a. 534*) Christi caritas. VEN. FORT. vita Albin. 8, 22 pietatis intuitus.

3 *de rebus, quae studiose aguntur*: VERG. georg. 4, 169 -it (*sic F*, -et *MP rell.*) opus (Aen. 1, 436 [SERV. concelebratur ut contra 'friget' cessat dicimus. GLOSS. IV 442, 7 -et opus pro discurritur, agitur]. AETNA 169 OV. Pont. 3, 9, 22. RVFIN. hist. mon. 21 p. 444[B] opus ... misericordiae [*syn.* florere]). CYPR. epist. 39, 2 inter persecutionis initia -entia (AVG. in psalm. 140, 24 persecutio. coll. c. Don. 3, 17, 32. 33. civ. 18, 52 [*opp.* quievit] *al.*). NEMES. ecl. 3, 43 vindemia -et. AMM. 18, 6, 8 apparatus omnes apud hostes -ere. PRVD. perist. 2, 62 atrocioribus censura -ens motibus. PAVL. NOL. carm. 21, 370 operum documenta sacrorum. AVG. civ. 18, 37 litterae. gest. Pelag. 22, 46 dogmata. PETR. CHRYS. serm. 137 p. 567[a] oratio. ALC. AVIT. carm. 6, 488 commercia venalesque manus. hom. 17 p. 126, 1 -ente ieiunio. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1105[D] studia. *imprimis de bellis ardentibus*: PLIN. nat. 9, 32 opere proelium -et (*cf.* IVV. 5, 29 pugna Saguntina -et commissa lagoena. CYPR. epist. 55, 4. AMM. 20, 6, 5 -ente certaminum mole [25, 1, 18]. 24, 4, 20. 31, 7, 13 -ente ... densis caedibus proelio. PROSP. epigr. 87, 4. ALC. AVIT. epist. 23 p. 55, 14 *trop.*). SIL. 1, 456 -ere partem diversam Marte infausto. FLOR. epit. 2, 15, 10 terra marique -bat obsidio. IVL. VAL. 2, 25 coepto conflictu -entique re bellica. PS. AVR. VICT. epit. 16, 3 per omnem Orientem ... bella -bant. PRVD. psych. 902 -ent bella horrida, -ent ossibus inclusa.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

III *attinet ad motum:* **A** *i. q. fluctuare, aestuare, spumare, maxime de mari, aquis, ventis (de musto v. l. 31)*: PACVV. trag. 416 -it aestu pelagus (SEN. Med. 942 pelagus. AVIEN. Arat. 306. PRISC. periheg. 555 -et ad boream. *debilitato magis sensu fere i. q. se extendit cf. l. 11. 12*). VARRO ling. 7, 22 dictum fretum ab similitudine -entis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque effervescat (PORPH. Hor. carm. 1, 14, 19—20 quod semper -eant id est inquieta sint *freta*. ISID. orig. 13, 18, 2). LVCR. 6, 442 ingenti sonitu mare -ere (OV. epist. 17, 26 sollicitum . . . mare -et aquis. SEN. nat. 3, 26, 7 *mare* -etque et aestuat. PLIN. nat. 2, 107. SIL. 14, 559 perfusum bello -et mare. SVET. frg. p. 242. AVIEN. ora 216 *opp.* litusque ... distenditur. orb. terr. 1053 [*cf.* 1054 volvi]. VVLG. Is. 57, 20 mare -ens, quod quiescere non potest). VERG. georg. 1, 327 -etque fretis spirantibus aequor (VAL. FL. 1, 640). 1, 456 omnia tum pariter vento nimbisque videbis -ere. HOR. carm. 4, 2, 7 velut amnis . . . -et immensusque ruit ... Pindarus (*cf.* AVIEN. Arat. 1315 agmina ... Padi). OV. met. 11, 549 tanta vertigine pontus -et (LVCAN. 5, 234). 14, 48 -entes aestibus undas. SEN. Ag. 561 aestuat scopulis fretum -etque semper fluctus alterna vice (SIL. 14, 146 nec -et maiore fretum rapiturque tumultu. PAVL. NOL. carm. 24, 61 SEDVL. carm. pasch. 3, 68). PLIN. nat. 2, 215 aestus pleniores ... exundant, plenaque *luna* maxime -ent (2, 218. IVST. 4, 1, 10 *opp.* desidentis). SIL. 12, 657 nimborum -et globus. COMM. apol. 1025 hinc ignis, hinc tonitrua, hinc turbines . . . -unt. NEMES. cyn. 276 *Neptunus* spumanti murmure -ens . . . caput eminet. AVSON. 298, 21 fontem Euripi -ere freto. AMM. 26, 10, 17 vada -entia. CLAVD. 28, 511 commixtis -bat aquis *frons*. RVFIN. hist. mon. epilog. 7 p. 462[A] hieme gravissima super nos et tempestate -ente. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 3 oleum (*syn.* crevisse). VAL. CEM. hom. 19, 4 -ens unda vindemiae. CORP. XI 1823[b] 5 Aquae -entes (*Nymphae*). *sim.* OV. trist. 1, 4, 6 erutaque ex imis -et harena fretis. *speciatim de musto sim.* (PLIN. nat. 14, 83 -ere appellant musti in vina transitum): CATO agr. 125 ubi desiverit -ere mustum (VARRO rust. 1, 65 COLVM. 12, 38, 2 SCRIB. LARG. 111 CALP. ecl. 1, 3 PLIN. nat. 14, 125. 23, 45. 36, 156 AVR. Fronto p. 67, 24 N. PALLAD. 11, 9 posteaquam mustum ... primo ardore -bit. 11, 15 HIL. in Matth. 9, 4). COLVM. 10, 431 -eat ut lacus. STAT. silv. 4, 5, 16 testa, qua modo -buerat Lyaeus. PLIN. nat. 11, 32 mel . . . -et ut musta. PALLAD. 12, 22, 4 defrutum . . . duabus aut tribus undis -ere patieris. *trop.*: PANEG. 10 (4), 32, 8 *repens gaudium* impetu suo -et nec ... defaecatum est. HIL. in Matth. 22, 1 musti modo quaedam ubertas sancti spiritus -entis. *adde sim. de sanguine*: LVCAN. 6, 667. *cf.* SEDVL. carm. pasch. 2, 128 vulnera -ere late.

B *i. q. micare, vagari* (GLOSS. V 294, 45 festinat): **1** *de animantibus, rebus mobilibus*: ACC. trag. 483 classis †adid clauditur, -it (LVCR. 2, 47 -ere . . . classem lateque vagari). LVCR. 2, 41 legiones per loca campi -ere (PETRON. 123, 214 per Alpes). OV. fast. 1, 379 -ent examina putri de bove. LVCAN. 9, 254 omnis ... -bat littore plebes. VAL. FL. 6, 588 campo (SIL. 9, 243). SIL. 8, 620 tantis agminibus Rhoeteo litore ... rates. STAT. Theb. 10, 59 plurima -et (foret P^1, floret BM) purpura. HEGES. 2, 14, 3 -bat in his locis congregatio latronum. HIER. vita Malchi 7 formicarum gregem angusto calle (*cf.* c. Lucif. 22). GREG. M. in euang. 36, 13 ac si ex putrescenti carne illius pro vermibus aromata -buissent. *paulo audacius*: ALC. AVIT. carm. 6, 81 vestigia -ent. **2** *de rebus incorporeis passim diffusis, i. q. increscere, dilabi, vigere, grassari*: CYPR. epist. 59, 12 cum recentia delinquentium facinora -rent. ARNOB. nat. 4, 11 mala ista . . . -eant et ... insolescant (AMM. 31, 15, 5 -ente tot malorum congerie. PRVD. ham. 113). HEGES. 1, 40, 8 -bant calumniae. AVG. in psalm. 96, 2 coepit -ere per Iudaeam ecclesia Christi, ubi -buerat opprobrium Christi. gest. Pelag. 22, 46 dogmata. c. Gaud. 1, 28, 32. civ. 1, 30 immanitas. COD. Theod. 1, 29, 8 (*a. 392*) latronum ... insania. EVCHER. laud. her. 35 leges (*i. vigent*). ALC. AVIT. carm. 4, 31 ut . . . diffusa palam . . . lascivia . . . luxuriaeque forum . . . -vuerit. 4, 488 funera. FACVND. defens. 1, 1 p. 529[A] haereses. *adde* CYPR. epist. 55, 24 schismaticos semper inter initia -ere, incrementa vero habere non posse.

C *de locis, qui animalibus vel rebus huc et illuc fluctuantibus referti sunt*: LVCIL. 1075 omnia tum endo muco videas -ente micare. VERG. Aen. 4, 409 litora -ere late (*cf. l. 75.* LVCAN. 6, 67 vaga cum Tethys Rutupinaque litora -ent. STAT. Ach. 1, 28). SIL. 13, 742 -et gens Itala Marte barbarico. IVV. 11, 51 a -enti migrare Subura. AVSON. 399, 21. HIER. c. Lucif. 22 -enti agmine segetem formica populatur. *fort. huc referend.*: MART. 3, 47, 4 qua pusilli -et Herculis fanum. *c. abl.*: VARRO Men. 86 -ere piratis vastarique omnia circum. VERG. Aen. 4, 407 opere omnis semita -et (SERV. auct. aptum verbum festinationi. GLOSS. IV 75, 57 celebratur). 4, 567 -ere litora flammis. 8, 677 instructo Marte ... Leucaten. VAL. FL. 1, 121 cuncta virum coetu. SIL. 9, 483 -entia (*i. perfusa*) caedibus arva. STAT. Theb. 10, 468 catervis tellurem. 10, 560 -ent discursibus arces. Ach. 1, 443 -ent portus et operta carinis stagna. silv. 1, 2, 47 -ent agmine postes atriaque. 1, 2, 230 festā -et domus utraque pompā. PANEG. 7 (6), 5, 2 innumerabili hostium classe -entem . . . oceanum. AVIEN. orb. terr. 782. PRVD. ditt. 45 -bat via . . . serpentibus. ENNOD. opusc. 3, 175 p. 376, 15. *adde trop. de tempore*: AVG. serm. 206, 1 orationibus . . . tempora debent Christiano -ere. *c. gen.*: POMPON. Atell. 101 domus haec -it flagiti.

IV *spectat ad sonitum: i. q. crepare, strepere*: ACC. trag. 631 aere atque ferro -ere (*nisi potius i. q. splendēre, florere; cf. quae seq.*). AFRAN. com. 394 *v. p. 590, 62.* VARRO Men. 498 δὸς καὶ λαβέ -it omnino. PLIN. nat. 2, 193 *sono* -ente in umidis *materiis*. IVV. 8, 59 cui *equo* plurima palma -et. VVLG. Nah. 3, 2 vox . . . quadrigae -entis. PRVD. psych. 706 -ente tumultu. CYPR. GALL. num. 449 -ere tumultu. *de locis i. q. personare*: LVCR. 4, 608 *loca* abdita retro omnia quae circum -unt (fuerunt *codd.*) sonituque cientur. LVCAN. 4, 250 -ent iam castra tumultu (*cf.* SIL. 15, 287 tellus Aetola tumultu -bat. STAT. Theb. 2, 52. 5, 144 AVSON. 322, 31). STAT. Theb. 3, 120 -et iter gemitu. Ach. 1, 755 atria -ent regali strepitu. silv. 4, 3, 61 -ent litora mobilesque silvae, it . . . fragor. MART. 1, 53, 9 multisona -et sacer Atthide lucus. 2, 64, 7 fora litibus omnia -ent. CLAVD. 15, 485 vocibus Aulis.

deriv.: fermentum, fervesco, fervidus, fervor (fervunculus), fervura, fervefacio.

comp.: con-, de-, ef-, in-, per-, re-, sufferveo.

part. praes. pro adi. **fervēns,** -tis. *compar. legitur inde a* CIC. HOR., *superl. inde a* RHET. Her. *abl. sing.*: -i *et* -e (*Neue-Wagener II*[3] *p. 106*). GLOSS. ζεστός. ζεστόν. βραστόν.

I ***proprie*: A** *i. q. praecalidus, ardens*: **1** *generatim*: aqua: PLAVT. Curc. 511 quasi aquam -em frigidam esse, ita vos putatis leges. CATO agr. 156, 7 VARRO ling. 5, 105 CIC. Verr. 2, 67 LVCR. 6, 800 OV. met. 1, 228 VITR. 10, 16, 10 VAL. MAX. 7, 6, 2 COLVM. 6, 12, 4 *al.* SER. SAMM. 272 AVSON. 396, 45 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 31. 3, 5, 73. 4, 2, 18. *cf.* OV. met. 8, 650 undis (SIDON. epist. 2, 2, 4 GREG. TVR. glor. mart. 80). *adde*: PELAGON. 168 in calidam -issimam. VEG. mulom. 4, 3, 8. APIC. 1, 18 in marinam calidam -em. *aliter p. 595, 1.* *aliae res variae*: PLAVT. Capt. 847 epulas foveri foculis -bus (*cf.* PLIN. nat. 18, 103 foco). CAECIL. com. 68 ⟨ad⟩ scutras -es. LVCIL. 145 -i ferro (1165 PRIAP. 45, 2. SEN. nat. 2, 17 -s massa *ferri* [PERS. 2, 67]. *cf.* PRVD. c. Symm. 2, 286 strictura). 1357 -ia rapa vorare (PLIN. nat. 20, 18). CIC. epist. 9, 20, 2 ius (APIC. 8, 333). LVCR. 4, 491 quod . . . gelidum *sit* -sve. CAES. Gall. 5, 43, 1 -es fusiles ex argilla glandes. CELS. 1, 3, 5 p. 33, 2 M. balneum (MART. 3, 25, 1). 2, 24 potionesque vel frigidae vel -es (SEN. epist. 122, 6 PETRON. 74, 5). 5, 27, 12 mulsum. SEN. Thy. 1060 aënis (COLVM. 12, 16, 1 PLIN. nat. 35, 44). epist. 90, 23 cinis calidus et -s testa (PLIN. nat. 29, 137 -e testa). OCTAVIA 173 flamma -s (funebris *coni. Büch.*). CVRT. 4, 3, 26 harena (*ibid.* fervida). COLVM. 2, 14, 2 *stercus* -ioris naturae est (*cf.* PLIN. nat. 28, 191 fimum). 6, 15, 2 cineribus. 7, 12, 10 *liquor.* 12, 18, 5. 6 pix (12, 44, 5 AMM. 20, 11, 15 PALLAD. hist. mon. I 1 p. 253[D]). SCRIB. LARG. 56 -issimo oleo (PETRON. 64, 10 *candelabri* [APVL. met. 5, 23. 26]. PLIN. nat. 14, 81. 28, 262). PETRON. 31, 11 tomacula. PLIN. nat. 3, 88 favilla *Aetnae.* 11, 127 cera. 15, 22 torcularibus. 16, 53 -bus *pix* coacta lapidibus. 20, 112 -i suco decocti. 20, 162. 28, 196 haedinus sanguis . . . -s potus. 29, 95 acetum (32, 80 SER. SAMM. 416 GREG. TVR. glor. conf. 64) *al.* SIL. 6, 162 -i . . . pastu. MART. 5, 78, 21 -s cicer et tepens lupinus. PLIN. epist. 3, 14, 2 pavimentum. FRONTO p. 89, 19 N. ad ostium balnei -s. APVL. met. 9, 34 *vinum* -i calore et prorsus ut igne . . . rebullire. TERT. anim. 17 calidae lacus -issimus. PS. CYPR. carm. ad senat. 55 tepidum -sque lavacrum (CAEL. AVR. acut. 3, 8, 93. chron. 5, 11, 134 *opp.* frigida). AVSON. 156, 5 ollas (VVLG. Iob 41, 11 Am. 4, 2). AVG. c. Faust. 12, 14 est enim bitumen -issimum et violentissimum gluten (*cf.* un. eccl. 5, 9). CAEL. AVR. acut. 2, 20, 125 cibum . . . assum atque -em. chron. 3, 5, 72 solium. 5, 1, 24 -bus medicaminibus potis. *spectat ad saporem*: PLIN. nat. 12, 41 radix costi gustu -s (12, 97. 119 mordens gustu -sque. 25, 53. 92. 118. 135 gustatu). 20, 142 -em rutae naturam. 20, 156. 21, 42. 24, 143. 25, 111. 26, 65. 82. *cf.* PERS. 3, 37 libido . . . -i tincta veneno. *trop.*: AMBR. Isaac 5, 49 est . . . fides alia -ior ut vinum, alia lucidior ut sucus est lactis. *nota de animantibus*: PLAVT. Amph. 1030 quem . . . faciam -em flagris. MACR. sat. 1, 17, 48 ὅτι ζέων θεῖ, quia -s currit. **2** *speciatim: de calore siderum, aëris, temporum*: CIC. Arat. 320 sidera (SEN. benef. 5, 24, 1). AETNA 602 -ens ubi Sirius ardet. OV. met. 2, 229 auras. VITR. 9, 1, 15 alias stellas temperatas, alias -es etiamque frigidas *eqs.* CELS. 5, 26, 6 tempus . . . neque -s neque frigidum. SEN. Herc. O. 1524 axe *mundi* (*cf.* TERT. anim. 25. AMBR. hex. 2, 3, 12 *caeli*). Phaedr. 287. benef. 4, 5, 3 caelo. nat. 3, 24, 3 spiritus. 5, 10, 4 a mensium -issimorum gravitate. COLVM. 3, 20, 1 *annus.* 6, 31, 2 sole -issimo (*cf.* PLIN. nat. 18, 342 SVET. vita Verg. p. 62 AVG. in psalm. 48 serm. 2, 3 CASS. FEL. 8. *cf.* ALC. AVIT. carm. 4, 532 *solis* fulgor). MARCELL. chron. II p. 100, 518, 2 imbrem. PLIN. nat. 17, 189 ante -es horas diei. 31, 45 -issimo aestu (PLIN. epist. 8, 1, 1). MART. 9, 90, 12 -s iuba . . . Leonis. 10, 62, 7 Iulius. PORPH. Hor. carm. 3, 29, 12 -issimum anni tempus. epod. 1, 27—28. sat. 1, 5, 78 (*et* SCHOL.) ventus. AMM. 23, 6, 12 -em solis exortum. *regionum, aquarum, fontium*: VITR. 2, 6, 1 terrae. 2, 6, 3 fontes. SEN. Med. 681 Libyae (*cf.* Thy. 357). Thy. 583 Aetnae. nat. 4, 2, 18 Aethiopiam. epist. 80, 3 in -issimo pulvere. COLVM. 3, 12, 6 provinciis (*opp.* locis frigidis). 11, 2, 23 regio. PLIN. nat. 7, 22 harenis (SIL. 17, 448. *aliter l. 40*). 14, 26 -bus locis . . . temperatis . . . frigidis (*cf.* 17, 138 HEGES. 3, 26, 2. CAEL. AVR. chron. 3, 7, 94 igneo in loco vel -i). 15, 20 *solo.* 31, 27

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fontem exundare -i similem. 35, 177 in aquis -bus (APVL. mund. 17 *opp.* tepidiores. PANEG. 7 [6], 21, 7 *Apollinis*). STAT. Theb. 4, 701 -i durescunt flumina limo. AMM. 19, 4, 4 ab usque -i Aethiopiae plaga. HEGES. 2, 9 l. 140. MACR. sat. 1, 9, 18 catervas ... exustas -i *voragine torrentium*. CARM. epigr. 1411, 7 Scythicum frigus, ... -s zona. *rotarum cursu calentium*: OV. ars 3, 396 -i ... rota (Pont. 1, 8, 68 SIL. 2, 199 CYPR. GALL. exod. 432 SEDVL. op. pasch. 1, 14). SIL. 1, 224 non Eleus ... -ior axis (*cf. p. 594, 69*). MART. epigr. 28, 5 currus. *de corporum partibus* (*morbo inflammatis*): OV. met. 4, 120 -i ... vulnere. PLIN. nat. 28, 76 -es anguli oculorum. SER. SAMM. 81 papulas. VINDIC. med. 4 semen -s quidam in liquido spiritu. epist. ad Pentad. p. 486 sanguis (*cf.* p. 491 *syn.* calidus. *opp.* frigidus). *de febri*: MART. 12, 90, 2 gravis et -s hemitritaeos. *nota i. q. nitidus, splendidus*: MART. 10, 74, 6 -is auri ... saccos. **B** *i. q. spumeus, torrens, aestuosus*: OV. met. 3, 571 *torrens* spumeus et -s et ... saevior. MELA 1, 51 *Nilus* atrox adhuc -sque (*opp.* placidior). 1, 102. LAVS Pis. 49 ora *equorum*. AVIEN. Arat. 1424 ducto -is ut obice mundi. CYPR. GALL. exod. 480 undas. *trop.*: HOR. sat. 1, 10, 62 rapido -ius amn ingenium.

II ***translate*: A** *de iis rebus, quae hominum operam postulant sive hominum ope fervent*: RHET. Her. 4, 15, 21 in re frigidissima cales, in -issima friges. CAPITOL. Max. Balb. 1, 3 -issimo tempore. AMM. 31, 7, 5 ne -bus proeliis interesset (*cf.* CASSIOD. inst. div. praef. p. 1106^{D} bella. var. 8, 2, 2 *al.*). AVG. conf. 9, 16 laudes tuae -es, lucentes (SIDON. epist. 9, 9, 4). serm. 209, 2 *orationes*. ZACCH. 1, 17 in opere -issimo. MACR. sat. 1, 20, 15 condicio *temporis praesentis* ... valida -sque est. GILD. Brit. 72 chron. III p. 66, 30 -i exoratione. VITAE patr. 3, 15 propositum. *i. q. citatus, celer*: AMM. 21, 12, 13 -ique impetu procurrentes. SERV. georg. 1, 512 a -i cursu equos ... revocare. **B** *i. q. acer, vehemens*: **1** *animantia* (*apud Christianos imprimis de ardore religioso, cf.* SALV. gub. 4, 92 ardore *fidei religiosae* qui plurimum habet -s esse agnoscitur et fidelis. *seq. opp.* frigidus ... ac paganus): PLANC. Cic. epist. 10, 23, 3 ab illis -bus latronibus. ITIN. Alex. 6 *membra* nullas -i remoras afferrent. PANEG. 10 (4), 28, 3 hostem. ARNOB. nat. 3, 25. MAXIMIN. c. Ambr. 86 -s in latebris, in publico tepidus. VVLG. Iob 39, 24 *equus* -s et fremens sorbet terram (*cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 5, 1 -es equi et inquieti). PS. RVFIN. in psalm. 65, 20 -es ... postea frigide et negligenter securi. AVG. c. Petil. 2, 92, 211 *opp.* pigriores. civ. 18, 52. VRAN. epist. 8 p. 863^{C} -s ut Apollo. DRAC. Romul. 8, 151. 418 tauros. PRISC. periheg. 40 gens. *al.* *accedit a b l.*: CYPR. epist. 72, 1 fidei calore -es. IVL. VAL. 1, 35 indignatione -ior. AMM. 25, 3, 10 ira et dolore -ior. VVLG. act. 18, 25 -s spiritu (*ζέων*. Rom. 12, 11 AVELL. p. 7, 25. 329, 23). CLAVD. 3, 100 plenus saevitiae lucrique cupidine -s. ZACCH. 2, 9 sobolis amore. SACR. Leon. p. 384 sanctorum ... celebritate. AVELL. p. 30, 13. PRAEDEST. 1, 16 p. 592^{C} -issimum ingenio. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 344^{B} aetate (1 p. 16, 16 Butl. *σφριγώσης ἔτι τῆς ἡλικίας*). *c. praepos.*: in *c. abl.*: HIER. epist. 22, 35, 5 in dei amore. AVG. doctr. christ. 1, 29, 30 in eius amore -ior. epist. 159, 3 GREG. M. in Ezech. 2, 5, 7 FACVND. c. Moc. 859^{A}. PASS. Theclae D 18 p. 136, 5 in spiritu sancto. in *c. acc.*: AVELL. p. 23, 22 -s in gloriam divinam. *seq. inf.*: ITIN. Alex. 6 -s irruere quo audendum. DRAC. Orest. 301 ARATOR act. 2, 96. **2** *res* (*animus, ira sim*).: CIC. off. 1, 46 fortis animus et magnus in homine non perfecto ... -ior plerumque est (IVV. 3, 49 ARNOB. nat. 7, 32 RVFIN. hist. mon. 29 p. 453^{B} *syn.* concitatos. VAL. CEM. hom. 10, 5 VEN. FORT. vita Radeg. 26, 63 *al.*). OV. met. 8, 466 ira (HOMER. 747). AMM. 15, 3, 10 Marinus ... naturae -is. AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 24, 1 vis -tior verbi sicut vini. HIER. in Is. 29, 15 sq. p. 396 -ioris ingenii (SIDON. epist. 5, 8, 2 ORIG. in Matth. 18, 44). RVFIN. epist. Clement. 7 calorem -is aetatis. PRVD. ham. 510 luctamen cum ... venis -bus et vitioso felle. cath. 10, 131 sapientia. AVG. virg. 21, 21 -i ac fidenti alacritate. c. Cresc. 3, 45, 49 instantia. *al.* PS. AVG. serm. 141, 5 alacri et -i devotione. AVG. virg. 56, 57 corde -issimo. c. Cresc. 1, 7, 9 -i spiritu (GREG. M. moral. 22, 56 in Ezech. 1, 11, 15 *opp.* lenioris. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345^{B} [2 p. 18, 1 Butl. *σπουδαῖον*]). civ. 22, 8 -iore voce. ZACCH. 3, 3 fides calida, non tamen -s (VEN. FORT. 1, 11, 13). MVTIAN. Chrysost. hom. 19 p. 360 caritatem (CAES. AREL. suggest. p. 303). BENED. reg. 72, 6 -issimo amore (GLOSS. V 413, 39 -issimo ardentissimo). CARM. epigr. 1248, 4 animam. *al.*

syn.: calidus (*saepe; sed cf. etiam l. 66*), concitatus (*l. 55*), fervidus.

opp.: frigidus, gelidus, lenis (*l. 64*), lucidus (*p. 594, 62*), piger (*l. 38*), tepidus (*l. 2. 35*).

neutr. subst. n. **fervēns**, -tis. *i. q. res fervida*: PAVL. FEST. p. 91 forma ... id est -ia. PLIN. nat. 30, 27 si -ia os intus exusserint. 32, 52 refrigerari -ia. APVL. mund. 21 omnium diversitas, ... -ium, frigidorum. Plat. 1, 17 obaequalitas ista sicci humidi, -is ac frigidi. AVG. civ. 21, 4 *calx viva* inde fervescit, unde -ia cuncta frigescunt. in psalm. 147, 22 velocitas ... fervens est; omnia -ia velociora. VAL. CEM. hom. 20, 1 frigida corporum -bus pasci.

adv. **ferventer** *c. comp. et sup.* **1** *proprie, i. q. calide*: AVG. gen. ad litt. 2, 5 p. 39, 2 quae autem celerius *moventur*, utique -ius. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 56 fomentationem parvam paulo -ius temperatam. **2** *translate, i. q. acriter, vehementer*: CAEL. Cic. epist. 8, 6, 5 *Curio* -issime concerpitur. 8, 8, 2 de damnatione -r loqui est coeptum. TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 315, 24 -r adhuc, ut neophytus, ... aliquid in conversatione reprehendendum existimavit. ITIN. Alex. 9 -ius bello usus. 26 obvians. DON. Ter. Ad. 97 -ius *ἀσυνδέτως* dicitur (*cf.* AVG. epist. 33, 3). EXPOS. mundi 24 Tyros ... negotium -r agens. AVG. serm. 206, 1 *actiones Christianas* -ius exercere. 209, 2 eleemosynas -ius erogemus. bon. viduit. 15, 19 continentiam ... mirabiliter et -r exerceant. 23, 28 orate vigilanter et -r (in psalm. 65, 24 *opp.* languide, frigide. *cf.* PS. RVFIN. in psalm. 65, 20). persev. 19, 50 -r hortantibus. AVELL. p. 492, 15 ut -ius utilia expetantur. POMER. 1, 8, 1 excogitet. 1, 13, 1 -ius provocentur. 3, 10, 3 student. 3 ind. cap. 29 scientiae -r invigilant. CASSIOD. hist. 1, 11 p. 899^{B} -issime fuit studiosus. 5, 13 p. 993^{D} defendere Arrii dogma. 6, 34 p. 1054^{B}. var. 3, 51, 11 insultant. VEN. FORT. vita Radeg. 21, 50: PS. PRIMAS. in II Tim. p. 678^{B} 'insta incessanter': -r. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 270^{a} (18 p. 28, 2 *Butl. πάντως*). GREG. M. moral. 19, 50 *opp.* tepidius. RVSTIC. c. aceph. p. 1213^{D}. 1246^{D} -r insurgitis. AVG. epist. 151, 9 vitam ... tam attente -rque Christianam. 185, 31 -ius atque perfectius unitas Christiana profecit. EPIST. MAXIM. Aug. in psalm. 36 serm. 2, 20 ut ad se -ius (*i. citius*) veniremus.

***fervēsco**, -ere [*cf. c.* fervere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 479, 22 *ferbeo*, unde et 'ferbesco'. GRAMM. suppl. 48, 25. 152, 12. 253, 7. 16 *enumeratur in verbis incohativis, quae praeterito tempore carent.* VIRG. gramm. epist. 8 p. 138, 10 cum *quidam* saepe repperire se dicant 'calesco calui' '-o fervi' ... respondebimus non esse hanc rationem veram. *in usu non sunt nisi formae praesentis praeter* -rent: GREG. M. dial. 2, 8 p. 146^{C}. [*per corruptelam in altero genere codd.*: CIC. nat. deor. 2, 27. *dub.* PLIN. nat. 11, 238 *lac* umore -it (frigore serescit *Barbar.*).] GLOSS. *ζέω*. [*hisp.* fervir. *M.-L.*]

I *proprie*: **A** *spectat ad calorem*: **1** *de liquoribus deque rebus liquorem continentibus sive liquore perfusis*: PLAVT. Capt. 917 possentne seriae -ere. LVCR. 6, 851 fontem ... acri sole putant supter terras -ere. CELS. 6, 10 leniterque omnia *medicamina* rursus -unt (*cf.* SER. SAMM. 186. 461 tres ... cocleas. PELAGON. 176. CHIRON 854 -at ex lentore). PLIN. nat. 33, 107 (*de metallis*) -entis et futurae materiae spuma. SER. SAMM. 912 oleo parvas -ere ranas. SOL. 5, 17 Helbesus in medio flumine subita exaestuatione -it. FIRM. math. 1, 7, 16 -entium aquarum salutari fomento. VVLG. Iob 41, 22 -ere faciet (*ἀναζεῖ*) quasi ollam profundum mare (HIER. interpr. Iob *ad l.* -facit abyssum). AVG. civ. 21, 4 p. 495, 9 D. calcem ... aquā -entem ... et oleo non -entem.

2 *de rebus variis: de calore aeris, solis al.*: LVCR. 6, 177 *ventus* mobilitate sua -it. SEN. nat. 4, 2, 18 saxa velut igni -unt. PALLAD. 1, 6, 17 lapides ... hieme rigent, aestate -unt. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 35 cum naturaliter tergora oleo ac sole facile -ant. *de calore corporis humani sive sani sive aegrotantis*: LVCR. 6, 1164 corporis in summo summam -ere partem. PERS. 3, 116 face supposita -it sanguis. FIRM. math. 1, 9, 1 cita ardentium venarum deflagratione -ens *homo* ... exaestuat. 5, 3, 5 ex -entium vulnerum exulcerationibus. HIER. c. Vigil. 2 *carnis ardor*. MARCELL. med. 1, 22 quae -unt in capite cum rubore. *de igni i. q. ardescere*: VITR. 2, 7, 2. *trop.*: ALC. AVIT. carm. 5, 37 spinas nostrae -ere mentis et lucere.

B *spectat ad motum, i. q. incipere fluctuare* (GLOSS. -it scatit scaturrit, scuotit?): **a** *proprie: de mari*: LVCR. 3, 494 in aequore salso ventorum validis -unt viribus undae. 6, 428 freta circum -unt graviter spirantibus incita flabris. SEDVL. op. pasch. 3, 6 ex imis undarum sedibus aestu candidiore. *de vino*: GAVDENT. serm. 2 p. 861^{a} vinum ... propria virtute -it (AVG. gen. ad litt. 6, 13 p. 188, 14 adhuc -at expressum). **b** *translate i. q. discurrere, vagari*: CORIPP. Ioh. 4, 27 rabidos campis -ere Mauros. *i. q. redundare, refertum esse*: ARNOB. nat. 7, 17 viscera ... -ere vermibus et fluctuare.

C *spectat ad sonitum, i. q. strepere, sonare*: MART. CAP. 9, 888 quae tenero moris -ere ludo ... tacent.

II *translate*: LVCR. 3, 289 in ira cum *animus* -it et ex oculis micat acrius ardor. PS. ATHAN. ad mon. 3 p. 73^{D} ne ... in litigium contentiosa *lingua* -at. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 92, 202 p. 126, 9 manus carnificis. CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 118, 9 cuius amore -it *anima*. GREG. M. dial. 2, 8 p. 146^{C} loca eadem in amorem dei. ILDEF. vir. ill. 14 corpore tenuis ... -ens spiritus virtute. ANTH. 88, 4 Melpomene ... tragicis -it iambis. ITIN. Alex. 41 amicis in sua iniuria -entibus. LACT. ira 21, 8 praesentanea commotione -it. LEO M. serm. 45, 4 gaude ... de ipsa paschali festivitate -e. DRAC. Romul. 10, 326 amans. APON. 7 p. 130 *spiritus sanctus* bonae voluntatis igniculo. GREG. M. moral. 16, 63 -it ad iustitiam ... frigescit ad culpam. CYPR. zel. 6 ira -it (CASSIOD. var. 1, 32, 3). PS. RVFIN. in psalm. 73, 16 sicut ... sol inardescit, ita ... sapientia in cordibus electorum per caritatem -it.

opp.: frigesco (AVG. civ. 21, 4 p. 493, 18 D.).

compos.: con-, de-, ef-, in-, refervesco.

[*?* **ferviditās**, -tis *f. v. p. 598, 53.*]

***fervĭdus**, -a, -um [*cf. c.* fervor, fervere. *Th.*]. GRAMM. suppl. 68, 4 ferveo -idus. *compar.* fervidior: CIC. Brut. 108. 129 HOR. epod. 11, 14 CVRT. 10, 10, 10 CYPR. GALL. exod. 549. *superl.* fervidissimus: CVRT. 3, 5, 1 FRONTIN. strat. 2, 1, 2. *legitur inde ab*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ACC. CAES. STRAB. trag. VARRONE CIC., *deest* CAES. SALL. NEP. SEN. rhet. GERM. VAL. MAX. VELL. SCRIB. LARGO MELAE PERS. PETRON. VAL. FL. QVINT. IVV. SVET. VVLG. [*dub. vel corr.*: LVCR. 6, 804 membra† domnus percepit† -a. LVCAN. 5, 415 perfida (-a *pars codd.*) ... inconstantia veris.] [*foroiul.* fierbie '*parva placenta*'. *M.-L.*]

I ***proprie:*** **A** *i. q. calidus* (GLOSS. ξεστός): *de calore siderum, aëris, temporum*: ACC. trag. 582 -o ardore *solis*. CAES. STRAB. trag. 3 per aethram . . . -am ferri facem. CIC. Arat. 108 -us ille Canis (462). 281 rota -a solis. 377 frg. 9, 3 -a lumina flagrant. nat. deor. 2, 27 (*de aethere*) *quarta pars mundi* tota natura -a est et ceteris naturis omnibus salutarem impertit . . . calorem (TERT. adv. Marc. 1, 13 superstitio . . . figurans Iovem in substantiam -am et Iunonem eius in aeream). VARRO Men. 54 fulmen igni -o actum. 269 pictus aër -is late ignibus. rust. 3, 16, 12 aëre [et] temperato, neque aestate -o neque hieme non aprico (LVCAN. 1, 646). LVCR. 4, 407 sol . . . suo contingens -us igni (VERG. catal. 2, 7 rubens arista sole -o). 5, 628 signa (5, 642). 6, 180 *ventus* (PLIN. nat. 18, 339). HOR. epod. 1, 27 ante sidus -um. sat. 1, 1, 38 aestus (CVRT. 10, 10, 10 HIER. epist. 3, 3, 1). carm. 2, 15, 9 spissa ramis laurea -os excludit ictus (*sc. solis*). MANIL. 1, 573 *circulus solstitialis*. /VITR. 1, 4, 2 vaporibus -is *caloris*. 1, 4, 6 caelum (*cf.* SEN. nat. 3, 6, 2 -a natura caeli). SEN. Herc. f. 1060 -e Titan. Herc. O. 70 *leo* iactans -am collo iubam (*ambigue. cf.* AVSON. 382, 8). 723 diem. 1218 -a plaga revulsus Cancer. CVRT. 3, 5, 1 diei -issimum tempus (FRONTIN. strat. 2, 1, 2 anni). LVCAN. 1, 214 aestas (TAC. ann. 14, 24). AVR. Fronto p. 31, 19 N. meridies -a, Putcolana. NEMES. cyn. 157 Phoebus. AVIEN. Arat. 1518 via -a Soli . . . decurrit. AVSON. 384, 3 Sol . . . -is flagrans habenis. CYPR. GALL. exod. 550 -iore coma . . . solis. *de calore regionum, locorum, terrae*: LVCR. 5, 204 duas . . . partis -us ardor . . . mortalibus aufert. HOR. carm. 3, 24, 36 neque -is pars inclusa caloribus mundi nec Boreae finitimum latus. VITR. 6, 1, 8 ex umidis naturae locis . . . et ex -is. 8, 2, 5 ab regionibus -is. SEN. Herc. O. 90 sive glacialem polum seu . . . -am partem (PLIN. nat. 13, 27 in calida *parte* . . . in -a). 1788 orbem -ae . . . plagae (LVCAN. 4, 674. DRAC. laud. dei 3, 300 solverat in cineres coctas plaga -a glaebas). CVRT. 4, 7, 6 -o solo exurente vestigia. 4, 7, 12 aqua . . . in arido solo ac -o sabulo nulla erat. LVCAN. 9, 624 tellus (CALP. ecl. 5, 86. SIL. 14, 591 vitiato -a dorso). *de igni sim.*: LVCR. 5, 1099 flammai -us ardor. OV. am. 1, 2, 46 (*trop.*) flamma *amoris*. VARRO Men. 77 *sol* igni -o . . . eruat frigedinem (SEN. Oed. 928 SIL. 4, 679. 10, 555. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 908[A] ignis . . . -us aridusque natura est [*cf.* p. 907[C] calidus]). SIL. 9, 606 -a pestis *ignis*. NEMES. cyn. 147 -a zonae *flammarum* vincla. *de igni Aetnae sim.*: AETNA 92 Aetna. HOR. epod. 17, 32. SOL. 36, 14 mons . . . ingenuo igni . . . -us. *de calore terris incluso*: VITR. 2, 6, 2 in montibus . . . Baianis vapor -us ab imo nascens (8, 3, 1). 8, 2, 3 habet *terra* in se et calores -os. CLAVD. carm. min. 26, 18 terrae ubera sulphureae -a regna plagae. *de aquis calidis e terra nascentibus*: OV. fast. 1, 272 humor. CVRT. 4, 7, 22 frigida eadem *aqua fontis* fluit . . . -a exaestuat. MART. 6, 42, 5 -ique fluctus Passeris. AVG. civ. 21, 5 fontem. *de calore corporis*: VARRO Men. 405 corporis -os fontium aperis lacus sanguinis. PROP. 3, 17, 13 Bacche, tuis per -a tempora donis accersitus erit somnus. OV. ars 3, 726 oraque fontanā -a pulsat aquā. LVCAN. 2, 557 -us . . . sanguis incaluit (SIL. 5, 256 -us atro pulmone exundat . . . sanguis). TAC. ann. 15, 70 frigescere pedes manusque . . . -o adhuc et compote mentis pectore (*cf.* APVL. met. 5, 13 per pectus, nescio quo calore -um). *huc pertinent*: OV. met. 8, 287 -a cum rauco latos stridore per armos spuma fluit *apro Calydonio*. ELEG. in Maecen. 1, 100 arator liberat . . . -a colla bovi. *de morbis*: LVCAN. 4, 370 -a pestis (*cf.* 6, 96 igneaque . . . et sacro -a morbo pestis). MART. 14, 167, 1 pusula. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 2 cum . . . pungenti et -o dolore. *adde*: SEN. Ag. 19 inter undas -a exustus siti. *de rebus quae movendo calefiunt*: LVCR. 6, 307 -a fit glans in cursu. VERG georg. 3, 107 volat vi -us axis. HOR. carm. 1, 1, 4 -is . . . rotis. *adde de ipso motu*: TERT. adv. Hermog. 45 p. 176, 9 statum . . . materiae . . . turbulentum; ancipitis et praecipitis et -i motus. *varia*: OV. Ib. 290 -us umor aquae. LIV. 23, 19, 13 aqua (*cf* EVSTATH. Bas. hex. 4, 6 p. 908[C] -am qualitatem recipit *aqua* . . . et fit non solum calida, sed et ardens). SEN. Tro. 102 cinis. CVRT. 4, 3, 25 -a harena caenoque decocto. SIL. 1, 178 ossa liquefactis fumarunt -a membris. PALLAD. 1, 33, 1 *stercus* columbinum -issimum. SER. SAMM. 464 furfur . . . parcā fuerit cum -us undā. 774 cauteria.

B *i. q. spumosus, fluctuosus*: VERG. Aen. 7, 24 vada (SIL. 15, 301). HOR. carm. 1, 9, 10 ventos aequore -o deproeliantes. PANEG. 3 (11), 16, 4 quā -um caput Danuvius evolvit. 5 (8), 14, 4 oceanum. AMM. 15, 9, 4 alluvione -i maris. ISID. orig. 13, 18, 2 freta dicta ait Varro quasi -a. *de vino, musto, sapore* (*cf. p. 598, 19*): HOR. epod. 11, 14 calentis . . . -iore mero. sat. 2, 8, 38 vina. OV. trist. 3, 10, 72 musta. PLIN. nat. 20, 113 *apium* sapore acri et -o. COLVM. 2, 13, 3 quia ⟨sit⟩ -ae naturae virus *lini*. AVG. civ. 21, 4 *paleae vis* (*opp.* frigidam).

II ***translate:*** *i. q. acer, vehemens, ira, amore, cupiditatibus inflammatus, commotus* (GLOSS. turpis, iracundus. -a inquieta concitata iracunda. -ae lascivae bromosae). *saepe accedit abl.; gen. infra l. 9*: **A** *de animantibus*: CIC. Brut. 129 genere toto *dicendi* paulo -ior atque commotior. VERG. Aen. 7, 397. 8, 230 -us irā (9, 733 STAT. Theb. 11, 253 CYPR. GALL. exod. 95). 9, 71. 348 furto -us instat. 10, 787. 12, 293 -us advolat hasta. 12, 325 subita spe -us ardet. 12, 748. 951. HOR. carm. 1, 30, 5 -us . . . puer (*cf.* PORPH. *ad l. et* CARM. epigr. 1504, 42 -us Cupido). 4, 13, 26 iuvenes (SEN. Phoen. 411). HOR. ars 116 maturusne senex an adhuc florente iuventa -us (*cf.* SCHOL. Vind. *ad l.*). OV. met. 14, 485 -us ingenio. SIL. 17, 413 -us ingenii Masinissa et -us aevi. OCTAVIA 813 SIL. 1, 386. 5, 320. 7, 327. 9, 129. 422. 14, 545 HOMER. 777. 815 -us Hector. STAT. Theb. 3, 261. 6, 475. 788. 7, 172. APVL. flor. 16 p. 64 amator. ARNOB. nat. 1, 19 *deos* leves ac -os (*sc. amore*) . . . inducitis (*cf.* 5, 29). 7, 6 -is atque indignatione flagrantibus *deis*. CLAVD. 5, 380. 20, 349. 21, 269 Mavors. carm. min. 53, 12. AVG. epist. 159, 1 verbi dei -us ac studiosus auditor. GREG. TVR. vit. patr. 4, 1 caritatis igniculo. CARM. epigr. 812 (*loco lacunoso*).

B *de rebus*: **1** *de oratione*: CIC. Brut. 108 Appi Claudi volubilis, sed paulo -ior oratio erat. 241 -o quodam et petulanti et furioso genere dicendi. 288 novam istam quasi de musto ac lacu -am orationem. VERG. Aen. 12, 894 dicta (CLAVD. rapt. Pros. 1, 76). **2** *de cupiditatibus, consiliis, animo, ingenio hominum*: CATVLL. 64, 218 tua -a virtus. LIV. 2, 52, 7 -i animi vir. 27, 33, 10 praepropera ac -a ingenia (38, 17, 7. SEN. dial. 4, 15, 2 *coniunct.* ignea. 5, 7, 2 *opp.* frigidi atque humilis). PHAEDR. app. 10, 4 exercebat -am adolescentiam (*cf.* OCTAVIA 446). SEN. Med. 558 mentem. dial. 4, 19, 1 potestates *animi* ...-a frigida, arida atque umida. 4, 19, 2 -a animi natura. SIL. 2, 219 -a . . . corda abruptumque . . . ingenium (14, 494). 7, 34 -a Gracchi . . . consulta. APVL. met. 9, 36 mores. ARNOB. nat. 7, 5 -orum pectorum indignatione sedata. AVG. civ. 10, 3 igne -ae caritatis. CASSIOD. in psalm. 17, 50 -a malignitate succensis. 32, 20 iram. inst. div. 28 -a mentis intentione. GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 17 sensus . . . -us . . . furore raptatur. **3** *quasi per enallagen de rebus, quibus homines enixe dant operam*: SVLPICIA Tib. 3, 18, 1 ne tibi sim . . . -a cura. SEN. dial. 5, 24, 4 in aliquod -ius factum. SIL. 8, 11 bella. ALC. AVIT. carm. 5, 481 nulloque tumultu -a consuetos repetunt suspendia census. CASSIOD. in psalm. 7, 12 ubi est -a (*i. praepropera*) vindicta, non est temperata iustitia. *adde*: APVL. met. 8, 4 latratibus -is (ferundis *codd.*) dissonisque.

opp. frigidus.

adv. **fervidē** *i. q. acriter*: RVFIN. patr. 6, 2 -ius equitans et currens. AVG. civ. 5, 21 -e instans.

comp.: praefervidus.

neutr. pro subst.: **fervidum,** -ī. SEN. nat. 4, 8 omnis terrarum evaporatio, cum multum in se -i aridique habeat. CASSIOD. in psalm. 32, 17 -a (*i. celeriora*) nimis incauta sunt.

? **fervigatōs.** PS. PRISC. gramm. III 525, 1 os syllaba terminata in paenultimis producenda sunt, ut . . . armagatos, -s (servigatos *G*), lepos leporis.

[*a* **fervio,** -īre *immerito ducit formas tertiae coniugationis vocabuli* fervere QVINT. inst. 1, 6, 9 *v. p. 590, 23 sq.*]

[† **fervis** LVCR. 6, 804 *habet B in versu corrupto.*]

? **fervitās,** -ātis *f.* NON. p. 46, 19 febris proprietatem *trahit* a -e (*corrector codicis Florent.*, feritate *codd.*, ferviditate *Havet, Archiv 1, 318*) morbi vel mali.

ferula, -ae *f.* [*orig. inc., nisi cf. est c. theodisc.* besamo *anglosax.* besma '*scopae*', *vel c.* festuca. *alii a* ferire *ductum esse censent. Th.*]. ISID. orig. 17, 9, 95 -a vocata a medulla. nam illam Varro tradit esse -ae medullam, quam ἀσφόδελον Graeci vocant. nonnulli a feriendo -am dicunt. [*loc. dub. et corr.*: PHAEDR. app. 15, 10 obiurgari iussit -a (*coni. Müller*, servum *trad.*) garrulum. SCRIB. LARG. 82 faeculae (*M*, -ae *R*) pondo trientem. EVCHER. instr. 2 p. 149, 7 novas ferolas (*sic AV*), *lege* sphaerulas; *spectat ad* exod. 25, 31.] *it.* ferla, *prov.* ferlo. *M.-L.*]

herbae genus (DIOSC. Vind. N 105 C 239[v] νάρθηξ· Ῥωμαῖοι φερουλαμ. GLOSS. -a νάρθηξ. nartecos. ναρθήκιον. ferola ciconium [*q. v.*] margettis [*i.* μαγύδαρις]. aesedrotae [*vel* aescthrotae *anglosax.*]). *de natura, generibus, cultu*: VITR. 8, 3, 13 nec Cyrenis in -is laser nasceretur. COLVM. 12, 7, 1 colligi et reponi . . . -ae cum coliculo silentem quam tenerrimum florem. 12, 7, 4. 5. PLIN. nat. 6, 203 arbores similes -ae. 15, 117 in papyris et -is . . . caulis ipse pomum est (*cf.* 19, 175. 24, 2 -ae asinis gratissimo sunt in pabulo). PLIN. nat. 12, 127 semine . . . muscariis dependente ut -ae. 13, 122 -am inter externas dixisse conveniat arborumque generi ascripsisse *eqs.* 13, 123. 124 semen -ae thapsiam quidam vocavere (*v. l. 81. cf.* GLOSS. semen -ae cacrius. marcax). 16, 179 fungosi generis. 17, 153. 19, 175 -ae duo genera *eqs.* 20, 260 semen aneto simile habet *eqs.* 22, 197 discrevere *fungos* . . . fico -ave. 24, 2 Libero patri assignatur. 25, 30. DIOSC. 4, 148 *al.* PLIN. nat. 12, 126 dat et galbanum Syria . . . e -a (*cf.* DIOSC. 3, 93 EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 919[A] ISID. orig. 17, 9, 95). 12, 127 panacen . . . nascentem . . . -a sui generis quinque cubitorum. 12, 128 -a . . . quae vocatur spondylion. 13, 124 -a sine dubio est thapsia (*cf.* DIOSC. Vind. C 139[v] N 39 θαψία . . . οἱ δὲ φερουλα σιλβεστρις. GLOSS. -a agrestis, minor tapsia). GLOSS. III 590, 52 ros maior id est -a. *de usu: floris foliorumve inter medicamenta*: CELS. 4, 17 adicere

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modo cibo, modo potioni piper, porrum, -am, album papaver. *cf.* PLIN. nat. 20, 260 *sq.* (1, 20, 98). 26, 135 -ae cinis vel carbo, fungus. SER. SAMM. 840 -ae radix (PLIN. med. 3, 20). DIOSC. 3, 85 -a viridis, quam multi enterionem dicunt (*ex errore interpretis*). PLIN. VAL. 2, 36 folia. MART. CAP. 3, 224 ex -ae flore. CORP. IV 5731 (*in parva amphora*) -a. *praesertim ramorum, virgarum: generatim*: VARRO rust. 3, 16, 15 alii faciunt ... ex -is quadratas *alvos* (*cf.* COLVM. 9, 6, 1. 11, 2, 90 PLIN. nat. 21, 80 PALLAD. 1, 37, 6). VERG. ecl. 10, 25 florentes -as et grandia lilia quassans (*sc. coronam*). OV. met. 4, 26 senex -a titubantes ebrius artus sustinet (*cf.* PLIN. nat. 13, 123 baculorum usum senectuti praebet). COLVM. arb. 22, 3 (= 5, 10, 14) *in ferula nucem serendam abscondi*. 11, 3, 53 laxatis ... -ae medullis stercus immittere atque ita semina cucumeris inserere (*v. totum locum et cf.* GARG. MART. pom. 3, 3). PLIN. nat. 7, 198 *ignem* asservare -a Prometheus *invenit cf.* 13, 126 MART. 14, 80, 2 PROB. Verg. ecl. 6, 42 HYG. astr. 2, 15 fab. 144). 21, 55 *ad coronas*. 25, 93 *herbas* in -a ... condunt. APIC. 1, 1 *conditum* commotum -a (*cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 57. 58. ORIBAS. syn. 4, 40 cum ferola nitida). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 110 cuneos ex -is scissis.

in medicina ad ossa fracta reponenda (*ut graec.* νάρθηξ): CELS. 8, 8, 1 ex -a facto canaliculo. 8, 10, 1 (*bis*). 8, 10, 2. 3 in fasciis -isque. 8, 10, 7 neque -is neque canalibus ... sed ... fasciis opus est. COLVM. 6, 26, 1 fissā -ā comprimere testiculos *vitulorum* (*cf.* PALLAD. 6, 7, 1). 7, 5, 18 crura sanantur ... circumdatis -is colligata. 7, 10, 3 strumae -is *funiculo religatis* contingantur. CHIRON 598 VEG. mulom. 2, 47, 3.

praecipue instrumentum ad verberandum, vapulandum (GLOSS. V 423, 28 -a baculus arundineus de maiore genere, si feris, de ipso ardet et non est lividum. 599, 42 palmatoria, vola⟨to⟩ria *Scal.*): HOR. sat. 1, 3, 120 ut -a caedas meritum maiora subire verbera (*cf.* HIER. adv. Pelag. 1, 19 nec gladio dignum scelus -a coercendum. *v. vol. III p. 59, 19 sqq.* VEG. mulom. 2, 45, 4 -a vel virga molli armum caedito). OV. ars 1, 546 quadrupedem -a dum malus urget eques. SEN. apocol. 9 eum ... proximo munere (*sc. gladiatorum*) inter novos auctoratos -is vapulare placet. 15 viderant ab illo flagris, -is, colaphis vapulantem. PLIN. nat. 9, 68 *piscis* -a verberatus. 32, 14 *murenas* -a protinus *interemi*. MART. 2 praef. 10 contra retiarium -a (*proverbialiter; v. Otto, Sprichw. p. 299*). 11, 39, 10 vix a -is temperat ira tua. 14, 80, 1. IVV. 1, 15 manum -ae subduximus (*proverbialiter; v. Otto, Sprichw. p. 135. cf.* HIER. adv. Rufin. 1, 17 epist. 50, 5, 2. 57, 12, 2 MACR. sat. 3, 10, 2 SIDON. epist. 2, 10, 1). 6, 479 hic frangit -as, rubet ille flagello, hic scutica (*nescio an hinc explanandum* SIDON. epist. 3, 13, 4 vesicarum ruptor fractorque -arum). SVET. Cal. 20 -is obiurgari. Claud. 8 -a flagrove ... excitabatur. APVL. met. 9, 28 -a nates eius (*pueri*) obverberans. flor. 12 p. 44 *ferrea clavicula* discenti *psittaco* -a est. VLP. dig. 29, 5, 1, 33 -ā caedi. ANTH. 96, 4 -is culpas tollere. AVSON. 322, 29 sceptrum (*v. l. 56*) vibrat -ae. 393, 1 *Ausonii* -am nunc sceptra verentur. HIER. adv. Rufin. 3, 6 nec tibi, ut dicis, -as adhibeo. PRVD. c. Symm. 2, 862 iamque Lupercales -ae nudique petuntur discursus iuvenum. praef. 8 aetas prima crepantibus flevit sub -is. AVG. conf. 1, 14, 23 a magistrorum -is usque ad temptationes martyrum. 1, 19, 30 -is maiora supplicia succedunt. civ. 22, 22 quid -ae, quid lora, quid virgae ...? CAEL. AVR. chron. 5, 4, 78 -arum tenerarum vel tabellarum ... percussio. SALV. gub. 6, 92 minae ac -ae. GREG. M. dial. 3, 26 ictus -ae. CAES. AREL. reg. mon. 11 de -a in manus accipiat. *epitheta*: COLVM. 10, 21 *terra* pariat ... nec manibus mitis -as. 10, 118 minaces. MART. 10, 62, 10 -aeque tristes, sceptra paedagogorum (*v. l. 45*). *adde*: AVG. c. Faust. 21, 10 p. 581, 9 neminem grammaticum aut rhetorem audierant nec inter lacrimas -arum atque virgarum ista didicerant. AVG. c. Cresc. 4, 6, 7 sine timore grammaticarum -arum. SIDON. epist. 5, 5, 2 post -as lectionis Maronianae. *dubium quo pertineat*: QVEROL. p. 27, 9 -as non habet neque cum turbis ambulat. *per comparationem: de novis cornibus cervi*: PLIN. nat. 8, 117 *cornua cervi* teneris increscunt -is. *de germinibus vitium*: PLIN. nat. 17, 152 -ae ipsae breves et ad summa breviores articuli utrimque sua internodia includunt.

deriv.: ferulaceus, ferulago, ferularis, feruleus.

ferulāceus, -a, -um *a* ferula. *i. q. ferulae similis*: PLIN. nat. 15, 25 caule -o (19, 42. 48. 25, 48. 27, 89). 16, 226 stamineam in hoc usu (*sc. glutinando*) probant venam et vocant -am (*Broterius*, fertile eam *codd.*, feruleam *Harduinus*) argumento similitudinis *eqs.* 18, 52 *culmum*. 19, 62. 173 reliqua sunt -i generis (*cf.* 22, 79. 24, 112. 27, 13. 1, 23, 56). 27, 37 ramos. 27, 106 myagros herba -a (*edd. vett.*, ferutacea *codd.*) est. *i. q. ex ferula factus*: PLIN. nat. 34, 170 rudibus ferreis aut -is.

ferulāgo, -inis *f.* [*a* ferula. *Th.*]. *genus herbae* (*cf. p. 598, 82*): DIOSC. Vind. C 139ᵛ N 39 θαψία· ... Ῥωμαῖοι φερουλαγω. CAEL. AVR. acut. 2, 12, 84 tempora capitis inungentes thapsia, quam nos -em dicimus. 3, 4, 46. 3, 8, 96. 97 chron. 1, 4, 124. 2, 1, 35. 3, 2, 41 suco -is. GLOSS. III 538, 12 semen -is cacrios.

ferulāris, -e *a* ferula. GARG. MART. pom. 3, 3 novam amygdali ... ferulam primo seramus. ... -em alio modo scribit *Columella* (*spectat ad* COLVM. 5, 10, 14 [arb. 22, 3]*?*).

feruleus, -a, -um *a* ferula. *i. q. ex ferula factus*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 25 immittimus *in os* ceram vel tabellam alearem aut -am et ductu contrario fasciolae corrigere tentamus depravata. [PLIN. nat. 16, 226 *v. p. 599, 68.*]

ferumen *et derivata v.* ferr-.

? **ferunculus**, -ī [PLIN. nat. 17, 181 *E*, furunculus *cett.*]. GLOSS. II 580, 7 felis -us (feliculus *Löwe, an* furunculus*?*) merth.

[**feruntа** *v. p. 601, 14.*] **fervo** *v.* ferveo.

✕**fervor**, -ōris *m.* [*cf. c.* fervere, fervidus. *Th.*]. GRAMM. suppl. 74, 13 ferveo -r. LACT. inst. 1, 11, 16 Ζήν appellatus ... a -e caelestis ignis. NON. p. 464 -r cum ex igni sit et flammis, ex contrario et ⟨de⟩ frigoribus positus invenitur. *legitur inde a* VARRONE (*at v. l. 15*) CIC., *deest* CATVLLO CAES. SALL. NEP. TIB. PROP. GERM. MELAE PERS. PETRON. VAL. FL. IVV. QVINT. (*v. l. 15*) MART. APVL. (*v. l. 16*); *plur. legitur apud poetas inde a* LVCR. (*ter*) VERG. georg. 3, 154, *apud scriptores inde a* VITR. 9, 1, 13. [*dub.*: ENN. ann. 545 solum complere cohum terroribus (-bus *Havet*) caeli. QVINT. inst. 10, 1, 117 *coni. Bursian.* APVL. met. 10, 2 facile ruborem (-em *Seyffert*) tenuem deprimens. Plat. 2, 18 cupidines -esque (*Hildebr.*, floresque *codd.*). AMM. 15, 4, 25 *coni. Petsch.*]

fervūra, -ae *f.* [*cf. c.* fervor, fervere. *Th.*]. *in codd. passim scribitur* ferbura, ferbora CHIRON 594. *t. t. medicorum i. q. inflammatio* (GLOSS. *φλεγμονή*): VEG. mulom. 2, 48, 9 inurendus est leviter ... post -am (feruntam *vulg., correct. ex* CHIRONE 110) malagma ... imponi. CHIRON 23 propter -am. 86 donec -a desinat. 107. 317 in -a neglecti. *saepe*. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 11, 2 p. 248, 12 ulcerum -ae (*V*, fervores *rell. codd., gr. φλυκτίδες ἀναζέουσαι*). SORAN. p. 21, 3 dolorem, qui de -a venit. p. 25, 5 ad -am matricis. p. 25, 14. 28, 2 impetum -ae. *al.* PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 1 vesicae ... passiones ... id est -a *eqs.* ORIBAS. eup. 2, 1 D 3 paratrimata, id est inter coxas, quae se de itinere excorticaturas faciunt ex -as. *trop.*: TERT. scorp. 5 sustentata -a (fervore *B*) delicti. *Rubenbauer.*

[**fes** NOT. Tir. 16, 101.]

fescemnoe vocabantur, qui depellere fascinum credebantur PAVL. FEST. p. 86. *cf. Onomast. v. sub* Fescenninus.

fescennīnicola, fescennīnus *v. Onomast.*

fēsiae, -ārum. *v. p. 502, 8.*

fesmerion *nomen herbae.* GLOSS. III 563, 18 malvavisco -n (PS. APVL. herb. 39 *cod. Vrat.* Galli -n).

[Jchm.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

†**fessiminum**. VARRO Men. 138 in somnis venit, iubet me cepa⟨m⟩ esse et -um (sisymbrium *conicitur*).

? **fesso,** -āre. GLOSS. V 360, 8 fessat desonat (419, 21). 427, 54 -at desinat.

fessulus, -a, -um [*a* fessus *deminutive. Th.*]. *i. q. fessus* (*hypocoristice dictum*): DRAC. Romul. 10, 123 venit ... Cupido -us et gremio matris libratur anhelans. *Jchm.*

⁂**fessus,** -a, -um [*a* defessus *tractum, cf.* fatisci. *Th.*]. DIOM. gramm. I 376, 18 fatigor fatigatus sum facit, non -us, et longe falluntur, qui opinantur ex eo quod fatigat -us derivari. PRISC. gramm. II 429, 8 vetustissimi ... 'fatiscor' et '-us' dicebant, ex quo 'defetiscor defessus'. *de forma quae est* fassus: PROB. nom. gramm. IV 212, 4 fetigati an fatigati? melius fetigati, quod fetigo dicatur et fessi, non fassi. fassi autem praeterito tempore confessos, non fatigatos significat. *legitur* fassus GLOSS. IV 74, 10 fassa fatigata (V 500,16), *cf.* SEN. contr. 2,5,5 *infra l. 62.* *de notione*: DIOM. gramm. I 376, 19 differt fatigatus a -o, ut Verrius ait, quod fatigatus, cum quis per alium labore compellitur, ut lassatus, -us vero, cum quis labore deficitur, ⟨ut⟩ lassus. SERV. Aen. 1, 178 -us generale est; dicimus enim -us animo, id est incertus consilii, ut (*Aen. 8, 232*) ..., et -us corpore, quod magis est proprium, et -us rerum a fortuna venientium, ut hoc loco. *cf.* ISID. diff. 1, 241 inter -um et fatigatum et lassum: -um animo et cura, fatigatum ex itineris longitudine, lassum labore. orig. 10, 101 DIFF. ed. Beck p. 57, 16. GLOSS. ad omnia refertur. alias -us consilii incertus. *de usu participiali cf.* PRISC. gramm. II 429, 8. III 222, 5. *legitur inde a* VARRONE, *deest* CAES.

GLOSS. fatigatus, κεκμηκώς, κεκοπιακώς. -i valde fatigati.

I *de animantibus* (*hic illic pro subst.; saepe in abl. abs.*): VARRO rust. 3, 16, 8 -um *regem apium* (PLIN. nat. 11, 54) sublevant *apes* (*cf. de apibus* VERG. georg. 4, 180. 266 COLVM. 9, 13, 7 PS. QVINT. decl. 13, 5). CATVLL. 64, 366 Achivis. SALL. Iug. 51, 3 peditum magna pars ...-a. 70, 2. hist. frg. 1, 128 -us in Pamphyliam se receperat. VERG. ecl. 5, 46. georg. 4, 403 *Proteus.* Aen. 3, 78. 85 da moenia -is. 3, 276 5, 463 -um ... Dareta eripuit *pugnae* (SCHOL Veron. non modo lassum, verum etiam deficientem accipi vult). 5, 615. 717. 6, 845 quo -um rapitis? (SERV. cur me ...-um ad vestram trahitis narrationem? aut certe '-um' tristem ... scilicet propter eorum mortem) 8, 26 animalia. 8, 232 ter -us valle resedit (SERV. egens consilii. ... nam corpore 'fatigatum' dicimus, animo vero '-um'. *cf.* GLOSS. V 200, 7 alias -us consilii incertus). 8, 489 cives. 8, 607. 11, 914 equos *Solis.* 12, 593 Latinis (SERV. auct.: pro afflictis). CVLEX 122. 154 capellae. CIRIS 193. 461 virginis. COPA 31 -us requiesce. HOR. epod. 2, 63 boves (PROP. 4, 9, 4. SEN. Thy. 801 nondum -is bubus [*abl. absol.*]. EVCHERIA anth. 390,22 iungatur -o concita damma bovi). sat. 1,5,17 viator. 1,5,94. 1, 6, 125. carm. 2, 4, 11 Grais (SCHOL. scilicet longo bello). 3, 29, 22 pastor (OV. trist. 4, 1, 11). epist. 2, 1, 221. TIB. 1, 2, 2 occupet ut -i lumina victa sopor. 1, 10, 42 PROP. 1, 3, 42. OV. am. 2, 9, 19 miles (LIV. 6, 8, 7. 22, 51, 1 LVCAN. 3, 496 TAC. hist. 3, 27. AMM. 24, 6, 12 miles ...-us in campis torridis. 27, 8, 8). OV. epist. 20, 14 met. 2, 422. 5, 323. 10, 128 cervus. 10, 480. 11, 352 iuvencos (14, 648). 13, 777. Pont. 2, 2, 38 ales. fast. 3, 15 EPICED. Drusi 306. LIV. 1, 23, 9 ut -os confectosque simul victorem ac victum aggrediantur. 2, 20, 6 exules. 2, 20, 10 -o ... pedite (*abl. absol.*). 8, 10, 4 consurgite ... integri adversus -os (*sim.* 22, 47, 9 -i cum recentibus ac vegetis pugnabant. 23, 29, 5 in recentem equum ex -o transultare. 27, 2, 7 integri a -is pugnam accepere. 28, 13, 8 integri -is subirent. 30, 35, 9 quod integri cum -is ac sauciis pugnarent. 36, 38, 4. 44, 4, 9 VAL. FL. 4, 274 TAC. hist. 2, 26. 4, 17). LIV. 27, 48, 2 agmen. 27, 49, 3 -os abnuentisque taedio laborem. 32, 16, 11 -i vulneratique aliquot. 34, 15, 1. 37, 12, 2 iam omnibus -is (*abl. absol.*). 37, 24, 5 aegris et ob id celerius -is remigibus (*abl. absol.*). 44, 33, 9 deinde ubi -i sint. *passim.* SEN. contr. 2, 5, 5 *mulier* -a est (fassa *codd.*, lassa *Novák.* contr. exc. 2, 5 -a est). VAL. MAX. 3, 2, 23. 7, 4, 1 victores (OCTAVIA 525). SEN. Ag. 393ᵃ. Herc. f. 926 detur otium ...-is. 1077. 1142 Oed. 210. 344 taurus. 716. Phaedr. 291 senibus. 431 *nutrix.* Tro. 125. 449 *Hector* -us ac deiectus ac fletu gravis. benef. 3, 38, 3 dial. 5, 29, 1. nat. 6, 14, 2 suspiria atque anhelitus laborantis ac -i signa sunt. OCTAVIA 350. 728 LVCAN. 1, 345. LAVS Pis. 85 iudice -o (*abl. absol.*). PLIN. nat. 5, 73. 8, 8 *elephanti.* VAL. FL. 4, 514. 8, 79 *draco.* 8, 231. SIL. 1, 209 Titan (HOMER. 616). 2, 253. 4, 479 acies. 4, 698 cohortes. *persaepe.* STAT. Theb. 2, 45 equos. 2, 143 *al.* silv. 1, 2, 59. 2, 1, 16 (*sc. lamentando*). 3, 3, 14 -ique senectus longa patris. Ach. 1, 181. 246 MART. 9, 67, 3 epigr. 25ᵇ, 2 TAC. hist. 2, 42. 3, 26 exercitu (*abl. absol.* PANEG. 7 [6], 21, 2). 4, 34 incompositi -ique. ann. 1, 35 mederetur -is. 3, 21 irritum -umque Romanum impune ludificabatur. 16, 4 PLIN. paneg. 13, 3 APVL. apol. 95 met. 1, 2 *al.* TER. MAVR. 2169. CARM. epigr. 556, 3 q⟨uae⟩ magis debebat fe⟨ss⟩os sepelire pare⟨n⟩tes. NEMES. ecl. 4, 11. CAPITOL. Pius 2, 3 soceri -i iam aetatem. ARNOB. nat. 5, 39 AVSON. 163, 16. AMM. 31, 8, 10 anhelum ... et -um. PELAG. in Rom. 4 p. 665ᴬ ut centum annorum homo ex muliere aeque iam -a. CLAVD. 1, 168 -asque resurgere gentes. 24, 211 Martis. rapt. Pros. 1, 105. 2, 161 *Gigas* -is serpentibus impedit axem. HIER. epist. 22, 9, 1. AVG. civ. 4, 21 cur ... esset invocanda propter -os diva Fessona. 22, 8 -i atque confusi. SIDON. carm. 7, 138 DRAC. laud. dei 1, 730 EVG. TOLET. carm. 4, 7. 12, 7 CASSIOD. var. 4, 36, 1 CORP. VI 33953 INSCR. christ. Rossi II p. 113, 78, 5. *nota de sidere, quod Ingeniculus (gr. Ἐγγόνασι) vocatur*: GERM. 70 -i supter costas atque ardua terga. *accedit ablativus (saepe gerundivi; abl. absol. l. 20), quo indicatur causa defatigationis*: PRISC. gramm. III 222, 5 illa quoque nomina, quae vim habent passivam, ablativo iunguntur: ... -us labore ..., quod etiam participium potest esse. ARVS. gramm. VII 473, 25. VARRO rust. 1, 13, 1 servi -i opere aut frigore aut calore (SALL. Iug. 53, 5 opere castrorum. LIV. 21, 11, 3. 26, 48, 2 TAC. hist. 3, 11). CIC. Planc. 26 inedia fluctibusque. div. 1, 100 Veientes bello -i (VERG. Aen. 2, 109. LIV. 5, 23, 12 -a ... bello ... civitas. *al.* STAT. silv. 1, 1, 23 TAC. hist. 5, 16 ann. 12, 63 IVST. 6, 6, 4. *cf.* LIV. 31, 6, 3 diuturnitate et gravitate belli). CIC. Att. 15, 9, 1 plorando. CATVLL. 31, 9 peregrino labore -i (OV. met. 5, 446. 618 fast. 5, 234 LIV. 4, 41, 7 *al.* SEN. Phaedr. 503 SIL. 1, 180 TAC. hist. 3, 11 IVST. 12, 8, 10 AMM. 29, 5, 36 CORP. IX 2385). LVCR. 1, 257 -ae pecudes pingui. 2, 1038 -us satiate videndi. SALL. Iug. 53, 5 Romani itinere ... et proelio (itinere: Iug. 68, 3 milites -os itineris magnitudine. 106, 5 LIV. 2, 26, 3. 21, 27, 6 *al.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 2 PLIN. nat. 7, 175 TAC. hist. 2, 40. *cf.* ann. 6, 44 longinquitate itineris -os. *cf. infra l. 40 sq.* proelio: LIV. 21, 11, 3 *al.*). Iug. 71, 1 Nabdalsa exercito corpore -us. epist. Pomp. 2 -us scribundo mittundoque legatos. VERG. ecl. 2, 10 rapido -is messoribus aestu (PROP. 3, 24, 17 vasto -i resipiscimus aestu. LIV. 44, 33, 10 PLIN. nat. 7, 175). 8, 85 -a iuvencum ... quaerendo bucula. Aen. 2, 596 -um aetate parentem (SEN. dial. 5, 9, 4 valetudine [TAC. hist. 3, 2 ann. 16, 13] aut aetate. VAL. FL. 6, 444 TAC. ann. 16, 13 VLP. dig. 39, 6, 5 SPART. Hadr. 24, 3. *cf.* OV. met. 7, 163 Aeson ... -us senilibus annis [9, 440. 13, 66 CLAVD. 8, 421]. LVCAN. 3, 729 senectā [PLIN. nat. 8, 147. 224]. PLIN. nat. 8, 206 senectute. VAL. FL. 1, 474 aevo. STAT. silv. 2, 4, 36 senio [TAC. ann. 2, 42]). Aen. 5, 715 -as aequore matres. 6, 503 -um ... te caede Pelasgum (LIV. 22, 48, 6 PHAEDR. 1, 11, 11 PANEG. 10 [4], 26, 4. *cf.* LIV. 25, 6, 13 hostis caedendo -us). HOR. carm. 3, 4, 38 militia ... -as cohortes (SCHOL. Hor. '-as' hic non lassas, sed a labore requiescentes. LIV. 28, 42, 19 TAC. hist. 4, 20). carm. 3, 13, 11 -is vomere tauris. TIB. 1, 3, 88 puella ... somno -a (DICT. 5, 12 -is ... multo vino atque somno barbaris). PROP. 1, 3, 5 assiduis Edonis -a choreis. OV. met. 3, 163 dea ... venatu -a. 9, 293 *Alcmene* -a malis (LIV. 2, 36, 6 SEN. Ag. 37 Thy. 301 nat. 5, 18, 7. VOPISC. Aurelian. 26, 6 fatigatus ac prope malis -us. IVST. 3, 7, 13). 11, 274 Aeacidis -us curaque viaque (cura: STAT. Theb. 8, 260 curis armisque ...-a cohors. via: OV. met. 14, 427 luctuque viaque. LIV. 1, 7, 4. 27, 46, 7 TAC. ann. 14, 54 *al. cf.* LIV. 37, 33, 3 longitudine viae). 15, 628 funeribus. fast. 1, 424 *Lotis* lusu -a. LIV. 1, 54, 6 interrogando expectandoque responsum nuntius -us. 2, 26, 3 -i ... populatione nocturna (9, 20, 4. 30, 42, 5 populationibus vi atque iniuria). 2, 30, 12 Volsci cursu et clamore -i (SIL. 10, 154 TAC. hist. 3, 18). 2, 64, 11 -um stando et vigiliis Volscum (stando: 28, 14, 3. 38, 27, 1. *cf.* VAL. MAX. 1, 5, 4 -a longa standi mora puella. vigiliis: LIV. 5, 48, 6. 22, 52, 2 *al.*). 3, 71, 2 cladibus -i (CLAVD. 26, 129). 4, 41, 7 volneribus (22, 49, 5 *al.* SIL. 7, 707 TAC. ann. 4, 73 AVSON. 432, 1). 5, 48, 6 exercitus stationibus ...-us. 6, 9, 9 oppidanis ... pugnando -is (21, 35, 5 labore ac pugnando. 29, 34, 14 pugnando ac sequendo. TAC. hist. 3, 18. *cf.* LIV. 22, 48, 6 pugnā). 7, 38, 7 se militando -os. 8, 1, 4 certamine (45, 11, 5 *cf. p. 611, 35*). 8, 24, 11 metu (SIL. 10, 154 STAT. silv. 2, 3, 15. TAC. ann. 2, 29 metu et aegritudine). 21, 35, 5 -is taedio tot malorum (29, 33, 8 taedio et desperatione. MART. 12, 57, 27 TAC. ann. 12, 39). 21, 37, 6 muniendo. 24, 24, 2 -us ... uxoris vocibus. 28, 40, 13 mihi vivendo iam, non solum rebus gerendis -o (VAL. MAX. 8, 13, 5). 37, 33, 3 -i morbis (COLVM. 7, 5, 3 -as morbo pecudes. TAC. hist. 2, 94). 44, 33, 10 aestu et languore (CIRIS 223 FRONTO p. 187, 17 N.). 44, 38, 8 itinere fatigatum et onere -um (VAL. MAX. 9, 2 ext. 2). SEN. Herc. f. 78 ipse imperando -us Eurystheus vacet. Phoen. 466 longo ... exilio. LVCAN. 4, 306 epulis. LAVS Pis. 190 te ... studiorum pondere -um. PLIN. nat. 8, 3 *elephanti* -i aegritudine (*cf.* TAC. ann. 2, 29). 36, 87 eundo. 37, 107 praedones fame et tempestate -i. VAL. FL. 3, 511 *Iuno* tot -a minis. SIL. 1, 255 pulvere -um agminis *Hannibalem.* 3, 506 (*per ironiam*) obsequio superum -osque secundis (17, 192. *cf.* 14, 554 -us acerbis). 10, 154 maerore (TAC. ann. 3, 1). 15, 717 -os errore viarum (TAC. hist. 3, 84). STAT. Theb. 3, 362 ipse ego -us quinquaginta illis heroum ... umbris. 4, 431 -a iugis *Diana venans.* 5, 503 -us ... diu puerilibus actis 6, 870 nec sole aut ... pulvere -i. 8, 215 iam *Argivi* -i gemitu (gemitus, *ut ad III pertineat, coniecit Klotz*). 12, 594 sanguine. CARM. epigr. 1533, 9 fortuna infracta ter me -um, *o Fides,* recreasti. TAC. hist. 3, 56 -os hieme atque inopia hostes. ann. 1, 13 -us *Tiberius* clamore omnium, expostulatione singulorum. 3, 63 *legationum* copia -i patres. 12, 13 nivibus et montibus -i. PLIN. epist. 5, 6, 40 ambulatione. FLOR. epit. 2, 6, 6 -i fame, machinis, ferro. NOVELL. Valent. 1, 3, 1 (Mommsen-Meyer) diversis ... incommodis. NEMES. ecl. 3, 3 Pan venatu -us. IVST. 2, 5, 2. 12, 8, 10 exercitus ... victoriarum numero ...-us. 18, 5, 9 -os longa navigatione socios. PS. AVR. VICT. epit. 9, 18 ventris eluvie. AMM. 16, 12, 51 tot aerumnis (29, 5, 15). 25, 3, 12 satietate vulnerum partibus (*sc. pugnantium*) -is. 26, 8, 3 inopiā commeatuum. 29, 5, 52 iacturis multiplicibus. CLAVD. carm. min. 22, 33 suppliciis. GREG. M. moral. 4, 67 p. 673ᴰ amoris tui robore (*cf. p. 611, 4*). *accedit ablativus, quo indicatur qua in*

[Pflugbeil]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

re defatigatio fiat: LIV. 28, 15, 6 -i corporibus animisque (38, 29, 9. SEN. Oed. 1052 -i corpore et morbo graves). VVLG. Iob 3, 17 requierunt -i robore (*κατάκοποι τῷ σώματι*; *cf.* GREG. M. moral. 4, 67 an non robore suo -am se invenerat? *spectat ad* cant. 5, 6. *aliter p. 610, 84*). *accedit accus. graec.*: SIL. 4, 40 agmina ...-a gradum (*Sang.*, gradu *Col.*) multoque gelu torpentia nervos. *accedit genet.*: ARVS. gramm. VII 473, 25 -us illius rei. VERG. Aen. 1, 178 -i rerum (SERV. hoc est penuria fatigati, id est esurientes, quod fere laborem fames subsequitur. *cf.* GLOSS. V 200, 7 Vergilius: -i rerum, ideoque aliquotiens inopes. IV 442, 18 -i rerum inopes rerum. V 500, 56 copiis inopes, esurientes rerum. SYMM. epist. 1, 47, 2 urbanarum rerum -us. AVG. civ. 3, 20 p. 130, 15 D. omnium -a rerum *civitas Saguntina*). SIL. 2, 234 pavitant trepidi rerum -ique salutis. 10, 221 -um certaminis hostem. STAT. Theb. 3, 395 Tydea . . . -um bellique viaeque. SYMM. epist. 1, 13, 2 tabellarius vigiliarum -us astabat. 1, 20, 3 -us virium. AMBR. epist. 19, 30 meretriciis delenimentis -um amoris in soporem compulit. *accedunt praepos.*: de: CIC. rep. 6, 10 me de via -um (ac. 1, 1). in: PLIN. nat. 36, 97 in ea cogitatione -um. TAC. ann. 14, 54 in militia aut via -us. *sequitur infinitivus*: SEN. Oed. 170 *Charon* -us turbam vectare novam. CLAVD. 20, 367 se satis Armenio -um pro limite cingi.

adde: de urbibus, provinciis, terris sim.: SEN. Phoen. 284 non levis -is venit ruina Thebis. VAL. FL. 5, 279 nox . . . rettulerat -is ... silentia terris. SIL. 4, 709 imperio . . . -o (TAC. ann. 11, 24). 13, 450 te . . . -ae eripuit patriae. AVR. VICT. Caes. 9, 1 exsanguem diu -umque terrarum orbem (CLAVD. 5, 406 *quae manus* -i poenam libaverit orbis). HIL. in Matth. 14, 14 *dominus* inveniet *ecclesiam* -am. AMM. 14, 11, 11 provinciae diu -ae. DRAC. Romul. 9, 65 adversus Danaos qui Pergama -a tuetur. *nota*: PANEG. 4 (9), 4, 3 ut . . . novos amnes veluti aridis -ae urbis visceribus infundant. *accedit ablativus*: SALL. or. Cottae 14 provinciae regna maria terraeque . . . -a bellis sint. LIV. 26, 32, 2 *urbem* -am miseranda servitute (STAT. silv. 4, 8, 5 aevo crebrisque laboribus). VAL. MAX. 6, 9, 1 patriam Latino tumultu -am. TAC. ann. 2, 5 -as Gallias ministrandis equis. 2, 42 provinciae . . . -ae oneribus (2, 54 internis certaminibus [*cf. p. 610, 53*] aut magistratuum iniuriis. AMM. 20, 1, 1 cladium congerie). TREB. Gall. 14, 5 malis -a re publica. CLAVD. 8, 473 -aque pensatis respiret Graecia poenis. 15, 17 *Roma* -a negatis frugibus. *accedit* sub: INSCR. christ. Rossi II p. 128, 8, 9 Histria . . . saevo sub scismate -a.

II *de corpore eiusque partibus et de animo*: CIC. Arat. 68 corpus (LVCR. 4, 848 VERG. Aen. 4, 522 TIB. 3, 10, 10 SVLPICIA Tib. 3, 17, 1 LIV. 21, 55, 8. 22, 2, 8 GRATT. 473 LVCAN. 4, 623 TAC. ann. 2, 71. 6, 46). VERG. georg. 4, 190 artus (Aen. 2, 253 [SERV. auct.: aut generaliter, quia omnis dormiens quasi -us: aut '-os' trahendo equum diruendoque murum]. 3, 511. 9, 811 CVLEX 205 HOR. carm. saec. 64 LVCAN. 4, 643 VAL. FL. 1, 48 SIL. 17, 138 STAT. silv. 1, 4, 56 CORP. III 8001). Aen. 3, 581 latus (SEN. Ag. 423 Phoen. 1 dial. 9, 2, 12). 5, 845 oculos. 7, 298 (*Iuno loquitur*) mea numina . . . -a iacent (SERV. fatigata destiti. VAL. FL. 3, 664 oblita ... numine -o Iuno sui). CIRIS 448 -ae . . . fugiunt de corpore vires (VAL. FL. 2, 69. *cf.* TREB. trig. tyr. 15, 1 -is . . . rei p. viribus. APVL. met. 7, 28 victis -isque viribus [*abl. absol.*]. AMM. 27, 2, 8). OV. epist. 2, 90 membra (4, 90 LIV. 22, 2, 6 LVCAN. 4, 640 HOMER. 740). 18, 56 lumina (VAL. FL. 4, 639 STAT. silv. 1, 1, 87). 17, 162 bracchia (trist. 4, 6, 32). met. 3, 502 caput (SEN. Herc. O. 1283 LVCAN. 6, 97). 15, 527 -am . . . exhalari animam (trist. 1, 4, 27 VAL. MAX. 7, 2 ext. 11. GELL. 16, 6, 2 erat . . . -us . . . animus de aestu maris. DRAC. laud. dei 3, 722). trist. 4, 3, 26 ossa. SEN. Herc. f. 1045 cervix (LVCAN. 4, 754). Herc. O. 1413 venas. Phaedr. 1230 manus (VAL. FL. 3, 552 STAT. Theb. 6, 785. *cf.* MORET. 28). Thy. 807 pectore -o renovat veteres . . . iras (VAL. FL. 2, 32 SIDON. carm. 14, 19). Tro. 441 genis. LVCAN. 5, 216 corda. 6, 206 gradibus -is (STAT. Theb. 3, 324 HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 283—284. *cf.* epist. 54, 6, 5 -os ascendentium gressus [CASSIOD. inst. div. praef. p. 1107^{B}]). VAL. FL. 1, 288 -is . . . palmis (4, 326 SIL. 6, 515). 7, 592 incipit *taurus* -o victus descendere cornu. SIL. 1, 529 umeri. 6, 94 depellere -o ore sitim (STAT. Ach. 1, 524). STAT. silv. 4, 2, 30 -is . . . visibus. 4, 3, 105 lacertis. TAC. ann. 4, 52 -a mente (GREG. M. moral. 26, 79). PANEG. 9 (12), 17, 1 -is tuorum dexteris. SPART. Hadr. 4, 10 -a voce loquebatur. CLAVD. rapt. Pros. 1, 124 -aque post primos haeserunt viscera partus infecunda. *accedit ablativus causae* (*gerund. infra l. 78*): LVCR. 3, 458 *corpus et animam* simul aevo -a fatisci (*sim.*: SEN. Herc. f. 1309 animam . . . -am . . . senio nec minus -am malis. STAT. Theb. 4, 358 -um senio latus. ILDEF. vir. ill. 7 -is ... senio artubus). HOR. carm. 2, 7, 18 longaque -um militia latus. TIB. 1, 8, 68 tua iam fletu lumina -a tument (OCTAVIA 117 -a fletu lumina). OV. met. 4, 215 -a diurnis membra ministeriis (11, 625 corpora duris -a ministeriis). 8, 83 curis -a . . . pectora (SEN. Phaedr. 247). trist. 3, 3, 85 vox . . . -a loquendo. LIV. 1, 25, 11 -um vulnere, -um cursu . . . corpus. 23, 32, 9 -os . . . animos . . . esse diuturnitate imperii Romani. SEN. epist. 86, 5 corpus laboribus . . . -um (APVL. met. 6, 2 ⟨vi⟩res diutino labore -ae. AMM. 14, 11, 15 -as labore . . . vires). epist. 89, 22 -o voluptatibus ore. LVCAN. 5, 354 umeris . . . pondere -is (*cf.* LAVS Pis. 75 -a . . . pondere cervix). VAL. FL. 4, 376 -i . . . erroribus artus. SIL. 7, 470 -i . . . nitoris luce cadunt oculi. 8, 83 -as luxu attritasque secundis . . . mentes.

APVL. Socr. 5 p. 131 dextram caedibus -am. HIER. epist. 3, 5, 1 -a ieiuniis membra. CLAVD. 11, 21 membra somno -a.

III *de rebus* (*saepe fere i. q. afflictus, fractus*): LVCR. 5, 308 delubra deum simulacraque -a fatisci. VERG. Aen. 1, 168 -as ... navis (5, 29 [SERV. pro 'nos -os' vel '-as' quassas nec ad plenum refectas]). 3, 145 quam -is finem rebus ferat (11, 335 rebus succurrite -is. GRATT. 438 da -is . . . rebus auxilia. SEN. Thy. 199 numquid secundis patitur in rebus modum, -is quietem? PLIN. nat. 2, 18 SIL. 2, 492. 6, 590. 10, 274 STAT. Theb. 4, 756. 7, 451 TAC. ann. 15, 50 PLIN. paneg. 8, 3 PANEG. 12 [2], 3, 5 TREB. trig. tyr. 9, 1 ARNOB. nat. 1, 25. 28. 3, 24 IVVENC. 4, 297 AVSON. 429, 3). CIRIS 232 tempore quo -as mortalia pectora curas . . . requiescunt (*transl.*; *cf.* LVCAN. 5, 504 armorum -as . . . curas). TIB. 2, 5, 45 super -as volitat Victoria puppes *Aeneae* (OV. met. 6, 520. *cf.* ars 3, 748 ut tangat portus -a carina suos [rem. 811 met. 11, 393. 531 trist. 1, 10, 20]). PROP. 3, 21, 19 -a ... sedarit vela phaselus. OV. met. 4, 634 *pontus* -os excipit *Solis* axes (*sim.*: SEN. Thy. 818 currus *Solis*). trist. 3, 1, 2 da placidam -o *libro*, lector ..., manum. Pont. 2, 1, 2 quo -i vix venit aura noti. GRATT. 538 favillas (*i. paene extinctas*). MANIL. 2, 249 *sidera* -a sedent pigras referentia mentes. 3, 60 *astra* numquam -a volarent. GERM. frg. 4, 22 *Iuppiter* statuit currus quocumque in sidere -os. VAL. MAX. 8, 11 ext. 5 *natura artem* aliquando irritam -o labore (irrito -am labore *Heraeus*) dimittit. SEN. apocol. 2 *Phoebus* -as quatiebat habenas. Ag. 137 inter istas mentis obsessae faces -us quidem et devinctus . . . pudor rebellat. Herc. f. 1250 senectae parce desertae . . . annisque -is (Phaedr. 267. *cf.* LVCAN. 2, 128 senectus. TAC. hist. 1, 12 -a iam aetate Galbae [3, 67 ann. 1, 46. 3, 59. 14, 33. 15, 38 HIER. epist. 22, 35, 4]. CYPR. Gall. 44 omnia vos circum non perdit -a vetustas. INSCR. christ. Rossi II p. 92, 60, 3 tu senium et -ae fovisti taedia vitae). LVCAN. 5, 701 pelagus (SCHOL. tractum est ab animata re; nam ex nimia commotione videbatur defatigari). 8, 166 odium ... futuri proiecit -os incerti pectoris aestus (SCHOL. fluctus cogitationum). PLIN. nat. 36, 120 -is turbatisque cardinibus. VAL. FL. 4, 20 -is pax reddita silvis. 4, 66 iuga. 6, 77 -ae ... rediere sagittae. 7, 25 -is descendunt flamina remis (*cf.* APVL. Socr. 8 p. 140 *avibus* -a sunt remigia pennarum). SIL. 14, 43 -o ... bellandi studio. STAT. Theb. 2, 36 *mons* -is insiditur astris. 7, 748 *mons corruens* exhaustus turbine -o ... medios intercipit amnes. 8, 484 -a iam cuspide (*abl. abs.*). 9, 588 tela. 12, 268 ignis. silv. 2, 2, 48 cum iam -a dies. 5, 4, 4 simulant -os . . . cacumina somnos. PANEG. 8 (5), 12, 3 omnium pietas olim -a respirat. AVIEN. Arat. 324 non ut -a virum repararet gaudia vultu. 1493 luna . . . cornua -a dehiscens (*de luna decrescente*). orb. terr. 160 languida ... aequore iam -o sese trahit unda per *Syrtas*. AVSON. Mos. 369 -a ... ut volveret ostia flumen. CLAVD. 21, 283 nil -a remisit officii virtus. PAVL. PELL. 196 -is . . . impendere curam vinetis. GREG. M. moral. 2, 76 -a torpet prudentia. *quasi pro subst.*: CASSIOD. var. 4, 19, 1 decet principalem providentiam -a (*neutr.*) refovere. *nota locutionem artificiosam*: IVVENC. 4, 507 *Iesus* alloquitur -o nexos languore quietis. *accedit ablativus*: VARRO frg. Non. p. 77, 11 arci (*i. arcūs, nom. plur.*) ... -i pondere (*cf.* VAL. FL. 1, 831 pondere -am materiem). LVCR. 3, 774 domus (*sc. corpus*) aetatis spatio ... -a vetusto. OV. met. 1, 582 *flumina* in mare deducunt -as erroribus undas. VAL. MAX. 7, 4, 4 intolerabili onere -as . . . res nostras. PLIN. nat. 5, 54 *Nilus* spatio -us. STAT. Theb. 3, 582 -a putri robigine pila. silv. 5, 2, 55 *Bolanus* fluctibus occiduis -usque Hyperione Thylen intrarit. TAC. ann. 1, 1 cuncta discordiis civilibus -a. NOVELL. Maior. 2 pr. fessas provincialium ... tributorum exactione fortunas et ... fiscalium solutionum oneribus attritas.

synon. et iuxta posita: anhelus, attritus, confectus, confusus, defessus, fatigatus, incompositus, irritus, saucius, vulneratus.

oppos.: concitus, intactus, integer, recens, vegetus.

deriv.: fessulus.

cf. Onomasticon. *Pflugbeil.*

fēstālis, -e [*a* festus. *Th.*]. GLOSS. -is dies solemnis. -es dies solemnes. IV 77, 1 -is (fitialis *trad.*) dies solemnis, festus. ? 519, 24 (V 362, 36) -is (fitialis *vel* fitigalis *trad. cf. p. 634, 38*) corona sacerdotalis. *adde* IV 518, 52 festialis solemnis. FVLG. serm. ant. 6 Bebius Macer, qui -ia (fastalia *codd. aliquot*) sacrorum scripsit. *cf.* fastalis.

fēstē *adv. v. sub* festus. **fēstiālis** *v. l. 66.*

? **festicae**. VARRO Men. 144 ceteri scholastici saturis auribus scholica dape atque ebriis -cae (*sic vel* -ce *trad.*, sophistice *Bücheler*) aperantologia consurgimus ieiunis oculis.

fēstīditās, -ātis *f.* *vox ficta ab* ISID. orig. 6, 18, 1 *v. p. 622, 62.*

fēstīlis, -e [*a* festus. *Th.*]. GLOSS. IV 411, 35. V 600, 22 -ia dies festi. *cf.* festalis.

festim. *i. q. confestim*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 18, 18 a puero -m ad seculi negotia . . . feruntur. 13 p. 80, 10 *ex coniectura Huemer* (vertim *N, om. A*; virum *Stangl*). *Bauer.*

festīnābiliter *adv.* [*a* festinare. *Th.*]. CORP. IV 4758 (*in tectorio albo*) -r.

festīnābundus, -a, -um *a* festinare. *i. q. festinans, festinus*: VAL. MAX. 2, 8, 5 ramulos -a manu decerpserunt. ITIN. Alex. 28 *Alexander* -us (*coni. Koch*, astu minatus *cod.*, acuminatum *Mai*) Babyloniam accessit. AVG. conf. 1, 11, 17 *mater* curaret -a. MACR. sat. 3, 17, 17 regina.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

festīnanter *v. p. 620, 37.*

festīnantia, -ae *f.* [*a* festinans. *Th.*]. *i. q. festinatio*: ITALA psalm. 77, 33 (Sangerm. Corb. Mozarab. Psalt. Rom. Cassiod. in psalm. 77, 35 *al.*) *defecerunt* anni eorum cum -a (*v. p. 614, 39.* PAVL. NOL. epist. 11, 10 edere. PASS. Tarach. 10 accedentes [*μετὰ σπουδῆς*]). SCHOL. Hor. Vind. ars 145 socium nimia -a . . . dimissum. CHIRON 735 -a exigit. GREG. M. in euang. 30, 2. PASS. Montan. 14 lapsorum abruptam -am.

festīnātim [*a* festinare. *Th.*]. NON. p. 514, 3 -m pro festinanter. *afferuntur* POMPON. Atell. 13 exilui de nocte ad molam fullonis -m. SISENNA hist. 65 praetor -m . . . peditis conducit.

festīnātio, -ōnis *f. a* festinare. *de notione*: DIFF. ed. Beck p. 57, 14 -o praecipitem habet omnis rei facilitatem, properatio id, quod cupit, sua voluntate mature perficit; itaque properatio repellit intenta, -o summam comprehendit celeritatem. GLOSS. *σπουδή*. speusin. *cf.* PLIN. nat. 18, 105 *genus panis* a -e *appellati*, ut speustici (*Gelen.*, sceptrici *vel* sceptrice *codd.*). *legitur inde a* CIC. (*plur. apud* CIC. *l. 26 et* PAVL. NOL. *p. 614, 5*), *deest poetis.* [*loc. dub.*: AMM. 26, 7, 4].

I *de motu*: **A** *pedibus*: CIC. Quinct. 82 quid haec amentia, quid haec -o (*Angelius*, extimatio *codd.*), quid haec immaturitas tanta significat? (S. Rosc. 97 quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas -oque significat? *cf.* Scaur. 30 omnis ista celeritas ac -o . . . illud patefecit). Mil. 49 quid afferebat -is, quod *eqs.* Phil. 5, 22 quod . . . eius iter Brundisinum, quae -o, quae spes *erat*? off. 1, 131 ne aut tarditatibus utamur ⟨in⟩ ingressu mollioribus . . . aut in -bus suscipiamus nimias celeritates. epist. 10, 25, 2 ambitiosa -o. BELL. Hisp. 2, 1 cum celeri -e . . . cum venisset (APVL. met. 10, 12 itur confestim magna cum -e. FIRM. math. 5 praef. 3 VVLG. Dan. 13, 50 Marc 6, 25. Luc. 1, 39 [*μετὰ σπουδῆς*]. PALLAD. hist. mon. II 16 p. 374^{D} [p. 68, 9 B. *θᾶττον*]. BENED. reg. 43). SALL. hist. frg. 4, 16 in oppido -o et . . . terror erat (LIV. 28, 13, 9 propter pavorem -emve. GELL. 15, 22, 6 -e ac tumultu consternata *cerva*). LIV. 28, 8, 10. 45, 1, 1. VELL. 2, 107, 3 eadem . . . -e urbem petens (SEN. dial. 10, 14, 4 qui illos . . . simulata -e transcurrant. SVET. Iul. 18, 1 decessit. ITALA iud. 5, 22 [Verec. in cant. 9, 37] -e[s] festinaverunt [*σπουδῇ ἔσπευσαν*, VVLG. *aliter*]. MAR. MERC. Cael. 1, 4 tota -e perrexit. ORIGO Const. 2, 4 chron. I p. 7, 15 transgressus). SEN. dial. 11, 12, 2 -em necessitas itineris exegit. CVRT. 9, 9, 12 in tumultu -o quoque tarda est. COLVM. 7, 5, 3 modice ac sine -e persequi pecus. PS. QVINT. decl. 2, 19 trepidae -is . . . impulsu. 5, 6 in sepultum . . . corpus nulla -o tam rapida transcurrit. 9, 5 piae -i attulerunt moras (HIER. epist. 3, 2, 3). TAC. ann. 2, 39 veritas visu et mora, falsa -e et incertis valescunt. APVL. met. 9, 21. flor. 21 p. 99 habet interdum et necessaria -o honestas moras. ARNOB. nat. 7, 46 *serpens* ab oculis sese properata agminis -e subtraxit. IVST. 11, 8, 2 magna celeritate Taurum transcendit, in qua -e *eqs.* PALLAD. 4, 13, 7 *ut pulli* in excitata -e non difficile teneantur. VIR. ill. 30, 3 *Luceriam* duo itinera ducebant, aliud longius et tutius, aliud brevius et periculosius; -o brevius eligit. DICT. 4, 7 multitudine ac -e . . . implicari. CORP. III 7080 (*a. 383/392*) ad solacium lavori⟨o⟩sae -is. CASSIOD. in psalm. 32, 17 *equus* pedes praepropera -e permiscet. GREG. M. dial. 3, 7 p. 232^{A} ad episcopum sub -e (*μετὰ σπουδῆς*) pervenit (3, 11 p. 240^{A} sub omni -e [*συντόμως*] recedite). *accedit gen.*: VELL. 2, 50, 3 -em itineris . . . morata Massilia est. CVRT. 3, 8, 26 discurrentium. 8, 2, 27 exercitus. TAC. hist. 2, 24 sequentium.

B *alia ratione: navigando*: CIC. Verr. 3, 99 non ego . . . Veliam parvulo navigio . . . venissem, quo tempore omnis illa mea -o fuit cum periculo capitis. epist. 12, 25, 3 ventis, remis in patriam omni -e properavi. TAC. ann. 16, 2 dantur triremes et delectum remigium iuvandae -i. DICT. 1, 19 in ipsa navigandi -e. *vehendo*: VAL. MAX. 9, 11, 1 tam impia tamque probrosa -e . . . se aeterna infamia . . . commaculavit. TAC. ann. 12, 51 -e continua . . . quati uterus. *de meteoris, stellis sim.*: APVL. mund. 16 *ignis* cursum . . . rapidae -is ostendit (*cf. Ps. Aristot. de mundo 395^{b} 6 πυρὸς . . . φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος διὰ τὸ τάχος*). FIRM. math. 1, 5, 11 *stellae orbes* celeri -e perficiunt. 4, 1, 7 *luna* se stellis omnibus celeri -e coniungit.

II *de qualibet alia actione*: **A** *i. q. properatio, celeritas*: **1** *animantium*: **a** *absolute*: CIC. epist. 7, 8, 1 praeproperam . . . -em (10, 26, 2 VAL. MAX. 4, 1, 2 PLIN. nat. 17, 191 CYPR. laps. 18). BELL. Hisp. 38, 6 ex celeri -e circummunitiones iugo derigunt. LIV. 5, 55, 4 -o curam exemit vicos derigendi. 22, 39, 21 omnia non properanti clara certaque erunt; -o improvida est et caeca (APVL. met. 8, 16). LIV. 30, 14, 2 praeceps (VELL. 1, 16, 1 PETRON. 80, 6 APVL. met. 5, 21 VLP. dig. 26, 7, 7, 1 PAVL. dig. 49, 14, 13, 7 AVG. epist. 143, 4). VAL. MAX. 7, 3, 1 bovem summa cum -e . . . ante aram Dianae constituit (CELS. 7, 16 FRONTIN. aq. 122. ITALA iud. 9, 54 [Lugd.] clamavit cum -e [*ταχύ*, VVLG. cito] VVLG. Soph. 1, 18 *dominus* consummationem cum -e [*συντέλειαν καὶ σπουδήν*] faciet. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 39 in euang. 4, 5 PASS. Theclae epit. 7 p. 162, 27). CELS. 3, 4 p. 78, 23 D. periculosa esse nimia et -o et voluptas solet (CVRT. 3, 10, 3). 7, 26, 2 p. 311, 6 D. SEN. benef. 2, 2, 2. 6, 35, 4. CVRT. 3, 2, 9 Bactrianos . . . -o prohibebat acciri. COLVM. 11, 2, 6 -em adhibere. QVINT. inst. 2, 1, 12. decl. 351 p. 381, 21 -e . . . praecipitari solere omnia FRONTIN. aq. 121 opera sollicita -e explicanda sunt. TAC. hist. 3, 2 -em ipsi utilem esse. VOPISC. Aurelian. 5, 4 *equo* per -em insedit (VVLG. II Macc. 14, 43 *διὰ τὴν τοῦ ἀγῶνος σπουδήν*). FIRM. math. 1, 8, 6 immatura (*v. l. 26*) -e praemoritur. AVSON. 400, 3 periculum . . . inconsulta -e subiturus. VVLG. Ezech. 12, 18 aquam tuam in -e . . . bibe. PAVL. NOL. epist. 43, 2 prout impetus -um habebat. AVG. civ. 19, 12 p. 374, 12 D. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 508^{A} *sermo* -i deservit et tempori. CASSIOD. in psalm. 126, 7 humana -e. 134, 4 religiosa -e.

in dicendo, scribendo sim.: CIC. Att. 5, 14, 3 epistulam plenam -is et pulveris. CAES. Cic. Att. 9, 6^{a} -i meae brevitatique litterarum ignosces. VELL. 1, 16, 1 in hac tam praecipiti -e . . . necessaria praetereunda *sunt*. 2, 108, 2 nulla -o huius viri mentionem transgredi debet. PLIN. epist. 4, 13, 2. AVR. Fronto p. 28, 25 N. haec cum summa -e . . . scribo (TREB. trig. tyr. 33, 8 dicto. ALC. AVIT. epist. 95). HIL. trin. 5, 12 ad unius diei . . . confessionem pia quamvis inconsiderata -e descendimus. HIER. epist. 36, 1, 5 veniam postulans et -is . . . et morarum: -is, quia ad unam lucubratiunculam dictare volui rem dierum; tarditatis, quia *eqs.* AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 1 nec de ulla -is perturbatione. CAEL. AVR. chron. 2, 2, 60 quaedam *dixisse* proterva -e caduca. ENNOD. epist. 2, 20, 1 p. 64, 11 indocilem -em. CASSIOD. var. praef. 17 alia . . . sub -e profundere, alia . . . cogitata proferre. **b** *c. genet.*: *α subiect.*: QVINT. decl. 247 p. 13, 21 etiamsi huius tarditate factum esset, non illius -e. TAC. hist. 3, 52 Priami. GREG. M. dial. 2, 31 ut *lora* dissolvi tam concite nulla hominum -e (*σπουδή*) potuissent. *β obiect.*: *gerund.*: CIC. epist. 10, 26, 2 adipiscendi magistratus . . . praepropera -o. LIV. 28, 40, 6 in Africam traiciendi. 42, 16, 9 uxoris petendae immaturam -em. PLIN. nat. 35, 156 dedicandi. TAC. hist. 3, 25 consectandi. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 7, 341 nocendi. *substantivi*: LIV. 36, 39, 8 si senatus, quod -e triumphi praetermissum esset, id restituere differendo triumpho vellet. CELS. 1 pr. p. 12, 26 D. cibi. TAC. Agr. 36 victoriae. ann. 13, 17 exequiarum. APVL. apol. 84 iudicii. VLP. dig. 28, 3, 6, 9 poenae. ITIN. Alex. 38 operis. EXVP. 6 formidinis. HIL. op. hist. frg. 1, 4 officiorum. **c** *aliae structurae: seq.* ut: NEP. praef. 8 -o, ut ea explicem. *acced.* in: FLOR. epit. 1, 18, 19 in reparando exercitu -o.

2 *rerum*: PLIN. nat. 15, 79 pomi . . . -o . . . ad maturitatem properantis (PALLAD. 9, 4 fruticum). 17, 173 *viveradix* -e pariendi gracilis. 192 legitima naturae -o. PANEG. 10(4), 16, 4 cursum aetatis non expectandum in -e virtutis. VVLG. psalm. 77, 33 defecerunt . . . anni . . . cum -e (*μετὰ σπουδῆς*).

B *i. q. praematura properatio*: CIC. Phil. 14, 5 beneficium -e praeripuisse. CVRT. 3, 5, 14 ne -e periculum augeret. PLIN. nat. 23, 53 *in vino, quod bion appellatur, est* sola pro arte -o (*i. uvis immaturis adhibitis*). QVINT. inst. 1, 1, 32 quantum morae lectioni -e adiciatur. 1, 4, 22 nisi ambitiosa -e plerique a posterioribus inciperent (COD. Iust. 12, 7, 2, 4 (3) quae longis . . . stipendiis defensa iam pollicetur senectus, gratiosa -e subripere). 7, 1, 25 divisionem perdit -o. SVET. Aug. 25, 4 duci . . . -em temeritatemque *non* convenire.

c. gen. subiect.: LIV. 45, 21, 7 omnia intempestive agendi certamen erat: tribuni -em praetoris ante tempus intercedendo (*reliqua corrupta sunt*). TAC. hist. 3, 78 cuncta -e, deinde ignavia Sabini corrupta *esse*. PAVL. dig. 29, 2, 68 ne alterius -e alterius ius laedatur. *adde*: MACR. sat. 1, 14, 14 *tres dies* vitio sacerdotalis -is (*i. sacerdotum XII dies pro IX intercalantium*) excreverant.

C *i. q. impatientia*: CIC. Phil. 3, 2 mea . . . -o non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis. epist. 5, 12, 1 etsi mihi saepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas . . . huic -i meae. 5, 12, 9 nos cupiditas incendit . . . -is. BELL. Afr. 26, 4 in tanta erat -e et expectatione. TAC. hist. 3, 50 -o et aviditas praepediebant. ann. 3, 66 -o extimulabat. MART. CAP. 9, 890 *ne Iuppiter* tantae eruditionis examen deliciosa -e (*i. -e deliciarum causa concitata*) convelleret, qui probandarum numerus superesset, nihil afferens -is exquirit.

c. gen. subiect.: CVRT. 10, 6, 21 in tanta omnium -e non iusta modo, sed etiam necessaria. TAC. hist. 1, 67 avaritia ac -o . . . legionis. PLIN. epist. 10, 64 -em tabellarii . . . adiuvi (PAVL. NOL. epist. 45, 8 exactoris nimiam -em scheda fecit. ENNOD. epist. 6, 6, 3 p. 153, 4 haec in -e perlatoris [7, 11, 2 p 180, 7] celer scripsi. 7, 28, 4 p. 194, 25 veredarii. 8, 31 p. 220, 6 portitoris). PS. QVINT. decl. 2, 10 habeant . . . hanc nefariae cupiditatis -em, quos vitiorum ardor . . . praecipitat. *c. gen. obiect.*: CIC. Att. 13, 1, 2 nec ullum genus possessionis est, quod malim, maxime . . . ob eam causam, quae suscepta est, cuius -em mihi tollis, quoniam de aestate polliceris.

syn. et iuxta posita: ad IA: amentia, immaturitas, celeritas, cursus. *ad IIA*: certamen (LIV. 26, 44, 11). *ad IIB*: temeritas (CVRT. 3, 5, 14). *ad IIC*: expectatio, aviditas, avaritia.

opp.: ad IA: ingressus, mora, otium (CIC. de orat. 3, 211). *ad IIA*: cunctatio (VLP. dig. 26, 7, 7, 1), excusatio (HIL. trin. 1, 32), mora (TAC. hist. 1, 62. 2, 32), tarditas.

festīnātō *v. p. 621, 5.*

festīnātor, -ōris *m. qui festinat, incitat*: MVTIAN. Chrysost. hom. 14 p. 333/4 Olympiaca certamina plurimi vestrum spectaverunt . . . et -es et miratores certantium fuerunt.

1. festīnātus, -a, -um *v. p. 620, 73.*

2. festīnātus, -ūs *m. i. q. festinatio*: POTAM. tract. 1 p. 1413^{c} quantus . . . populi -us.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

festīnē *v. sub* festinus *p. 622, 54.*

[**festīnis,** -e. *teste* NON. p. 482, 31 -em pro festinantem; *affert* TITIN. com. 103 haec res me facit -em; *sed pro coni. praes. verbi festinandi accipiendum esse videtur, cf. p. 105, 4 et 617, 77.*]

festīnitās, -ātis *f.* *i. q. velocitas*: GLOSS. II 580, 3 *cf.* 561, 7.

1. festīno, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* confestim, *fortasse c. cambr.* brys 'festinatio', *hibern.* brass 'rapidus, festinans, promptus'; *v. Osthoff, Indogerm. Forsch. 5, 291 sqq. Th.*]. *de etymologia*: VERR. FL. frg. Gell. 16, 14, 3 -at... a fando dicitur, quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae habent. GELL. 16, 14, 5 commodius ... visum est -are esse quasi fessum esse; nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, sed -at. *de notione*: CATO or. frg. 11, 4 aliud est properare, aliud -are: qui unum quidquid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is -at (*cf.* FEST. p. 234 DIFF. Suet. p. 285 GELL. 16, 14, 2 NON. p. 441, 19 SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 3 St. DIFF. ed. Beck p. 78, 34). NON. p. 441, 24 utrorumque verborum (*sc. properandi et -andi*) ratio sub hac significantia proxima est veritati, ut sit saepe animi properare studiose ad res aliquas contendentis, -are corpore (-is *Merc.*) necessitatibus obsequendi (-ntis *Merc.*). DIFF. gramm. VII 527, 6 qui properat, apparet non esse fessus, qui -at, videtur esse defatigatus. NON. p. 240, 19 ardere -are. CLAVD. DON. Aen. 2, 41 plus est currere quam -are. GLOSS. *σπεύδω. σπουδάζω. ἐπείγομαι.* -a *σπεῦσον* (*cf.* HIER. epist. 106, 23, 2). propera. ISID. orig. 7, 6, 58 Ruth interpretatur -ans *eqs.* NOT. Tir. 57, 70 -at. *confunditur in codd. cum formis verbi* destinare, *ex. gr.*: CAPITOL. Ver. 9, 10 AMM. 23, 6, 40. 26, 5, 11. *legitur inde ab* ENNIO *et* CATONE *per totam latinitatem, deest* RHET. HER. CATVLLO PVBLIL. LVCR. CAES. BELLO Afr. Hisp. NEP. TIB. PROP. VITR. SCRIB. LARGO MELAE PERS. PETRON. [*loc. dub.*: SVET. gramm. 23 -antem *trad.*, haesitantem *Reifferscheid.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 15 festina⟨...⟩.]

I *proprie: praevalet notio celeriter movendi, eundi, discedendi (interdum cum aliis verbis coniunctum adverbii vice ponitur verbum; accedit abl. modi l. 61. 65. 79. p. 616, 25. 38, instr. p. 616, 29,* in *c. abl. p. 616, 53, dat. p. 616, 59*): **A** *de animantibus*: **1** *pedibus:* **a** *absolute*: PLAVT. Asin. 604 -at atque ab hac minatur sese abire. Epid. 79 i sane, si quidem -as magis (LIV. 10, 5, 3). Poen. 336 mitte, amabo. :: quid -as? (Stich. 319 Trin. 615 ANON. Vales. 13, 78). Poen. 523 liberos homines per urbem modico magis par est gradu ire, servile esse duco -antem currere (SALL. Iug. 52, 5 -ans pergit. PHAEDR. 3, 19, 9 abiit -ans domum. EPIT. Alex. 13 iter -ans facere. AVSON. Mos. 163 properant. AMM. 18, 10, 2 VVLG. II Macc. 9, 14. Luc. 2, 16. 19, 5. 6). VARRO Men. 590 est ibi..., si -as, pilleum. CIC. Phil. 9, 6 ille properans, -ans, mandata vestra conficere cupiens. Att. 15, 26, 3 valde ... -o. BELL. Alex. 71, 1 -antem ac praecurrentem Caesarem (HIER. epist. 58, 11, 3 quasi praetereuntem et -antem). VERG. Aen. 2, 373 -ate, viri (STAT. Theb. 6, 810 ite, ... socii, ... ite, opponite dextras, -ate. VVLG. gen. 45, 9 -ate et ascendite [*σπεύσαντες ... ἀνάβητε*]. 45, 13 [*ταχύναντες*] *al.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 393B PAVL. MED. vita Ambr. 47). VERG. Aen. 7, 156 haud mora, -ant iussi rapidisque feruntur passibus. HOR. epist. 2, 2, 72 -at ... redemptor. OV. ars 1, 494 modo -es et modo lentus eas. SEN. contr. 7, 7 (22), 15. 20. CVRT. 4, 10, 13 -andum erat, ne *eqs.* (SORT. Sangall. 50, 7 -a celerius, ne). 5, 13, 10 quantum -are posset. 6, 6, 19 penuria commeatuum -are cogebat. 9, 4, 33 -ando morabantur auxilia (PANEG. 12 (2), 36, 1 se invicem -ando tardare. *cf.* CVRT. 9, 9, 13 multitudo et paucitas -antes morabatur. TAC. ann. 15, 38 pars mora, pars -ans, cuncta impediebant). CVRT. 9, 10, 14 quantum itineris -ando praeciperent (AMM. 21, 15, 1). HOMER. 941. MART. epigr. 3, 7 -vit Arabs, -vere Sabaei. PLIN. epist. 4, 1, 2 -uri quantum itineris ratio permiserit. APVL. met. 1, 17 alta nocte immodice -bas. 6, 25 tanta ... trepidatione -bant. 10, 24 naviter ... incomitata -at. flor. 21 p. 100 quamquam oppido -ent. ITIN. [Silv.] 10, 8 coepimus -are, ut (AMM. 28, 4, 31 effusius omnes -ant praecipites, ut. VVLG. II reg. 4, 4 RVFIN. hist. mon. 9 p. 424A PASS. Fructuos. 3). AMM. 15, 5, 24 -amus ... itineribus magnis. VEG. mil. 3, 6 p. 78, 15 aliis -antibus, aliis tardius incedentibus. VVLG. Ios. 4, 10 -vit ... populus et transiit (8, 14 -vit ... et egressus est; *similiter* iud. 13, 10 I reg. 4, 14. 17, 48. 25, 23. 42 II reg. 19, 16). CLAVD. rapt. Pros. 2, 206 intento -at Delia telo.

b *exprimitur quo*: *α praepositionibus*: ad: *ad locum*: SALL. Iug. 69, 2 ad portas. LIV. 21, 39, 3 ad Padum. 39, 23, 10 ad Naupactum. SIL. 7, 339 ad tentoria. CALP. ecl. 29 ad laqueum. APVL. met. 5, 27 ad scopulum. 9, 40 concito gradu recta -at ad civitatem. 10, 4. ITALA Mich. 4, 1 (Hier. in Mich. p. 474 Aug. civ. 18, 30) -bunt (*σπεύσουσι*, VVLG. fluent) ad eum *montem* populi. AMM. 26, 8, 11 ad *Cyzicum* propere -vit. SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 17 St. ardorem quendam nimiae cupiditatis volens exprimere -asse ad aerarium dixit, ut. HIER. epist. 34, 2, 2 ad sanctuarium. VVLG. Iudith 13, 1 ad hospitia sua (*ἐσπούδασαν ... ἀναλύειν*). RVFIN. hist. mon. epilog. 8 cursu intento ad monasteria. *adde*: BENED. reg. 73 ad patriam caelestem. PASS. Mar. Iac. 1 ad promissa regna caelorum. *ad personam*: MART. 12, 75, 1 ad puellas. APVL. flor. 16 p. 68 ad vos. SPART. Hadr. 2, 6 ad Traianum. SORT. Sangall. 51, 8 tu ad illos (*i. filios*) -a. AVSON. 437, 3 ad Achillem. 445, 3 ad Nestorem. VVLG. gen. 18, 6 in tabernaculum ad Saram. *ad inferos sim.*: APVL. met. 1, 16 ad inferos. 6, 29 ad Orcum. AMM. 31, 15, 3 ad praeceps exitium. RVFIN. hist. 3, 6, 28 ad mortem. Basil. hom. 1, 4 unusquisque mortalium ad certum finem ... tendit ac -at. *nota*: QVINT. decl. 260 p. 67, 13 si paulo mollior frons (*i. iuvenis effeminatus*) ad laqueum, ad praecipitia, ad qualemcumque vitae -asset exitum. ad *c. gerund.*: LIV. 22, 14, 2 -ari ad prohibendam populationibus Campaniam. 27, 16, 10 ad opem ferendam (PS. FRONTIN. strat. 2, 9, 8). TREB. Gall. 3, 1 ad ... filium ... capiendum. DICT. 2, 9 ad navigandum. *ad rem*: SEN. dial. 5, 21, 1 ad bellum (DICT. 2, 37 ad arma. AMM. 20, 1, 3 ad procinctum). PS. FRONTIN. strat. 2, 1, 5 ad curam corporis. 2, 5, 19 ad praedam. 2, 9, 5 ad deditionem. FLOR. epit. 1, 11, 15 ad relictum opus. APVL. met. 11, 18 ad meum ... conspectum. AMM. 21, 9, 6 volucriter ad destinata -ans. 30, 7, 3 ad proposita. in: *in locum*: QVINT. inst. 6, 3, 39 in provinciam. ITALA deut. 33, 2 (Lugd.) -vit (*κατέσπευσεν*) in montem (VVLG. apparuit de). PORPH. Hor. carm. 3, 5, 53 in praedia. PANEG. 12 (2), 23, 1 in ipsum ... solis cubile. VVLG. Agg. 1, 9 in domum (*διώκετε*). ORIGO Const. 5, 18 chron. I p. 9, 11 in ulteriora. *in rem*: SEN. epist. 91, 6 incrementa lente exeunt, -atur in damnum. HOMER. 227 in proelia. FIRM. err. 28, 13 quid sic obstinati furoris ardore in exitium tuum mortemque -as? AMM. 15, 7, 3 in periculum. contra: CAPITOL. Opil. 10, 3 venit contra Macrinum Antonius contra se -antem. adversum: VIR. ill. 76, 5. *β accusativo*: SVET. Cal. 15, 1 Pandateriam et Pontias ad transferendos ... cineres -vit. IVST. 12, 13, 2 Babyloniam. AMM. 27, 8, 1 Treveros. 28, 1, 54 magnis itineribus Romam. PAVLA Hier. epist. 46, 8, 2 Hierosolymam.

γ adverbiis: AMM. 19, 1, 3 aliorsum. APRING. in apoc. 4, 8 'ante faciem ... suam gradiebatur', quia semper est, quo[d] -et.

2 *alia ratione: navigando*: PLAVT. Asin. 157 remigio veloque quantum poteris -a et fuge. CIC. Att. 5, 12, 1 in animo erat nihil -are Delo (Delo *del. Faern., Schiche*) nec me movere. epist. 16, 6, 2 quoniam non contigit, ut simul navigares, nihil est, quod -es. 16, 9, 4 solent nautae -are quaestus sui causa. 16, 11, 1 -are te nolo, ne nauseae molestiam suscipias aeger. 16, 12, 6 cave -es aut committas, ut aut aeger aut hieme naviges. HOR. carm. 1, 28, 35. LIV. 37, 23, 10 -ans ipse praepropere cum quinque solis navibus Hannibali occurrit. VELL. 2, 43, 1 ad sacerdotium ineundum ... -ans in Italiam (SVET. Tit. 5, 3). APVL. met. 5, 12 *sorores* -antes impia celeritate navigabant (PALLAD. hist. mon. I 33 p. 319A). HIER. epist. 53, 11, 2. CASSIOD. var. 5, 19 *ut* nautas ad urbem Ravennatem ... -are compellas. *vehendo*: PLIN. nat. 7, 84 iter vehiculis Tib. Neronem emensum -antem ad Drusum ... in Germaniam. *equitando*: PLIN. nat. 35, 93 Clitum cum equo ad bellum -antem. AMM. 16, 12, 19 *equites* -arunt ad suos. *volando: de avibus*: PLIN. nat. 18, 362 grues in mediterranea -antes. IVV. 14, 84 *aquilarum progenies* -at ad ... praedam. AVIEN. Arat. 1821 longo plurima ponto agmina -ant volucrum. VVLG. prov. 7, 23 velut si avis -et (*σπεύδει*) ad laqueum. Hab. 1, 8 aquila -ans (*πρόθυμος*) ad comedendum. *de apibus*: PS. QVINT. decl. 13, 4 quamquam angusto -retur aditu.

B *de rebus: de corporis humani partibus*: HOR. carm. 4, 11, 9 cuncta -at manus (TAC. hist. 1, 7). APVL. met. 6, 30 -anti vestigio lucubratis viam (VAL. CEM. hom. 2, 3. *cf.* CORP. III 14850 -anti gradu). VVLG. Iob 31, 5 -vit in dolo pes meus (*ἐσπούδασεν ... εἰς δόλον.* prov. 1, 16 pedes -ant, ut [*ταχινοὶ τοῦ*]. Is. 59, 7). *de vehiculis*: HOR. epist. 2, 1, 192 esseda -ant, pilenta, petorrita, naves. *de sideribus*: GERM. frg. 2 b, 20 cursus inaequalis cuncti⟨s⟩: nunc igne citato -are putes, nunc pigro sidere sumpto. MANIL. 1, 349 quem ... conatus Equus comprendere ... -at. COLVM. 10, 57 Phoebus ... tergo ... Croti -at equino (AVSON. 371, 14 *sol* ad Agenorei -ans cornua Tauri. MART. CAP. 8, 848 sol ... eadem ac perpetua celeritate -at). FIRM. math. 4, 16, 5 *luna* ad synodum -ans. *de fluviis*: IVL. HON. cosmogr. B 10 ad oceanum -antes in eum fluunt.

II *translate*: **A** *intransitive*: **1** *de hominibus*: **a** *praevalet notio prompte faciendi, agendi*: *α fere i. q. maturare, celeriter agere, nihil intermittere (accedit abl. modi infra l. 73. p. 617, 21. 23. 28. 43. 52,* cum *p. 617, 10*): PLAVT. Aul. 453 coquite, facite, -ate nunciam quantum lubet. Cas. 763 omnes -ant intus (792) totis aedibus. Stich. 536 -at cum sorore uxor tua. 677. TER. Haut. 125 video alios -are, lectos sternere, cenam apparare (*seq.* sedulo faciebant). CIC. Att. 6, 4, 3 haec -ans scripsi in itinere (PORPH. Hor. carm. 2, 11, 23 *sq.* VVLG. gen. 24, 46 *al.*). SALL. Catil. 6, 5 Romani -are, parare (Iug. 66, 1. 76, 4). 27, 2 dies noctisque -are vigilare. Iug. 39, 2 omnibus modis -are (55, 3). 102, 9 -a atque, ut coepisti, perge. hist. frg. 4, 34 diu noctuque laborare, -are. HOR. sat. 1, 1, 113 sic -anti semper locupletior obstat (*cf.* SCHOL.). epist. 1, 1, 85 -antis eri. OV. met. 6, 59. LIV. 27, 40, 9 causa (TAC. ann. 16, 15) -andi. SEN. contr. exc. 8, 6 quod *erat* -antis, non distuli. CELS. 7, 2 p. 262, 33 D. nisi -are cubantis imbecillitas cogit. SEN. Tro. 455 -a, amove. 630 perge, -a, attrahe. epist. 35, 2 COLVM. 4, 29, 5 PLIN. nat. 18, 227 QVINT. inst. 6, 3, 90. decl. 294 p. 166, 14 maxime -as. TAC. ann. 6, 29 pretium -andi. IVV. 14, 212 quis te -are iubet? APVL. met. 11, 21 *opp.* morari. flor. 1 p. 3 quamquam oppido -em. VVLG. gen. 18, 7 -vit et coxit (*ἐτάχυνε τοῦ*). 19, 22 -a et salvare (*σπεῦσον ... τοῦ σωθῆναι*). I reg. 25, 18. 28, 24 *al.* *in dicendo, scribendo sim.*: VELL. 2, 41, 1 *consulatus Caesaris* quamlibet

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-antem in se morari cogit. 2, 124, 1 mihi tam -anti exprimere *non* vacat. SEN. epist. 40, 8 tantum -et atque ingerat, quantum aures pati possunt. nat. 3 praef. 4 -emus et opus ... tractemus. COLVM. 4, 18, 2 hortulorum descriptio ... ad -andum invitat. STAT. silv. 1 pr. *libelli* mihi subito calore et quadam -andi voluptate fluxerunt. AVR. Fronto p. 83, 14 N. VERVS Fronto p. 130, 8 N. me litteras invitum, querentem, -antem ... dare[m]. *impers.*: SEN. dial. 6, 10, 4 -andum est, instatur a tergo. epist. 27, 4 non quidem cessatur adhuc, sed -etur. TAC. hist. 1, 33 -andum ceteris videbatur. LAMPR. Alex. 2, 1. AMM. 19, 3, 3 adeo vel cum exitio provinciarum -batur (destin- *Bentleius*), ne *eqs.*

accedunt praepositiones: ad: LIV. 1 praef. 4 legentium plerisque ... -antibus ad haec nova. CELS. 7, 26, 2 p. 307, 24 D. ad quam *curationem*. PLIN. nat. 17, 207 ad putationem. VAL. FL. 1, 270 *venator* nostram -et ad hastam (*i. -et ad id robur adipiscendum, ut valeat hastam meam contorquere, Langen praef. p. 6*). TAC. ann. 11, 2 ad perniciem (AMM. 15, 9, 6). VEL. gramm. VII 71, 1 ad brevitatem ... scribendi. SVET. Dom. 16, 2 ad corporis curam. TERT. orat. 5 ad spei nostrae complexum. VLP. dig. 29, 5, 1, 5 ad tormenta. 36, 4, 5, 21 ad sententiam. ITALA psalm. 61, 11 (Cas.) ad rapinas nolite -are (*μὴ ἐπιποθεῖτε*, VVLG. concupiscere). FIRM. math. 8, 11, 1 ad ... concubitus prona libidinis animositate -ans. IVST. 9, 7, 12 ad *ultionem* per parricidium -verat. HIL. ad Const. 2, 8 ad ... dei eloquia. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 94[A] ad odorem suavitatis *verbi dei* ... rapido cursu et tota properatione -ant. *adde*: TERT. bapt. 18 p. 216, 22 quid -at innocens aetas ad remissionem peccatorum? ad *c. gerund.*: CELS. 6, 9 p. 246, 33 D. ad eximendum *dentem*. CVRT. 6, 3, 15 ad repetendas res. VLP. dig. 39, 2, 15, 22 ad decernendum. VVLG. psalm. 69, 2 ad adiuvandum me -a (*πρόσχες*). ZACCH. 1, 33 neque ad ulciscendum celeri indignatione -at *deus*. *in dicendo, scribendo sim.*: HOR. ars 148 *Homerus* ad eventum -at (LIV. 6, 4, 5 ad effectum operis. DON. Ter. Andr. 851 ad exitum ... et resolutionem fabulae. *cf.* Hec. 143. 715). PLIN. nat. 3, 42 ad singula ... edissertanda ... -ari. QVINT. inst. 4, 3, 8 iudex ... -at ad probationem. IVV. 10, 273 ad nostros. TERT. nat. 2, 10 ad foediora. PANEG. 5 (8), 9, 5. AVSON. 419, 51 ad blandiora. SCHOL. Cic. Gron. A p. 348, 4 St. AVG. civ. 22, 8 p. 608, 23 Vind. *i. q. pronum, propensum esse*: LAMPR. Heliog. 3, 3 hominum ad credulitatem -antium. PS. RVFIN. in Am. 8, 4—6 increpabitis ... transeuntis otii tarditatem ad actuosa nimirum tempora -antes. VAL. CEM. hom. 15, 1 quis non sapiens ... ad martyrium ambitiose -et? PASS. Thom. p. 147, 14 ad opinionem *apostoli*. in *c. acc.*: QVINT. decl. 388 p. 438, 3 -vit in bona. AVG. civ. 16, 37 p. 185, 15 D. huic operi modus moderate imponendus nos in alia -are compellit. MART. CAP. 1, 36 in thalamum (*i. nuptias*) primaeva affectione -ans. CAEL. AVR. acut. 3, 5, 58 in materiae detractionem. COD. Iust. 1, 51, 14 pr. (*a. 529*). in *c. abl.*: HOR. epist. 1, 16, 68 in augenda -at et obruitur re. PLIN. nat. 19, 103. ITALA psalm. 21, 20 (Cas.) in auxilio meo -a (*πρόσχες*, VVLG. ad defensionem meam conspice). VVLG. Sirach 18, 14. RVFIN. Orig. in gen. 4, 1 -atur in omnibus, ... nihil per otium geritur. de: NIGID. Gell. 9, 12, 6 de cuius periculo et exitio -atur, is ... infestus dicitur. circa: AVELL. p. 60, 29 circa ordinationem. CAEL. AVR. acut. 1, 11, 89 circa mutandum curationis cursum. ab: GRATT. 116 ab expertis -ant usibus omnes. pro: AVELL. p. 232, 14 pro pace ecclesiae modis est omnibus -andum. super: VVLG. IV Esdr. 4, 34 non -es tu super altissimum.

β i. q. praemature, praepropere facere: CIC. Att. 16, 15, 3 quid ... -amus? epist. 16, 4, 3 nulla in re iam te -are volo. OV. Pont. 3, 1, 140 spem -ando praecipitare. CELS. 6, 6, 8 p. 229, 25 D. SIL. 8, 271 num -ant, quos ... tertius exurit lacrimosis casibus annus? PAPIN. dig. 39, 5, 29, 2 quoniam adversus bonos mores ... -asset. TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 589, 5 *opp.* retardasse.

γ i. q. morae impatientem esse, urgere: CIC. Att. 6, 2, 10 urget turba, -at Philogenes. epist. 12, 22, 4 plura scripsissem, nisi tui -rent. TAC. hist. 2, 79. PLIN. epist. 2, 12, 6 -anti et diligenti tabellario (HIER. epist. 32, 1, 1 *cf.* 7, 2, 3). 4, 15, 11 si -are videor, ignosce. MART. CAP. 4, 423.

δ i. q. occupatum esse, satagere: CIC. Att. 10, 6, 1 -bam eramque occupatior. CELS. 7, 4, 4 p. 268, 26 D. haec ratio curationis longa ... est; qui -ant *eqs.* TAC. dial. 19 -are se testantur *iudices* (FORTVN. rhet. 2, 20 p. 113, 7). GELL. 14, 2, 9 amici ... se circum undique distrahentibus causis -antes. VVLG. Sirach 11, 11 est homo laborans et -ans (*σπεύδων*).

b *i. q. trepidare, turbari, commoveri* (GLOSS. -at trepidat): PLAVT. Cas. 432 ut ille trepidabat, ut -bat miser (TER. Ad. 323 quid trepidas? .... :: quid -as? SALL. Catil. 31, 2 Iug. 85, 10). 558 miseri ut -ant senes. Merc. 367 unde incedis, quid -as? .... :: recte. TER. Eun. 650 quid -as? (DON. propere turbaris et trepidas). TITIN. com. 103 haec res me facit -em (*v. p. 615, 2*). SALL. hist. frg. 2, 46 -antibus in summa inopia patribus. ITALA psalm. 47, 6 (Cas.) -erunt et expaverunt (*ἐταράχθησαν*, VVLG. conturbati sunt).

2 *de rebus (plerumque personatis)*: SEN. apoc. 4, 1, 12 sponte sua -at opus (*i. celeriter perficitur*. SIL. 1, 244 partem *operis* ... subire, si valli -et opus [*i. instet*]. *aliter* VVLG. Is. 5, 19 -et et cito veniat opus eius [*τὸ τάχος ἐγγισάτω*]). SEN. dial. 3, 18, 1 ratio ... tempus dat ..., ira -at. 10, 8, 5 vita -at (*cf.* VVLG. Sirach 38, 19 a tristitia ...-at [*ἐκβαίνει*] mors [CARM. epigr. 1055, 7 mors -ans [*i. praematura*] crescentis ⟨abstulit annos⟩. 1262, 4 te -ans apstulit atra dies]. MAR. VICTOR aleth. 3, 225 -ante senecta). PLIN. nat. 16, 98 -at (*i. mature germinat*) ... platanus (19, 7 *de lino*). STAT. silv. 3, 4, 24 -antia sistens fata (AVSON. 179, 5). MART. 5, 10, 11 ne -ate, libelli. QVINT. inst. 2, 4, 9 mihi ne maturitas quidem ipsa -et (*i. propere efficiatur*). PS. QVINT. decl. 4, 13 ut saeculorum infinita series per assiduas temporum vices sua lege -et (APVL. flor. 9 p. 40 -antibus mensibus). APVL. met. 5, 7 -antibus (*i. celeriter ingestis, cf. p. 620, 50*) saviis. mund. 9 *grandinat*, cum aqua nubem lapidoso pondere et -ante perrumpit. MIN. FEL. 11, 5 ni -et oratio (PANEG. 8 (5), 1, 5. HIER. epist. 49, 17, 1 epistolari ... brevitate). ITALA psalm. 15, 4 (Cas.) multae factae sunt infirmitates eorum, postmodum -arunt (*ἐτάχυναν*, VVLG. acceleraverunt). VEG. mil. 4, 39 privatarum mercium -at audacia. VVLG. Sirach 28, 13 lis -ans (*κατασπεύδουσα*, *i. praecipitans*) effundit sanguinem. CLAVD. carm. min. 40, 21 crebra ... facundo -et littera cursu. MAR. VICTOR aleth. 3, 480 -antem natorum fallit amorem.

accedunt praepositiones: ad: CIC. Phil. 1, 3 ad singulare ... M. Antoni factum -at oratio (PLIN. nat. 35, 60 expositio ... -ans ad lumina artis). 2, 47 ad ea, quae *Antonius* cotidie facit, -at animus (12, 22 *v. l. 33*. PLIN. nat. 6, 79 ad Taprobanen insulam). EDICT. imp. Diocl. I 6 *avaritia* ad incrementa sui et augmenta -at. PALLAD. 4, 9, 7 ad quam (*aquam*) -ando tales (*i. longi et teneri*) efficientur *cucumeres*. HIER. in Is. 41, 17 sqq. p. 502 *arborum* sublimitatem et verticem ad caelestia -antem. epist. 64, 18, 8 labuntur ... tempora et ... ad futura -ant. in *c. acc.*: TERT. ieiun. 8 ut in centurionem Cornelium ... dignatio spiritus sancti ... -asset. FIRM. err. 16, 5 capta mens ... in exitium suum prona animositate -at. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 51 motio nusquam requiescit ... in omne genus motus -ans. VVLG. Sirach 11, 24 benedictio dei in mercedem iusti -at (*i. iusto praemium tribuere properat*). AVG. civ. 3, 13 p. 112, 26 D. *nisi* sermo in alia -ret.

accedit quo: CIC. Phil. 12, 22 tres viae sunt ad Mutinam, quo -at animus, ut *eqs.* RVFIN. Orig. in lev. 1, 4 desursum ... est divinitas Christi, quo ignis iste -at.

B *transitive*: **1** *c. accus.* (*inde ab* ENN. *l. 47. accedit dat. l. 54, abl. instr. l. 45*): **a** *i. q. accelerare, celeriter aliquid conficere, tractare* (*cf.* ARVS. gramm. VII 474, 31 -o illud): *α pronomina sim.*: SALL. Catil. 42, 2 -ando, agitando omnia. Iug. 64, 6 animo cupienti nihil satis -atur. 73, 1 cuncta parat -atque (TAC. hist. 2, 82 ann. 6, 50. DICT. 3, 1 summis studiis). Iug. 77, 1 id (81, 4 id ... -bat, Bocchi pacem imminuere. QVINT. inst. 6 pr. 2 id agentem ... -antemque metu. FRG. Vat. 35, 5 id properant atque -ant, ut. AMM. 18, 2, 19 id -atum [destin- *Cornelissen*] est maxime, ut). TAC. hist. 1, 76 pleraque sine modo. APVL. apol. 74 quod antea nimio studio -arat (*opp.* prohibere. DICT. 2, 8. AMM. 22, 12, 3 maximis molibus). AMM. 19, 10, 1 haec ... -antur. *β substantiva*: ENN. scaen. 426 †festinum -ant (*i. omnibus apparatibus agunt*) diem. SALL. hist. frg. 1, 81 profectionem. hist. frg. inc. 20 soleas -ate (*i. celeriter date vel induite. cf.* SERV. auct. Aen. 12, 425 *cum nota*). VERG. Aen. 4, 575 fugam (APVL. met. 4, 5 CARM. de Sod. 77). Aen. 6, 177 iussa Sibyllae, haud mora, -ant. AETNA 32 opus (STAT. Ach. 1, 160 -atos ... labores [ANTHIM. pr. p. 8, 14]. MART. 9, 76, 7 -atis incidit stamina pensis. DICT. 1, 16 munia militiae). AETNA 260 -ant arva coloni. HOR. epist. 1, 2, 61 *iracundus* poenas odio per vim -at inulto (LIV. 24, 26, 15 supplicium. PANEG. 12 (2), 38, 5 ultio -ata). OV. met. 11, 575 *Alcyone* -at (*i. celeriter conficit*) vestes (STAT. silv. 2, 1, 129). Pont. 4, 5, 8 ut -atum non faciatis iter (AVR. Fronto p. 15, 17 N. PANEG. 12 (2), 39, 2 IVL. VAL. 2, 31 AMM. 14, 7, 10. 16, 10, 20 iter in Illyricum -vit. 17, 12, 4. 25, 8, 12. 17. 26, 7, 1 VEG. mil. 3, 22 p. 115, 2. VVLG. Sirach 43, 5 *de sole*. STAT. Theb. 2, 478 vias. FIRM. math. 8, 1, 6 -ato ... gressu. AMM. 26, 6, 18 -atis passibus. HIER. epist. 1, 12, 1 -ato sol cursu occasum petit). SIL. 8, 52 pyram. 11, 193 -ata citus per campos signa movebat. IVV. 4, 96 mors ... gladiis tam -ata (*cf. p. 620, 83*). TAC. hist. 1, 90 -ata iam pridem exactione. 2, 57 -atis per Gallias dilectibus. 3, 37 cum belli civilis praemia -rentur. 3, 55 comitia. ann. 1, 6 caedem (14, 33 neque ... capere aut venundare aliudve quod belli commercium, sed caedes, patibula, ignes, cruces ... -bant). 4, 28 mortem in se -vit. 6, 44 -ati casus. 12, 25 adoptio ... -atur. 15, 71 -ata indicia. SVET. Aug. 69, 1 nuptias. 87, 1 -atae rei velocitatem (APVL. Socr. prol. p. 108 PANEG. 12 (2), 43, 2). APVL. met. 3, 25 remedium -bitur tibi. ITALA psalm. 54, 9 (Cas.) -bo refugium mihi (LXX *et* VVLG. *aliter*). AVSON. 390, 22 -ato tempore (VVLG. Sirach 36, 10 [*σπεῦσον*]. VIRG. gramm. epit. 14 p. 82, 24). 419, 24 -ata bonitate. MART. CAP. 1, 25 *licet Mercurius* remorata statione consistens captet demum -ata praevertere. 2, 181 -atur ascensus. NOVELL. Iust. 30, 11, 2 causam -atam (*διεσπουδασμένον*) nobis. *nota de hominibus*: PS. QVINT. decl. 9, 8 p. 174, 24 -atum par *gladiatorum* producitur.

b *i. q. aliquid praefestinare, praepropere agere*: LVCAN. 5, 660 -ata dies fatis (MART. 7, 40, 7 -atis raptum ... annis). 8, 24 -atos nimium sibi sentit honores (PLIN. paneg. 69, 5 PANEG. 12 (2), 7, 2). MART. 10, 2, 1 -ata ... cura libelli (*cf.* 2, 91, 3 -atis ... libellis). 13, 127, 1 dat -atas ... bruma coronas. QVINT. inst. 6 pr. 10 celerius occidere -atam maturitatem. TAC. hist. 3, 15 *ni* -ato proelio victoriam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praecepisset (4,67 -atum temere proelium). ann. 1, 52 missione -ata. 3, 64 -ati ... reditus. TERT. scorp. 1 p. 144,16 tutelam. AMM. 25, 9, 11 pactionis -atae. 30, 1, 6 -ato studio. VVLG. prov. 13, 11 substantia -ata (ἐπισπουδαζομένη) minuetur (*seq. opp. paulatim colligere*). Sirach 28,13 certamen -atum (κατασπευδομένη). CLAVD. 28,224 ni calor incauti male -atus Alani ... turbasset opus. CASSIOD. art. 3 p. 1180^{D} *enthymema est* oratio, in qua ... infertur -ata conclusio. *nota de hominibus*: TAC. Germ. 20 nec virgines -antur (*i. immaturae collocantur*).

2 *accedit infinitivus* (*saepe fere i. q. cupere, studere; accedit* animo *l. 61, cf. etiam supra p. 618,39*): **a** *de animantibus (de bestiis l. 16): infinitivus verborum motum exprimentium*: CIC. Phil. 3, 24 fugere -ans senatus consultum ... fecit (PLIN. nat. 9,29 effugere). Att. 3, 26 -a ad nos venire (AMM. 17,5,8 VVLG. I Macc. 13,21 *al.* CASSIOD. var. 4,48,2. 5,26,2 GREG. M. epist. 6, 3. 25 INST. Iust. 3, 7, 4. LIV. 24, 35, 9 praevenire. VELL. 2,59, 5 pervenire [PLIN. nat. 10,68 cychramus ...-at ... pervenire ad expetitas sibi terras. GREG. M. in Ezech. 1,4,7]). CIC. epist. 3, 6, 2 decedere (VVLG. eccles. 8, 3). 7, 23, 4 migrare SALL. Iug. 64, 4 abire (ire: SALL. Iug. 68, 1 ultum ire iniurias -at [*cf.* AMM. 29,1,19 eversum ire]. OV. trist. 1,3,52 quo -as ire vel unde. ITIN. Alex. 47 *al.* CVRT. 4, 6, 30 adire. AMM. 26, 5, 15 redire [HIER. epist. 29, 1, 3 PALLAD. hist. mon. I 22 p. 302^{D}. θελήσης p. 103, 3 B.]. AMM. 27, 6, 10 anteire. VEG. mil. 3,20 p. 108,13 circumire. ISID. orig. 7,6,58 transire). SALL. Iug. 81, 4 *v. p. 618, 41.* CVRT. 5, 13, 11 sequi. QVINT. decl. 248 p. 17, 28 -vit tam cito in patriam reverti. TAC. ann. 2, 77 appellere. 14,33 *v. p. 618,66.* PLIN. epist. 10, 1, 1 admovere (*trop.*). APVL. met. 8, 7 demeare. ITALA Luc. 19, 5 (cod. e) descendere (ITIN. [Silv.] 4, 1 ascendere. VVLG. II par. 10, 18). PANEG. 12 (2), 37, 1 occursare (AMM. 31, 12, 3 occurrere). PS. AVR. VICT. epit. 40,7 ingredi (VVLG. Hebr. 4, 11. AMM. 16, 12, 51 egredi. 21, 12, 9 transgredi). AMM. 18, 2, 14 transferre. *al.* COD. Theod. 8, 5, 57 properare. NOVELL. Iust. 37, 10 convolare.

verborum variorum (*inf. perf. l. 42*): NIGID. Gell. 9, 12, 6 opprimere ... studet -atque. POLLIO Cic. epist. 10, 33, 3 confligere. BELL. Alex. 27, 4 praeripere (*cf.* SALL. Iug. 21, 3 antecapere). SALL. hist. frg. 2, 103. VERG. georg. 4, 117 *ni* terris -em advertere proram. HOR. epist. 1, 2, 12 componere lites. 1, 2, 38 demere. LIV. 1, 25, 9 defungi proelio. 7, 9, 4 praeferre. 34, 59, 6. 40, 11, 7 scelerate cupit, qui transcendere -at ordinem. RVT. LVP. 2, 7 VAL. MAX. 5, 9, 1. SEN. benef. 4, 40, 5 reddere. 6, 39, 1. CVRT. 3, 7, 1 occupare. 6, 3, 14 videre (APVL. met. 4, 34 VVLG. I Thess. 2, 17. GREG. M. epist. 8, 22 revidere). CVRT. 6, 11, 32 COLVM. 4, 27, 1 LVCAN. 4, 137 SIL. 8, 245. 9, 154. 14, 546. 16, 123 restinguere (APVL. met. 10, 26 extinguere). MART. epigr. 32, 2 placuisse (CASSIOD. var. 5, 42, 1 PALLAD. hist. mon. I 1). 12, 29, 17 QVINT. inst. 9, 4, 146. decl. 309 p. 215, 19 optare nuptias. TAC. dial. 3 maturare ... editionem -o. APVL. met. 4, 34 nuptias obire. 6, 20 terminare. 8, 18 PS. APVL. Ascl. 9. VLP. dig. 49, 1, 6 pr. perire (PANEG. 9 (12), 23, 4. CASSIOD. inst. div. 16 omni modo in aeternum perire -at. HIER. epist. 1, 3, 4 interire). ITALA iud. 9, 48 (Lugd.) facere (ταχέως ποιήσατε, VVLG. cito facite. COD. Iust. 1, 27, 2, 15. CASSIOD. inst. div. 33 p. 1150^{B} proficere. ORIG. in I reg. 7 effici). COMM. instr. 2, 1, 36 ITIN. [Silv.] 30, 3. AVSON. 127, 2 glossas ... tradere natis. AMM. 21, 4, 1 rapere (HIER. epist. 16, 2, 2. 22, 4, 2. 39, 6, 3 eripere). 22, 1, 1 praescire (RVFIN. Adamant. 4, 3 scire. EVOD. Aug. epist. 158, 1 nosse. VAL. CEM. hom. 1, 8 agnoscere). AMM. 25, 9, 1 complere (VVLG. Esth. 3, 15 explere. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109^{D} emendationem ... adimplere modis omnibus -bunt). 27, 9, 2 superare. *al.* VEG. mil. 2, 3 percipere. AMBR Noe 18, 65 excipere. VVLG. III reg. 22, 9 adducere. Is. 8, 3 (*syn.* accelera). *et saepe.* CYPR. GALL. iud. 231 femineo -at vivere dono (CARM. epigr. 561, 5). COD. Iust. 1, 27, 1, 20 servare (7, 37, 3, 5 observare. NOVELL. Iust. 62, 2 ep. conservare). COD. Iust. 2, 36 (37), 1 venditionem rei praecipiti animo ... contrahere -vit. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 22 *prodesse.* CORP. XIV 2795 universis .. prodesse.-et. INSCR. christ. Rossi II p. 57, 19 ⟨quisquis⟩ ad aeternam (-um *cod.*) -at tendere vita⟨m⟩.

b *de rebus* (*inf. pass. l. 82*): AETNA 563 fabriles operae rudibus contendere massis -ant. OV. fast. 5, 546 sidera mundo cedere -ant (VVLG. Ios. 10,13 *de sole*). LVCAN. 3,751 letum praecedere nati -antem animam (AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 1 -a ..., anima, formare partus tuos, properatius absolvere, celerius ... enutrire. HIL. trin 1, 3 -bat ... animus ... agere. SVLP. SEV dial. 2, 5, 3. PLIN. nat. 2, 241 mens ... -at legentium animos per totum orbem ... ducere). PLIN. nat. 19, 148 *harundineta* -ant incendi. 23, 9 omnia ... ea aviditas ... nobilitavit rapere -ando. 28,87 ut -et oratio ab homine fugere (AMM. 20,11,30 narratione redire ... -ante). MART. 3, 2, 2 libelle, ... -a tibi vindicem parare. IVV. 9,126 -at ... decurrere velox flosculus angustae miseraeque brevissima vitae portio. COMM. apol. 422 -vit ... dies inducere sidera noctis. FIRM. err. 28, 11 misericordia *dei* errantes homines corrigere ... -at. AVSON. Mos. 360 *Celbis et Erubris* -ant ... allambere lymphis. 411 -et solvere ... errorem fortuna suum (CARM. epigr. 1818, 4 -vit ⟨fatum male rumpere vitam⟩). AMBR. hex. 3, 16, 65 -arunt campi ... frugem edere. VVLG. deut. 32, 35 adesse -ant tempora *ultionis.* CLAVD. 15,420 -ant ... vexilla moveri. *nota pleonasmum*: BOETH. mus. 1, 12 -at ... vox ... quam velocissime verba percurrere.

3 *accedit accus. c. inf.* (*cf.* PRISC. gramm. III 275, 1 voluntatem ... significantia accusativo coniunguntur cum infinito alterius verbi: volo te currere; similiter ...-o): AVELL. p. 231, 7 -antes concordiam ecclesiarum servari. p. 235, 8 dum ea -remus impleri. CASSIOD. var. 10, 4, 1 illud mihi -retis divinitus evenire.

4 *accedit supinum*: APVL. met. 6, 15 *aquila urnulam* arreptam completum (*van der Vliet*, completamque *trad.*, complexamque *Helm, alii alia*) -at. Socr. prol. p. 109 *corvus et vulpes offulam* raptum -bant pari studio impari celeritate. SER. SAMM. 614 cubitum noctu coniunx -at uterque.

5 *accedit* ut: **a** *i. q. urgere*: CIC. Att. 14, 21, 1 Eros ... -vit, ut ad me litterae Dolabellae perferrentur. TAC. ann. 2, 70 -are et urgere, ut legiones ... habeat. MIN. FEL. 34, 12 quid -as, ut *corpus* cruda adhuc hieme revivescat? IVST. 18, 1, 4 FRG. Vat. 35, 5 *p. 618, 43* AMM. 18, 2, 19 *p 618, 43.* **b** *i. q. operam dare*: CIC. epist. 15, 15, 3 -vi, ut Caesarem in Italia viderem. HERM. Pal. sim. 2, 6 dives -at (ἐπισπουδάζει) pro paupere, ne quid ei desit. PORPH. Hor. ars 324 non ... ut acciperent, -bant, sed ut placerent, morabantur. PELAGON. 139 -andum est, ut possit *equus* urinam facere. VVLG. act. 20, 16. COD. Iust. 1, 27, 1, 15 licet ... per omnes provincias ... -emus, ut illaesos habeant collatores. *adde cum solo coniunctivo*: DRAC. Orest. 667 nos -are necesse est audiat haec servilis amor.

syn. et iuxta posita: ad I: ire, abire, fugere, properare, obviam ruere (SVLP. SEV. chron. 1, 31, 5), tendere. *ad II A*: labi, occupatum esse, trepidare, cito venire, urgere. *ad II B*: accelerare, agere, agitare, cupere, parare, properare, studere, urgere.

opp.: ad I: morari. *ad II A*: cessare, cunctari, differre (APVL. met. 5, 21. 11, 19), morari, per otium gerere, requiescere, retardare, tempus dare. *ad II B*: morari, paulatim colligere, prohibere.

part. praes. pro adi. **festīnāns**, -antis (*cf. p. 615, 40. 616,* 38. *51 sq. 70. 617, 7. 36 sq. 71. 618, 1*). GLOSS. ardens, incitatus. -es σπουδάζοντες. PHAEDR. app. 21, 12 -is ... detinuisti pedes. QVINT inst. 9, 4, 134 narratio ... tardiores atque ... modestiores desiderat pedes ...; nam ... infigere animis res semper cupit, quod minime -ium opus est. TAC. ann. 1, 7 quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac -es. PANEG. 7 (6). 18, 3 *tua cura* -bus paene non placuit.

inde adv. **festīnanter**. NON. p. 514,3 festinatim pro -r. SERV. Aen. 8, 443 praecipitanter id est -r abicite. *legitur inde a* CIC., *comparat. v. l. 62 sq., superlat. v. l. 69. ex coniectura*: PHAEDR. app. 4,12 festinante *trad.*, -r *Bothe. in codd. confunduntur* -ius *et* festinatius *v. l. 65. 67. 69.*

i. q. celeriter, mature, praecipitanter: positivus: CIC. Scaur. 37 -r ...omnia ... esse suscepta. fin. 5,77 nimium -r dictum. VELL. 2,123,1 -r revocavit filium. VAL. MAX. 8, 6, 1 pecuniam -r consumpsit. 9, 3, 1 quid ita tam -r manum conserere vellet. CELS. 3,18 p. 99,15 D. 7,26,2 p. 308, 25 neque ...-r ... agendum est (COMM. instr. 2, 32, 17). COLVM. 6, 2, 14 *opp.* ex commodo. 11, 1, 14. STAT. silv. 2 praef. 9 epicedio prosecutus sum adeo -r, ut excusandam habuerim ... celeritatem. FRONTIN. strat. 1, 1, 10. TAC. hist. 1, 27 *imperatorem* sellae -r impositum. APVL. met. 5, 23 saviis -r ingestis. CYPR. epist. 19, 2 urgere (55, 4). VEG. mil. 3, 7. VVLG. exod. 12, 11 (μετὰ σπουδῆς). AVG. civ. 17, 20 p. 250, 21 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 953^{C}. NOVELL. Iust. 80, 1, 1 (ὅτι τάχιστα). PASS. Petr. Paul. long. 16 (σπουδαίως). *accedit verbis eundi*: SVET. Cal. 43 *iter* confecit ... tam -r et rapide. APVL. met. 5, 7 -r adveniunt (ITALA Luc. 2, 16 [cod. e] venerunt -r [VVLG. III Esdr. 2, 30 Sirach 20, 20 II Macc. 4, 31]). ITALA exod. 12, 33 (Monac.) exire (σπουδῇ, VVLG. velociter. VVLG. II reg. 17, 20 transierunt. RVFIN. hist. mon. 7 p. 416^{C} redire). IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 27 parum -r contendet ad proelium. EVSTATH. Bas. hex. 3, 1 p. 890^{C} -r occurrimus (VEN. FORT. vita Hil. 9, 33. vita Albin. 5, 12 recurrere). VITAE patr. 3, 30 VEN. FORT. virt. Hil. 7, 20. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^{D}. θᾶττον p. 52, 27 B. *comparativus*: GLOSS. σπουδαιότερος. CELS. 7, 5, 5 -ius actis (TAC. ann. 15, 3 compositius cuncta quam -ius agerent). COLVM. 1 praef. 13. 2, 9, 15 PLIN. nat. 17, 78. 18, 80 PLIN. epist. 5, 17, 1. GELL. 10,11,4 non iam quod non segnius, sed quod -ius (festinatius *pars codd.*) fit, id fieri mature dicitur. 10, 11, 8 coactius quid factum et -ius (festinatius *pars codd.*), ... rectius praemature factum id dicitur quam mature. VVLG. Phil. 2, 28. AVG. epist. 143, 7 in aliis -ius (festinatius *pars codd.*) editis ... libris. *superlativus*: AVG. epist. 95, 9 -issime te respondisse de diaconi festinatione causatus es.

syn. et iuxta posita: propere (PS. QVINT. decl. 2,4), rapide, mature, coacte, incaute (CYPR. epist. 17, 1), graviter (VICT. VIT. 2, 48).

part. perf. pass. pro adi. **festīnātus**, -a, -um (*cf. ctiam p. 618, 57 sqq. 80 sq.*). **1** *i. q. velox, celer*: TAC. ann. 6, 40 moribundus -is lictorum manibus in carcerem raptus est. IVST. 36, 4, 10 velocitate (MART. CAP. 1, 14 rapiditate). AMBR. Abr. 1, 5, 39 -o impiger studio, non lento otio remissus. PS. RVFIN. in Os. 2, 3 p. 973^{A} emendatione (SIDON. epist. 6, 9, 1 correctio). CARM. epigr. 1196, 2 -o lumine (*i. oculo*) pauca l⟨egis⟩. **2** *i. q. praeceps, praematurus*: PLIN. nat. 18, 196 -a satione densum spargi semen, ... serotina rarum (18, 204 -am sementem saepe decipere, serotinam semper). MART. 9, 86, 1 -a sui gemeret quod fata Severi Silius (10, 61, 1 hic -a requiescit Erotion umbra. PS. QVINT. decl. 4, 5 morte [TAC. Agr. 44]. TAC. hist. 2, 48 exitu). PLIN. paneg. 4, 7 -is senectutis insignibus. MOYS. Cypr. epist.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31, 7 -a et praecipiti cupiditate. PAVL. NOL. carm. 10, 184 haec iam tam -a locorum invidia.

syn.: praeceps. *opp.*: lentus, serotinus.

adv. **festīnātē**. GLOSS. Plac. V 23, 16 (= 69, 14. 569, 11) -e aucto cito adulto et est adverbium. **festīnātō**. GLOSS. IV 149, 20 propere velociter vel -o. COLVM. 1, 6, 19 materia . . . -o siccetur. PLIN. nat. 18, 98 quod nisi -o peragatur. QVINT. inst. 4, 2, 58 quam nihil -o, nihil praeparato fecisse videtur Milo (VVLG. II par. 24, 5). decl. 347 p. 368, 10. PS. QVINT. decl. 4, 11 -o exire (VVLG. II par. 35, 21 ire). SVET. Iul. 16, 2 *senatus* -o coactus. CYPR. epist. 52, 1 -o ad nos mittendo (IVST. 38, 10, 11. EPIST. pontif. 385 Migne 50, 542^{B} remisimus). CYPR. epist. 59, 9 quae *res* in notitiam tuam deberet -o statim . . . perferri. PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 19 urgente -o cupiditate. AMBR. in Luc. 7, 63 -o (festinantem *PL*) . . . contendere. VVLG. gen. 44, 11 -o deponentes (ἔσπευσαν καὶ καθεῖλαν). II par. 26, 20 -o expulerunt eum (κατέσπευσαν αὐτόν). 35, 13. Sirach 21, 6 iudicium -o (κατὰ σπουδήν) adveniet (PAVL. MED. vita Ambr. 27 -o veniebat). I Macc. 11, 22 *ut* occurreret sibi . . . -o (τὴν ταχίστην). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 1 nulla . . . erat facinorum mora neque cunctatio, sed -o consiliis . . . utebantur. OROS. comm. 1 p. 151, 11. *dubium* VEN. FORT. carm. 7, 22, 11 -o (festinit *vel* qui festinat *codd.*) . . . si votum acceleret. *ad* -e *sive* -o *pertinet compar.* festinatius (*cf. p. 620, 40*): SVET. Aug. 29, 1 *forum Augusti* -ius . . . publicatum est. AMM. 24, 6, 11. *fere pro positivo*: AVG. epist. 122, 2 p. 743, 24 -ius (festinantius *P*) migrant.

deriv.: festinabiliter, festinabundus. festinatim, festinatio, festinator, festinus.

compos.: af-, prae-, refestinare.

2. festīnō *adv. v. p. 622, 59.*

festīnus, -a, -um [*a* festinare *derivatum esse videtur, cf.* SERV. Aen. 9, 486. *Th.*]. SERV. Aen. 1, 35 laeti: vel alacres et veloces, ut est 'et laetus eois Eurus equis' item et 'virgea laetus pabula' id est -us cum intentione (4, 295 laeti: alacres, -i. 7, 430). auct. Aen. 3, 616 trepidi: -i. Aen. 4, 565 praeceps: -us. auct. Aen. 9, 486 -a: pro festinans; nomen pro participio: vel a verbo derivatum, ut ab eo, quod est festino, -us dicatur, ut hic -a. SCHOL. Hor. gloss. *I* sat. 2, 6, 83 attentus: -us. HIER. nom. hebr. p. 11, 25 Thesbon -us ad intellegendum. p. 11, 26 Vsam -us eorum. p. 16, 9 Asmona -us sive festinans aut numera. GLOSS. citatus, velox. NOT. Tir. 101, 85^{b} -us. *cf.* 101, 86. *legitur singulis locis apud* SALL. *l. 43.* VERG. *infra l. 62* OV. *p. 622, 9* SIL. *l. 44, senis* VAL. FL. APVL., *undecim* STAT., *saep. apud posteriores.* [*loc. corrupt.*: ENN. scaen. 426.]

1 *de animantibus*: **a** *i. q. alacer, celer, velox*: SALL. hist. frg. inc. 2 cohortes (STAT. Theb. 7, 100 [*i. otio carens*]). SIL. 3, 446 milite. VAL. FL. 2, 191 discumbitur altis porticibus; sua cuique furens -aque coniunx adiacet. AVG. epist. 149, 34 p. 379, 19 paucis ut -us exhortor (*cf. quae praeced.* dabis . . . veniam stilo meo multum festinanti). CYPR. GALL. gen. 282 volente -oque sene. EVG. TOLET. carm. 45, 3 duc . . . celerem, -us navita, puppem. *accedit* ad: ORIENT. comm. 1, 1 ad aeternae -us praemia vitae. in: CLAVD. carm. min. 27, 58 *Phoenix* gaudet . . . mori -us in ortum (*i. novam vitam*). MART. BRAC. form. vit. 7, 1 *virum* in quascumque extollentias dictorum et actorum . . . -um. de: LIB. pontif. p. 115, 21 se -um ostendere de ea re. *acced. inf.*: CASSIOD. hist. 9, 2 dicere facereque . . . -us.

b *i. q. immaturus, praeceps*: AVSON. 369, 33 gravidos sentit subrepere nixus ante expectatum -a puerpera votum. *accedit gen.*: STAT. Theb. 6, 75 *filio* pharetras brevioraque tela dicarat -us voti pater (CLAVD. 8, 166). silv. 5, 3, 135 laudum -us (*i. cupidus*) et audax (*Lipsius*, festina sed ut dux *M*) ingenii. *abl.*: VVLG. prov. 19, 2 qui -us est pedibus, offendet.

c *paene pro adverbio*: VERG. Aen. 9, 486 *vestem* -a urgebam (VAL. FL. 3, 341 *vestes* rapuit telis -a . . . Hypsipyle. PORPH. Hor. epod. 12, 23/24 magnopere -am s⟨e⟩ . . . vestem conficere). VAL. FL. 7, 187 -am . . . iubet *Irin* monitis parere. APVL. met. 2, 6 ZENO 1, 7, 7. 2, 38 AMBR. Ioseph 13, 80 HIER. epist. 36, 1, 2. 117, 7, 3 in Eph. lib. 2 praef. VVLG. exod. 10, 16 *al.* CLAVD. 10, 123 PS. AVG. serm. 120, 7 MART. CAP. 3, 263. 6, 724 SIDON. epist. 2, 8, 3 FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 60, 5 DRAC. laud. dei 2, 619 ENNOD. epist. 7, 30, 2 p. 197, 3 opusc. 3, 145 p. 368, 14. CASSIOD. var. 3, 28, 2 accelera -us adventum. ARATOR act. 2, 176. CARM. epigr. 702, 2 (*a. 528*) nimium -us obist⟨i⟩. 782, 11 Christum -a petit. *cum verbis movendi sim.*: STAT. Theb. 4, 800 (807) subit illa per agmen non humili -a modo. 9, 330 remeat. APVL. met. 1, 5 accucurri (RVFIN. hist. 2, 17, 8. CASSIOD. var. 1, 7, 3 occurre. CORIPP. Ioh. 1, 237 discurrit. GREG. M. dial. 3, 29 cucurrit [σπουδαίως. CARM. epigr. 1447, 7]. INSCR. christ. Rossi II p. 65, 19, 7 recurrens). APVL. met. 2, 13 enavigasti. 4, 15 irrepsit. 10, 6 foro se -us immittit (LIB. pontif. p. 146, 18 transmitte. GREG. M. dial. 1, 10 p. 208^{A} misit [μετὰ σπουδῆς]). ANON. Vales. 13, 77 transire (VVLG. I Esdr. 4, 23 abierunt [σπουδῇ]. ENNOD. epist. 2, 25, 3 p. 67, 23 redire. PASS. Thom. p. 142, 10 ire). PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1136^{B} accessit (RVRIC. epist. 1, 8 p. 361, 28 CASSIOD. hist. 2, 18. 7, 8. CYPR. GALL. gen. 1434 cedere. VITAE patr. 3, 99 abscedens). HIER. epist. 22, 28, 4 exsurgit (38, 4, 2 consurgit). VVLG. gen. 24, 29 egressus est (ἔδραμε. PS. AVG. serm. 281, 2). 24, 61 revertebatur. I reg. 20, 19 descendes (III reg. 12, 18 ascendit. ἔφθασεν ἀναβῆναι). Is. 5, 26 -us velociter (ταχὺ κούφως) veniet (Ier. 36, 29 RVFIN. hist. mon. 7 p. 412^{B} LIB. pontif. p. 158, 4. HIST. Apoll. rec. 4 perveni). Dan. 6, 19 perrexit (ἐν σπουδῇ. VICT. VIT. 3, 44). RVFIN. hist. 11, 5 p. 1009, 9 mulierculam . . . -am et properam . . . prorumpere. *ibid.* 15 properas (CASSIOD. hist. 9, 19 VITA Vedast. 1, 4). PAVL. NOL. carm. 20, 182 adesto. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 509^{C} tendere (ENNOD. carm. 1, 7, 7). DRAC. Romul. 8, 450 carpit iter. EVGIPP. Sev. 4, 3 vade. *accedit abl.*: OV. met. 11, 347 cursu -us anhelo advolat (STAT. Theb. 10, 686). OPT. PORF. carm. 22, 31 insiste fide -us (*cf. l. 28*) in amplum.

2 *de rebus*: **a** *corporeis*: *i. q. celer, velox*: STAT. Theb. 5, 301 ignibus. 5, 740 differte animos -aque (*i. praepropere correpta?*) tela ponite. 11, 129 astra (CLAVD. 5, 337 *Lucifer* -am . . . rotam solito properantior urget). ITIN. Alex. 12 *Cydnum* -um meatu (MEROB. carm. 2, 7 fluentis). AVIEN. ora 360 pede. CLAVD. 3, 344 -as urgete manus. *paene pro adverbio*: AVIEN. orb. terr. 1154 -a citis evolvitur unda fluentis (*cf.* Arat. 50 *amnem* -a citis urget natura fluentis. MART. CAP. 1, 14 *amnis* nimia celeritate -us . . . ferebatur. CYPR. GALL. exod. 485 -um pelagus discesserat). PS. AMBR. serm. 6, 1 sol -us . . . lucem protulit. CYPR. GALL. Ios. 260 rapuit *regem* -a manus.

b *incorporeis*: **α** *i. q. celer, velox*: VAL. FL. 6, 472 cupido (PAVL. NOL. carm. 21, 68 amore). CARM. epigr. 1111, 2 (*saec. I ex.*) supprime -um . . . iter (PS. AMBR. act. Seb. 5, 17 cursu). CARM. poet. min. V 118, 45 voto. PANEG. 11 (3), 31, 6 benevolentia. FIRM. math. 4, 1, 6 celeritate (err. 21, 6 AMM. 30, 2, 6 COD. Theod. 16, 5, 5, 3. RVFIN. hist. mon. 21 alacritate. LEO M. serm. 79, 2 velocitas. ISID. eccl. off. 2, 16, 14 properatione [reg. monach. 6, 1]). AMBR. epist. 63, 97 -a est fides, alacris devotio, spes impigra (AMBR. Cain et Ab. 2, 2, 7 ARATOR act. 2, 271). HIER. epist. 64, 2, 5 sermo (AVG. serm. ed. Mai 31, 3 discussio). PRVD. cath. 11, 6 dies (CYPR. GALL. gen. 331 menses). CLAVD. carm. min. 25 pr. 1 carmina. 30, 217 oscula. PAVL. NOL. carm. 20, 183 ne mors praeveniat medicum -a morantem (GREG. M. past. 3, 20 p. 86^{D} -a mors repente et simul abstulit). CYPR. GALL. exod. 494 fugam. EPIST. pontif. 374 Migne 50, 481^{B} deliberatione (ἐπιταχυνομένῃ). PS. PROSP. carm. de prov. 949 voluntas. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190^{A} intellectu. SIDON. epist. 1, 11, 4 -am . . . praecipitare sententiam. GREG. M. moral. 21, 8 consolatio. CARM. epigr. 612, 1 ter binas hiemes -a luce (*i. vita*) peregit. **β** ad: HIL. psalm. instr. 23 -us ad ipsam psalmorum expositionem sermo. **β** *i. q. immaturus, praeproperus*: VAL. FL. 6, 325 taedia vitae. STAT. Theb. 9, 716 cruda . . . -aque virtus. Ach. 1, 148 vis. APVL. met. 6, 31 mortis . . . maturatae -as tenebras accersere. SOL. 1, 92 pubertate. 26, 5 immaturitate. CORP. X 6460† (*saec. III/IV*) ⟨ha⟩nc domum atpeti⟨vit eorum or⟩bitas -a (*suppl. Rossi*). CLAVD. 8, 371 amor. COD. Theod. 7, 1, 7 (*a. 365*) cupiditate. LEO M. epist. 19 -a et immatura provectio. AVELL. p. 70, 20 nihil -um aut immaturum credidimus proferendum. *accedit dat.*: VAL. FL. 4, 470 miseris -a senectus. **γ** *paene pro adverbio*: CLAVD. 10, 324 canities -a venit. GREG. M. moral. 2, 78 ad humilitatem se . . . -us inflectit *animus*.

syn.: *ad 1 a*: volens. *ad 1 c*: properus. *ad 2 b α*: alacris, impiger, maturus (AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 29). *ad 2 b β*: crudus, immaturus.

adv. **festīnē**. *comparativ. l. 59. i. q. cito, celeriter*: CASSIOD. var. 3, 40 -e . . . remedia vestrae utilitatis respeximus. GREG. M. moral. 3, 10. 5, 29. 16, 43. 53. 21, 14. 32, 27. dial. 1, 4 p. 172^{C} (μετὰ σπουδῆς). 2, 7 (συντόμως). 3, 11 p. 240^{A} (μετὰ πάσης . . . σπουδῆς). in Ezech. 2, 6, 7 epist. 7, 5 p. 448, 17. *compar.*: EPIST. pontif. 363 Migne 20, 777^{A}. ISID. sent. 2, 36, 4 -ius (*syn.* celerius). **festīnō**. CAPITOL. Alb. 6, 6 quod ad exercitum -o (festinanter *M*) mitteretur. *Lackenbacher.*

fēstitātula *v.* festivitatula. **fēstīvē** *v. sub* festivus.

fēstīvitās, -ātis *f. a* festivus. ISID. orig. 6, 18, 1 -s dicta a festis diebus, quasi festiditas. GLOSS. ἑορτασμός. φαιδρότης. γλαφυρότης. ἀστειότης. IV 306, 56 agga *v. vol. I p. 1304, 41.* DON. Ter. Eun. 1048 -em laetitiam. HIER. *hac voce interpretatur nomina hebraica haec*: Aggai (nom. hebr. 2, 30). Aggi (*ibid.* 3, 14. 15, 28). Agla (*ibid.* 24, 16). Eglon (*ibid.* 27, 1). Beth Hagla *v. vol. II p. 1946, 27. versum est ex graec.* ἑορτή (*saepe*), τελέτη RVFIN. Greg. Naz. 3, 6 p. 115, 8 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 188. 217 (*?*). *legitur apud* PLAVT. TER. RHET. Her. CIC. rhet. epist. (*semel v. p. 623, 71*). PAVL. FEST. SVET. GELL. APVL. *et apud posteriores, maxime* ECCL. *plural. legitur inde a* CIC. orat. 176 (*p. 623, 69*).

I *sensu strictiore: spectat ad diem festum*: **A** *i. q. feriae, dies festus, festum* (*perraro ante Christianorum tempora*): PLAVT. Capt. 770 Iuppiter . . . offers mihi . . . -em, ferias. PAVL. FEST. p. 10 Agonalia eius (*Agonii*) -em. LAMPR. Alex. 63, 4 addita . . . -s matris nomine atque ipsius, quae hodieque . . . celebratur natali eius die. TREB. Gall. 3, 7 populum . . . quasi victorialibus diebus ad -em ac plausum vocavit. AVG. civ. 6, 6 p. 256, 15 D. *civilis theologia de diis nefanda figmenta* deorum ipsorum -bus consecrat. 6, 8 p. 262, 17. in psalm. 80, 11 p. 1038 ad circum et ad nescio quas hodiernae -is nugas. COD. Theod. 6, 4, 30 (*a. 396*) Honorii natalium -bus. 15, 9, 2 (*a. 409*) cunctos iudices admonemus, ut ludorum . . . intersint -i. GAVDENT. serm. 8 p. 887^{C} ad -em nuptiarum (*ibid.* -i nuptiali. COD. Iust. 5, 4, 24

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nuptiarum . . . -s). SALV. gub. 6, 61 eorum cultibus communicat *Christianus*, quorum -bus delectatur. SIDON. epist. 7, 12, 4 cum epulum -s publica facit. DIG. de conc. dig. 2, 4 *ne Papinianistae* nomen et -em eius (*Papiniani*) amittere videantur (*ibid.* festum diem). COD. Iust. 2, 7, 23, 1 solemni die -is kal. Ianuariarum. IORD. Rom. 283 -em Romanae urbis, millesimo anno quod expleverat, celebravit. ITIN. Anton. Plac. rec. A 38 quando . . . venit tempus -is ipsorum (*Saracenorum*). *de Iudaeorum et Christianorum sacris diebus*: ITALA psalm. 73, 8 (Cas.) comburemus omnes -es altissimi in terra (*τὰς ἑορτὰς κυρίου*, VVLG. dies festos dei). VVLG. III reg. 8, 65 fecit . . . Salomon . . . -em celebrem et omnis Israel cum eo. Os. 9, 5 quid facietis in die solemni, in die -is domini? Am. 5, 21 odi et proieci -es vestras (*cf.* HIER. in Am. *ad l.* p. 1053[B] quia non celebrabant -es dei, sed -es suas). 8, 10 convertam -es vestras in luctum. Zach. 14, 18. 19 ad celebrandam -em tabernaculorum. HIER. in Is. 3, 3 p. 49 pentecostes celeberrima -s. 29, 1 subverso . . . templo et Iudaica religione sublata omnis eorum -s periit (RVFIN. Orig. in num. 33, 2 p. 748[B] perierunt omnes -es eius [*Ierusalem*] et dies solemnes eius). reg. Pachom. praef. 7 passionis dominicae . . . -em (CONC. Aurel. a. 511 p. 8, 12 in domenicae ascensionis -e). RVFIN. Orig. in num. 23, 4 p. 749[C] agere . . . sabbati -em. 23, 5 p. 751[B] lunae novae . . . observare -em. 23, 10 p. 753[D] o mira -s! dies festus vocatur afflictio animae. Greg. Naz. orat. 3, 11 p. 120, 21 communem ducamus -em cum . . . (*συνεορτάσωμεν*). EPIST. pontif. 255 (*a. 385*) Migne 13, 1134[A] apostolorum seu martyrum -bus (*cf.* SACR. Leon. p. 400 sanctorum -e votiva. *al.*). AVG. epist. 55, 9, 16 ut . . . nostra -s (*diei dominici*) a Iudaeorum -e distingueretur. 13, 23 dies . . . dominicus . . . ex illo habere coepit -em suam. c. Adim. 16 nos . . . et dominicum diem et pascha . . . observamus et quaslibet alias Christianas dierum -es. serm. ed. Mai 93, 1 neque enim haec (*resurrectionis Christi*) ut ceterae -es in aliqua tantum mundi parte celebris habetur. c. Faust. 32, 12 -s concelebrata. GAVDENT. serm. 1 -em paschae. *al.* (LEO M. epist. 96 in -e paschali. *al.*). SALV. gub. 6, 37 ut eodem die et -s ecclesiastica et ludi publici agantur. PS. AMBR. serm. 58, 1 p. 722[D] in eius (*Cypriani*) -e iucundati sumus. ALC. AVIT. epist. 32 apostolicae (*Petri et Pauli*) -is. hom. 6 p. 111, 13 rogationum nostrarum operosissimam -em. GREG. TVR. Franc. 2, 22 p. 85, 1 ad -em basilicae monasterii. *ibid. l.* 3 -is opus (*i. missam*) explicuit. CONC. Tur. a. 567 p. 133, 20 in -e cathedrae domni Petri. SACR. Leon. p. 410 annua . . . ieiuniorum celebranda -s. *translate*: RVFIN. Orig. in num. 23, 2 p. 747[A] est . . . ei (*deo*) magna -s humana salus (*cf. p. 628, 55. syn.* laetitia p. 747[B]). *metonymice de homine*: PLAVT. Cas. 135 mea -s (*inter alia blandimenta; seq.* 137 meus festus dies). 577. Poen. 389 APVL. met. 2, 10.

B *i. q. animi hilaritas festo diei commoda*: SALV. gub. 6, 89 nigra est incendio civitas et tu vultum -is usurpas. 6, 94 quia ipsi . . . festi sumus, templis quoque ipsius (*dei*) vultum nostrae -is induimus. SEDVL. op. pasch. 4, 22 p. 272, 13 frequens turba plena -is (plenae -is *vel* plena -s *codd.*).

C *i. q. sanctitas*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 261 ut . . . neque ab Aegyptiacae -is animalibus abstinerent (*θρησκευομένων ζῴων cf.* festivus *p. 624, 40*).

II *sensu latiore: i. q. amoenitas, iucunditas, lepos, urbanitas*: **A** *de personis*: TER. Eun. 1048 mei patris -em et facilitatem (DON. -s in dictis est, facilitas in animo et factis). SVET. Cal. 7 *puer* insigni -e. CARM. epigr. 87, 2 ⟨hic condita ossa⟩ sunt venus⟨tae feminae⟩ (*explementa incerta*) ⟨. . . fes⟩tivitate pl⟨urima⟩. POMER. 3, 6, 5 p. 482[C] illius *feminae* laudatur etiam sine forma -s, illius sola formositas. **B** *de oratione*: RHET. Her. 1, 8, 13 illud genus narrationis . . . debet habere sermonis -em. 4, 14, 21 in his . . . generibus exornationum . . . inest -s, quae *eqs.* 4, 23, 32 est in his *exornationibus* lepos et -s, non dignitas neque pulchritudo (4, 54, 67 haec exornatio plurimum -is habet, interdum et dignitatis). 4, 27, 38. 4, 33, 45 *opp.* gravitas (TERT. adv. Val. 6 p. 183, 11). CIC. inv. 1, 25 exordium . . . debet . . . in se continere . . . splendoris et -is et concinnitudinis minimum (*praeced. opp.* sententiae et gravitas). 1, 27. de orat. 1, 243 dicendi vis egregia summa -e et venustate coniuncta. 2, 219 in illo genere perpetuae -is. 2, 227 nec fuit umquam . . . gravior oratio . . . neque lepore et -e conditior. 2, 328 -em habet narratio distincta personis et interpuncta sermonibus. Brut. 177 -e . . . et facetiis. orat. 176 Gorgias . . . his -bus (*sc. verborum transferendorum et faciendorum, numerorum*) . . . insolentius abutitur. epist. 9, 15, 2 in quo possim imaginem antiquae et vernaculae -is agnoscere. GELL. praef. 4 -es inscriptionum (AVSON. 158, 1 tituli . . . -e). 5, 1, 1 si vocum eius (*philosophi*) -bus . . . moventur *auditores*. 10, 3, 4 brevitas . . . et venustas et mundities orationis . . . qualis haberi ferme in comoediarum -bus solet. APVL. met. 1, 20 lepidae fabulae -e. SYMM. epist. 1, 31, 1 erat . . . in his (*Ausoni scriptis*) oblita Tulliano melle -s. IVL. RVF. rhet. 4 p. 39, 17 hac figura fit ex[er]citatis aliis ingenua -s. SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 20 St. p. 159, 20.

synonyma et coniuncta: ad I: feriae (PLAVT. Capt. 770 PS. AMBR. serm. 7, 3 p. 618[A] GREG. M. epist. 13, 15). *ad IIA*: facilitas (TER. Eun. 1048). *ad IIB*: lepos, venustas, facetiae. *oppposita: ad IIA*: formositas. *ad IIB*: dignitas, pulchritudo, gravitas.

deriv.: festivitatula.

fēstīviter *v. sub* festivus.

*? **fēstīvitātula,*** -ae *f. a* festivitas *deminutive.* ALC. AVIT. epist. 88 p. 97, 24 in die susceptae vestrae -ae, laetitiae nostrae (*coni. Peiper*, festitatulae *S*, festivitatae *L*).

fēstīvo, -āre *a* festivus. *i. q. festivitatem agere*: ORIG. in Matth. 79 p. 1729[C] ut . . . Iesus -et cum discipulis suis. *i. q. hilarem reddere*: MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 6 p. 417 (*de muliere*) impudicum . . . virum, ac si multa excogites ornamenta, non -as (*seq. syn.* pudico . . . complacebis. *opp.* eum . . . contristabis).

fēstīvum, -i *n. v. sub* festivus.

fēstīvus, -a, -um [*a* festus. *Th.*]. *compar. inde a* CIC. *l. 63. p. 625, 14. 21, superl. a* PLAVT. *l. 50. p. 625, 7.* GLOSS. -us feriatus. laetus. -o celebri, sollemni, id est consuetudinario. -issimus est dies plus quam festus. -i ludi *ἱερομηνίαι.* -us *exprimit nomen hebr.* Aggaeus *v. vol. I p. 1304, 49.* [*loc. dub.: coniecturae maxime dubiae debetur* ENN. scaen. 426 -um (*trad.* festinum) festinant diem. AFRAN. com. 260 quae [festi] facere nos solemus ⟨-o⟩ die (*v. p. 630, 36*). *cf. l. 33. in codd. hic illic corrumpitur in* festinus.]

I *sensu strictiore, de rebus quae ad diem festum pertinent* (*perraro ante Christianorum tempora*): PLAVT. Mil. 83 qua assedistis causa in -o loco (*i. theatro*). Cas. 760 nec pol ego Nemeae credo neque ego Olympiae neque usquam ludos tam -os fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles. APVL. met. 11, 6 inter hilares caerimonias et -a spectacula. IVST. 38, 8, 14 convivium -issimum. EVANTH. de com. 1, 3 cum . . . -um (festivium *A*, festum *rell.*) carmen sollemniter cantaretur (*cf.* CLAVD. 21, 3 conubii . . . -os . . . cantus. ALC. AVIT. carm. 1, 189 -um . . . hymen. CASSIOD. in psalm. 118 praef. -o psalmo. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 1 cum presbyter ille rustice -a verba *missae* depromeret. SCHOL. Ter. p. 163, 17 ut . . . versus . . . in -is modis recitarent). SCHOL. Pers. 1, 16 -a veste indutus. AVG. c. epist. fund. 8 p. 202, 11 nullo . . . -iore apparatu. CYPR. GALL. exod. 389 -os . . . cibos agni de viscere sumunt. DRAC. Romul. 8, 308 -as extingue faces (*nuptiales*). *de die* (*v. l. 15*): DON. Ter. Eun. 1048 -us dies. EPIST. pontif. 311 Migne 20, 556[B] (*a. 416*) *diem dominicum* -issimum esse. CASSIAN. inst. 3, 11. ORIENT. carm. app. 1, 2 *dies* toto -ior anno, natalis quae lecta deo. PS. VICT. VIT. pass. 11 votiva . . . haec dies est et omni sollemnitate -ior. MIRAC. Theclae 2 p. 171, 4 eius . . . diem -um. VEN. FORT. carm. 7, 21, 13 -ae diei (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 67, 1 natalibus martyrum -is. DRAC. Romul. 7, 26 -o in tempore). *de homine*: SCHOL. Pers. 1, 16 poeta recitaturus carmen ad hoc ornatus et -us incedebat. *nota*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 239 a sacris animalibus, quae praecipue -a apud Aegyptios erant (*τῶν . . . θεμιστευομένων ἱερῶν ζῴων. cf. p. 623, 49*). DRAC. laud. dei 3, 332 -is . . . fascibus *lictorum. neutr. plur. absol.*: HIER. epist. 22, 29, 6 lyricis -a (-o Σ) carminibus metro ludere.

II *sensu latiore*: GLOSS. compositus. laetus. urbanus. *ἀστεῖος. γλαφυρός. ὡραῖος.* -a compta, composita. dicitur et homo -issimus et (id est?) urbanissimus. IV 518, 53 *ad* festus laetus *addit cod. b* sapiens vel salsus, *quod pertinet ad* 54 -us laetus. DIFF. gramm. VII 524, 22 scitus . . . -us. *est sermonis cotidiani minus vulgaris quam urbani*: **a** *de rebus corporeis*: PLAVT. Curc. 88 -ae fores. 93 aedes -issumae. Pseud. 1254 in loco -o sumus festive accepti. CIC. Att. 2, 6, 1 *librorum* -am copiam. parad. 38 nonne . . . sunt illa (*Aëtionis tabula aut signum aliquod Polycleti*) -a? PLIN. epist. 2, 17, 4 parvola, sed -a area. 3, 6, 1 Corinthium signum, modicum quidem, sed -um et expressum. AVR. Fronto p. 61, 18 N. Sota Ennianus . . . et in charta puriore et volumine gratiore et littera -iore quam antea fuerat videtur. CLAVD. rapt. Pros. 2 pr. 16 *vates* pollice -o nobile duxit ebur. ENNOD. carm. 1, 5, 52 -is . . . oris. MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 5 p. 268 lampades (28, 7 p. 420). 16, 3 p. 344 clarum . . . et -um est caelum. 28, 7 p. 420 habitacula *sponsi* clara sunt atque -a.

b *de rebus incorporeis:* PLAVT. Mil. 591 nimium -am (-a *trad.*) mulier operam (-a *P*) praehibuit. Poen. 308 facinus (1086) . . . lepidum et -om. 695 tibi illud (*hospitium*) possum -om dare. CIC. ad Q. fr. 2, 5, 2 multum . . . mecum sermonem habuit et perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. quid quaeris? nihil -ius. GELL. 1, 23, 8 lepidi atque -i mendacii consilium (MACR. sat. 1, 6, 21). 17, 8, 4 puer Atticus . . . -issimis aetatis et gentis argutiis scatens. 18, 13, 1 alea quadam -a et honesta lusitabamus. PAVL. NOL. epist. 7, 1 ut tibi . . . gaudium -issimis conferremus indiciis. CONC. Chalc. Leo M. epist. 98, 1 quid agnitione dominica -ius ad coronas? (choreas? *τί . . . πρὸς χορείαν φαιδρότερον*;). MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 2 p. 348 *dixit* quod -um et gratum est. 32, 4 p. 441 misericordia nitet magno decore -a. *speciatim de oratione* (*cf.* DON. Ter. Ad. 261 *p. 625, 8*): CIC. Pis. 70 poema . . . ita -um, ita concinnum, ita elegans, ut nihil fieri possit argutius. de orat. 3, 100 orationem concinnam, distinctam, ornatam, -am sine intermissione *eqs.* off. 1, 108 dulcem et facetum -ique sermonis . . . Socratem accepimus. PLIN. nat. praef. 26 -iorem . . . titulum. QVINT. inst. 6, 3, 39 cum elegans et venusta exigitur tota expositio, tum id -issimum est, quod *eqs.* PLIN. epist. 9, 17, 2 me ut inexpectatum -umve delectat, si *eqs.* GELL. 2, 29, 1 -os delectabilesque apologos. 10, 4, 3 *argumentum* lepidum et -um. 17, 1, 10 non modo ineptum hoc non est, . . . sed -issimum adeo et facetissimum est. TERT. nat. 1, 17 libellos. IVL. RVF. rhet. 3 p. 39, 11 hac figura fit -a dictio cum amoenitate mordax (*cf.* MACR. somn. 1, 9, 2 seu -a seu mordacia).

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avson. 350, 3 aptis ... versibus et compositione -a. Schol. Cic. Bob. p. 102, 24 St. quasdam criminationes non pugnaci argumentatione, sed etiam -a urbanitate dissolvi. Avg. epist. 17, 2 in nostram religionem -as, ut tibi visum est, contumelias iaciendas. c. Iul. op. imperf. 5, 15 p. 1448 -issima dicacitate (*opp.* vanitate ineptissima).

c *de personis*: Plavt. Mil. 958 a luculenta atque -a femina. Epid. 623 usque ab unguiculo ad capillum summumst -issima. Ter. Ad. 261 caput (Don. alii putant -om caput non Aeschini intellegendum, sed orationis, quam habet Ctesipho ... sed male *eqs.* Schol. Ter. p. 65, 16 celebris homo, ut idem in alio loco [*966*]: o lepidum caput). 983 o pater mi -issume. 986 te isti facilem et -om putant (*cf. p. 623, 53.* Schol. Ter. p. 162, 11 iucundum *DM*, lepidum *G*). Varro Men. 312 omnes videmur nobis esse belli -i saperdae, cum simus σαπροί. Cic. Verr. 4, 162 quid isto fore -ius arbitramur, si est tuus natura filius *eqs.* 5, 49 -um acroama (Prvd. perist. 2, 324). Flacc. 91 materculae suae -us filius ... purgat se per epistulam. Phil. 5, 13 homo (de orat. 2, 277. Gell. praef. 20 *Aristophanes* homo -issimus). or. frg. A XIII 22 tu vero -us, tu elegans, tu solus urbanus. Att. 1, 12, 4 puer -us anagnostes noster. 4, 16, 3 Cephalum locupletem et -um senem (Sen. contr. 2, 6, 10 -um senem! in honorem filii sui ebrius fit). epist. 6, 4, 3 ab eis pueris, quibus nihil potest esse -ius. Sen. apocol. 8 sororem suam, -issimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. Plin. epist. 5, 16, 1 qua puella nihil unquam -ius, amabilius ... vidi. Apvl. met. 3, 23 quam pulchro ... quamque -o ... amatore! 7, 21 amasio. Arnob. nat. 2, 8 p. 53, 15 dicite, o -i et meraco sapientiae tincti! Don. Ter. Eun. 1048 ut -us amori non obstitit. Avson. 412, 3 o melle dulcior, o Gratiarum venustate -ior! Symm. epist. 1, 90, 1 fit ... plerumque, ut levia rerum portator -us exornet. Hier. epist. 22, 13, 3 lepidae et -ae volunt videri. Petr. Chrys. serm. 76 p. 415^{B} hic in via tam -us salutator (*Christus; cf.* Matth. 28, 9) occurrit.

ntr. subst. **fēstīvum,** -ī. *i. q. festum*: Lampr. Heliog. 11, 6 in vindemiarum -o. Alc. Avit. epist. 77 p. 92, 19 paschale -um (Pol. Silv. chron. I p. 518, 12). Drac. laud. dei 3, 377 oppressit votiva dolor, -a recedunt, publica funereo turbantur gaudia luctu. Orest. 2 -a cruenta.

deriv.: festivitas, festivo. *cf. Onomast.*

adv. **fēstīvē.** **1** *sensu strictiore*: Trag. inc. 223 diem hunc decorare festum -issime. [*dub.*: Hier. epist. 31, 2, 1 *v. p. 632, 74.*] **2** *sensu latiore*: Gloss. ἀστείως. Plavt. Pseud. 1254 *v. p. 624, 51.* Cic. Att. 2, 9, 1 -e ... et minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica est conversus. 4, 14, 2 tu velim, si quid forte novi habes ... — soles enim tu haec -e (festine M^1) odorari — scribas ad me. Apvl. met. 2, 7 quam pulchre quamque -e ... ollulam istam ... interques. apol. 63 quam lepide ... pinnulae emineant, quam autem -e circa humeros vestis substricta sit. Avg. civ. 6, 1 p. 246, 3 D. si malas cultorum suorum speciosius et -ius Fortuna barbata vestiret. mus. 6, 10, 26 sex temporum pedes num aliunde blandius sonant atque -ius, nisi quod *eqs.*? Evgraph. Ter. Eun. 1048 -e ac iocunde interveniens. *de oratione*: Cic. Deiot. 19 quam -e crimen contexitur. div. 2, 35 quam -e *hoc* dissolvitur. ac. 2, 92 *dialectica* -e tradit elementa loquendi. ad Q. fr. 2, 15, 4 factam fabellam ... esse -e. Mart. 6, 44, 1 iocari. 12, 45, 3 dixit (Gell. 1, 25, 7 -e magis dixit quam aperte atque definite. 8, 11 quam -e responderit. 9, 15, 11 -issime ... inquit. 13, 4, 1 -issime rescripsisse. 18, 1, 9). Schol. Cic. Bob. p. 89, 31. 101, 2 St. Boeth. cons. 2 pros. 6, 64 quam -e aliquis illuserit. *absolute: laudantis est*: Cic. Sest. 135. div. 2, 107 -e et breviter. *cf.* de orat. 3, 101 'bene et praeclare' quamvis nobis saepe dicatur; 'belle et -e' nimium saepe nolo.

adv. **fēstīviter.** Novivs Atell. 40 o domus parata pulchrae familiae -r! Gell. 1, 2 tit. -r a vero Stoico seiunxit volgus ... nebulonum (1, 2, 7 severe simul et -r). 1, 22, 6 respondisse. 3, 5 tit. vitium et mollities ... opprobrata acerbe simul et -r. 18, 8, 2 haec ... addit -r *Lucilius.*

1. fēsto, -āre. Gloss. II 305, 2 -o ἑορτάζω.

2.? **festo.** Varro ling. 7, 8 (*formula auguralis*) templum tescumque[m] -o in sinistrum ... te⟨m⟩plum tescumque[m] -o dextrum.

fēstra *v.* fenestra *p. 478, 49.*

fētifer, -a, -um [*ab* 1. fetus *et* ferre. *Th.*] *i. q. fecundum reddens*: PLIN. nat 7, 33 -r potu Nilus amnis. AVSON. 376, 4 -um Aprilem vindicat alma Venus.

fētifico, -āre [*cf. c.* fetificus. *Th.*]. *i. q. parere: de piscibus*: PLIN. nat. 9, 47 thynni ... intrant ... Pontum ... gregatim nec alibi -ant. SOL. 12, 13. *de avibus*: PLIN. nat. 10, 22 in insula ... Cerne ... accipitres ... -ant nec alibi nascuntur. 10, 90 *halcyones* -ant bruma ... placido mari. 10, 126 *Diomedias aves* in *scrobibus* ... -are. 10, 159 *columbarum* ipsi ... pulli quinquemenstres -ant.

fētificus, -a, -um [*ab* 1. fetus *et* facere. *cf.* fetificare. *Th.*]. *i. q. fetum procreans*: PLIN. nat. 9, 160 compertum in ostreariis umorem his (*ostreis*) -um lactis modo effluere.

deriv: fetifico.

fetīgātus *v.* fatigo *p. 345, 19.*

fētīnus, -a, -um *a* feta 'ovis' (*v. p. 641, 1 sqq.*). ORIBAS. eup. 2, 1 G 1 (p. 472) *lac* scrofinus aut equinus aut baccinus aut asininus aut -us. *cf. Thomas, Mél. Havet 1909 p. 509.*

[*?***fētis** *v.* 2. fetus *p. 639, 55.*] **fetisco** *v.* fatisco *p. 352, 62.*

fēto, -āre [*a* 2. fetus. *Th.*]. *scribitur in codd. passim* foet- (*cf. p. 636, 24*). GLOSS. -atum (fetuitum *trad.*) generatum. -antes parturientes. *legitur apud* COLVM. (*ter*) *et apud posteriores, maxime* ECCL. [*val.* fătá, *bonon.* fdär, *forojul.* fedá. *M.-L.*]

1 *i. q. fetum procreare, parturire: de bestiis* (*de terra l. 72*): COLVM. 8, 8, 8 *columbae* nec multum ineunt, nec saepius -ant. 8, 12 silvestres gallinae ... in servitute non -ant. 8, 15, 7 *anates* circum paludes ... plerumque -ant. ITALA III reg. 10, 26 (Legion.) erant Salomoni ... milia equarum ... -antium (*verbum om.* LXX *et* VVLG.). VVLG. psalm. 77, 70 *David* sustulit ... servum de gregibus ovium; de post -antes accepit eum. EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941ᴬ (*de piscibus*) cum -andi coeperit tempus vigere. 8, 5 p. 951ᴮ Alcyon avicula ... -are consueta. *trop. de terra*: DRAC. laud. dei 2, 223 per deum -at humus. *nota transitive* satisf. 83 per *solem* ... -at humus flores et messis aristas.

2 *i. q. fecundare, gravidare*: ITALA gen. 33, 13 (Aug. loc. hept. 1, 124 p. 525, 20) oves et boves -antur (λοχεύονται, VVLG. habeam ... fetas. *cf.* AVG. *ad l.*). AVG. civ. 5, 7 p. 200, 1 D. *maribus* equarum vel boum -entur armenta. 14, 26 p. 54, 14 ad -andum et concipiendum non libidinis appetitus ... naturam utramque coniungeret. 15, 3 *Sarra* dedit *ancillam* ... -andam viro. c. Iul. 5, 12, 46 alteri -anda tradatur. bon. coniug. 17, 20 plures ... feminae ab uno viro -ari possunt. bon. viduit. 7, 10 nec coniugalibus -andis visceribus, sed castificandis vidualibus moribus. cons. euang. 1, 25, 38 in -andis feminis pudeat Iunonem talem (*i. Priapum*) habere adiutorem. pecc. mer. 1, 28, 56

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Maria angelo credidit, ut sine libidine -retur. DRAC. laud. dei 1,311 tigris... vento -ata marito. *adde*: AVG. serm. ed. Mai 168,3 *Maria* -ante praegnata est ... sermone (*cf.* DRAC. laud. dei 2,89 deus verbo -ante marito virgineos intrasse sinus dignatur). *trop. de terra*: AVG. civ. 4, 11 p. 160, 13 D. *Iuppiter* terram ... tamquam coniugem ... fecundis imbribus et seminibus -et. PS. RVFIN. in Am. 9,6 imbre -antur *terrae*. *allegorice*: GREG. M. moral. 17, 4 recte ergo non solum sterilis, sed etiam non pariens dicitur, quae ... ad bonae cogitationis prolem ... -atur. 19, 19 ecclesia ... sancto repleta spiritu per praedicationis ministerium in filiorum conceptione -atur. 23, 28 quid est ... sermo, nisi semen? qui dum ordinate emittitur, audientis mens quasi concipientis uterus ad boni operis prolem -atur.

syn.: fecundare (AVG. bon. coniug. 17, 20).

oppos.: castificare (AVG. bon. viduit. 7, 10).

compos.: effetare.

fētor *v.* foetor.

1. fētōsus, -a, -um [*ab* 1. fetus. *Th.*]. *scribitur* foet- *et* faet-.

i. q. fecundus: ITALA I reg. 2, 5 (Veron.) -a in filiis infirmata est (*ἡ πολλὴ ἐν τέκνοις*, VVLG. multos habebat filios). *cf.* PELAG. in Gal. 4 p. 818[B] *Anna* -a. VVLG. psalm. 143, 13 oves eorum -ae (HIER. in Hab. 1, 1 p. 591 oves ... -as et multiplicatas. APON. 2 p. 28 *oves* tam necessariae tam -ae). *tropice*: HIER. in Gal. 4, 27 p. 474 synagoge ... -a ... in liberis fuit.

2. fētosus *v.* foctōsus. **fētūdīnae** *v.* foetutinae.

fētuitum *v. p. 634, 61.* **fētulentia** *v.* foetulentia.

fētundus, -a, -um. *originandi causa fictum ab* ISID. orig. 10, 111 foecunda a foetu dicta quasi -a (*scribitur* foet-).

fētuōsus, -a, -um [*ab* 1. fetus. *Th.*]. *i. q. fetosus*: HIER. adv. Iovin. 1, 19 Liam deformem atque -am synagogae typum praetulisse, Rachel vero pulchram et diu sterilem ecclesiae significasse mysterium.

✕fētūra, -ae *f.* [*cf. c.* fetus. *Th.*]. *legitur inde a* LEGE Cic. leg. 2, 20 *et* VARRONE.

A *actio pariendi, progignendi*: **1** *proprie de animantibus* (*cf.* VARRO rust. 2, 1, 18 appello -am a conceptu ad partum: hi enim praegnationis primi et extremi fines): VARRO rust. 2, 1, 16 partes quattuor sunt ... observandae de pastione, de -a, de nutricatu, de sanitate. *saepe.* VERG. georg. 3, 62 cetera *vaccae aetas* nec -ae habilis nec fortis aratris. PAVL. FEST. p. 373 *ver* tempus ... -ae est (COLVM. 8, 11, 9 temporibus -ae). CVLEX 21 Pales ... ad quam ventura recurrunt (recurrit *trad.*) agrestum bona -ā (*de lectione non constat*: -a *I V*, secura *codd. vet.*). COLVM. 7, 3, 13 post -am ... opilio ... fere omnem subolem pastioni reservat. 8, 14, 1 *anseres* per -am diligenter claudi debent. PLIN. nat. 2, 125 sternitur mare alcyonum -ae. GELL. 3, 16, 15 neque ultra decimum mensem -a mulierum protolli potest. NEMES. cyn. 119 diversa magis -ae convenit aetas. ARNOB. nat. 5, 32 Proserpinam ... cum Orco ... foedera genitalis conciliasse -ae. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 15 haec esset -a mulieris: vir autem quid posset efficere? DRAC. laud. dei 1, 616 nec carnale genus minuit -a creando. CASSIOD. var. 6, 14, 1 *agricola* arborum ... fetus meliorare contendens diversi germinis -as instituit. ˙ *de fructibus*: AMBR. exc. Sat. 2, 61 ante ... quam suum cuique tempus adveniat, -a restrictior est.

2 *translate*: VARRO frg. Gell. 16, 21, 1 (*cf.* NON. p. 54, 3) faenus a fetu et quasi a -a quadam pecuniae parientis atque increscentis. PLIN. nat. praef. 1 libros naturalis historiae ... natos apud me proxima -a. MART. CAP. 7, 738 quae (*Heptas*), quod naturae opera sine -arum contagione conformas, inter deos Tritoniae virginis vocabulum possedisti.

B *id quod genitum est* (SERV. ecl. 7, 36 -a est proventus, ipse fetus): **1** *proprie*: **a** *de animantibus, i. q. suboles, catulus, latiore sensu i. q. proles*: LEX Cic. leg. 2, 20 alios ad dies ubertatem lactis -aeque servanto. VERG. ecl. 7, 36 si -a gregem supplerit (STAT. Theb. 10, 229 -a gregem ... novavit. SCHOL. Pers. 2, 44). OV. met. 13, 827 sunt, -a minor, tepidis in ovilibus agni. GRATT. 264 maiorum pignore signa -am. PAVL. FEST. p. 93 faustulum porcillum, -am porcorum. p. 167 in pecoribus ... bonus proventus -ae bona natio dicitur. CALP. ecl. 2, 47 depulsa vagas quaerat -a parentes. 5, 38. COLVM. 7, 3, 11 -a pecoris. 7, 6, 7. PLIN. nat. 9, 66 *mulli* pariunt ter annis; certe totiens -a apparet. 10, 150 *gallinarum* optima -a ante vernum aequinoctium. 11, 93 *scorpiones* excavant -ae locum in terra. 33, 84 est ... *auro* vis malefica, gallinarum quoque et pecuariorum -is. ARNOB. nat. 3, 9 nova quaque suboriente -a. 3, 10 septimanas ... -as. PALLAD. 3, 26, 1 ad sustinendum -ae onus. 8, 4, 5 ut *armentis* ... per annum totum -a non desit. SERV. Aen. 11, 571 *equa* inter armenta -ae causa pascatur. EVSTATH. Bas. hex. 7, 9 p. 935[C] *deus* mare ... diversorum natantium -a complevit (*cf.* IORD. Get. 3, 21 tanta paludibus -a ponitur). CLAVD. MAM. epist. p. 205, 11 apis virginitatis suae -am alit. ENNOD. epist. 2, 7, 4 p. 47, 2 fervore genuino solet -a nobilis incitari.

b *de terra deque eis quae terra gignit*: PLIN. nat. 17, 179 *vitis* recisa intra iugum moretur, ut omnis -a sub eo exeat. AVIEN. Arat. 40 gravis autumni redeat -a parentis. carm. ad Flav. 14 *pomis* spisso ... arta cohaeret granorum -a situ. AMBR. Noe 14, 18 p. 445, 21 terrarum pariter atque animantium -a. *ibid.* p. 446, 26 uberis soli incipiat -a procedere. Abr. 2, 9, 63 *arborum* circa primos fructus nobis -a prorumpit. MART. CAP. 6, 627 metallorum aurique -a (6, 695 insulas ... auri argentique metallis ac -a praedicandas). 6, 676 Iuba *Nilum* ... de lacu Nilide oriri significet, quod animalibus isdem et argumentis -ae parilis approbatur. DRAC. laud. dei 1, 453. ENNOD. epist. 1, 3, 1 p. 5, 4 -am nobilem de singularibus parturit gleba germinibus. dict. 8, 1 p. 446, 8 occultari se non patitur -a sublimis.

2 *translate*: AMBR. Abr. 2, 9, 63 deus ... bonae voluntatis remunerator etiam primae -ae atque indolis contemplationem habens omne colligi patitur animae nostrae patrimonium. ENNOD. epist. 1, 9, 5 p. 19, 14 udo ... animorum libro caespitibus validis -a nobilis iuncta maritatur. *adde de lucro*: CARM. epigr. 229, 2 date, ut -a qua⟨es⟩tus suppleat votis fidem. *singulariter*: MART. CAP. 6, 629 equarum -a (*i. equae fetae*) ventis maritantibus inolescit volucres proli cursus.

deriv.: feturare.

fētūro, (-āvī), -ātum, -āre *a* fetura. *i. q. procreare*: DIOSC. 2, 145 p. 233, 10 St. postquam piper ipsu longu ceciderit, aliud -at piper arbor ipsa. *part. perf. pass. pro adi.* **fētūrātus**, -a, -um. *i. q. in fetum conformatus*: TERT. adv. Val. 25 p. 201, 23 semen ... spiritale ... -um in corpore materiali velut in utero et adultum illic.

1. ✕fētus, -ūs *m.* [*cf. c.* 2. fetus, fetura, fecundus (*q. v.*), felix, *fortasse c. slavon.* dětę 'infans'. *Th.*]. *de etymologia*: OV. fast. 4, 632 *a ferendo* -us nomen habere putant. *scribitur in codd. promiscue tam* fet- *quam* foet-, *in* INSCR. *semper* fet-. *de declinatione*: GRAMM. suppl. 44, 14 *ut cultus* declinandum est ... -us. 125, 30. *acc. plur.* -os: IORD. Get. 220 *ciconiarum* -os. *abl. plur.* -is: ACC. trag. 244 *v. p. 638, 59.* -ubus: COD. Iust. 7, 53, 7 cum -ūbus. *acc. sing. scribitur* -o: INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. II) 176, 4 (*saec. II/III*). *de notione*: SERV. georg. 2, 429 -u ... id est utilitate; nam omnis utilitas -us est (*cf.* SCHOL. Hor. carm. saec. 31). DIFF. ed. Beck p. 56, 11 inter -um et partum: -us terrae est, partus hominum. GLOSS. *γόνος, γονή*. natum. -um infans. *plur.* -us: *γονάς* id est partus (*cf.* HOR. carm. 4, 5, 27 *p. 638, 73*). *collective ponitur passim, cf.* GLOSS. -us: natus vel plures filios. *legitur inde a* PLAVTO, *deest* TER. CATONI CAES. SALL. NEP. PROP. VELL. CELSO CVRT. MELAE SCRIB. LARGO PLIN. epist. FLORO SVET. [*loc. dub. et corr.*: APVL. mund. 23 moventibus -bus (faecibus *codd. interpolati*). AVIEN. Arat. 15 foedus *trad.*, fetus *Breysig.*]

I *actio pariendi, procreandi*: **A** *proprie*: **1** *de animantibus*: PLAVT. Amph. 487 pater curavit, uno ut -u fieret, uno ut labore absolvat aerumnas duas (878. LIV. 35, 21, 3 capram sex haedos uno -u edidisse. GAIVS dig. 34, 5, 7 pr. mulier ... quinque liberos uno -u enixa est). CIC. fin. 3, 62 *bestiarum* in -u et in educatione laborem ... cernimus. GRATT. 260 ad munia -us. GERM. frg. 4, 5 pecus in -u fallet. COLVM. 6, 21, 1 *vaccae* -bus inutiles sunt. 8, 4, 3 *gallinae* post autumnum cessant a -u. 8, 14, 5 *anseres* pariunt ... singulis -bus ova ... reliquo tempore anni vacaturae sunt a -u. PLIN. nat. 1, 8, 54 de -u ursorum. 8, 45 leaenam primo -u parere quinque catulos. 8, 148 *canes* primo et secundo -u nimis feroces putant gigni. 8, 207 *sues* primo -u minus sunt numerosae (*cf.* 10, 176). 10, 30 *cornix* inauspicatissima -us tempore. 11, 27 *fuci* in -u ... adiuvant *apes*. 11, 50 -us *apum* intra XLV diem peragitur. 11, 102 duplicem ... *locustarum* -um. APVL. met. 5, 9 *sororem novissimam* -u satiante postremus partus effudit. TERT. anim. 32 concubitus et -us (resurr. 60 concubitu et -u et educatu). VVLG. Iob 39, 3 *cervae* incurvantur ad -um. SACR. Leon. p. 462 *filios* casto -u sancti coniugii mater fecunda progenuit. CARM. epigr. 442, 2 Aelia Sabina cum sua nata ..., -ú quem procreat ipsa. *adde de conceptu, concubitu*: SEN. Herc. f. 1158 *Herculis* in -u stetit nox longior quam nostra. PLIN. nat. 22, 36 si quadripes -um non admittat, urtica naturam fricandam monstrant. TERT. resurr. 45 p. 92, 6 *caro atque anima* contemporant -u, coaetant natu. **2** *de arboribus et de terra*: CIC. leg. 1, 25 ea, quae frugibus atque bacis terrae -u profunduntur. LVCR. 5, 781 arva novo -u quid ... in luminis oras tollere ... crerint. OV. met. 1, 433 discors concordia -bus apta est. LVCAN. 6, 670 quidquid -u genuit natura sinistro (*cf. trop.* CLAVD. 3, 30 pestes Erebi, quascumque sinistro nox genuit -u). PLIN. nat. 17, 12 arbores -u exinanitas.

B *translate*: VARRO frg. Gell. 16, 12, 1 faenus a -u et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis (*cf.* PAVL. FEST. p. 86. 94). CIC. Brut. 182 *nulla* aetate uberior oratorum -us fuit. Tusc. 5, 68 triplex ... animi -us extitit. SEN. dial. 9, 7, 5 inter Platonas ... et illum Socratici -us proventum. TERT. anim. 20 animam ... semine uniformem, -u multiformem. paenit. 12 dissiliunt ... montes ignis intrinsecus -u. AMBR. virg. 1, 8, 40 partus virginis -us est labiorum. SIDON. carm. 2, 104 tellus aurea converso promisit saecula -u.

II *corpus, quod genitum est*: **A** *proprie*: **1** *animantium*: **a** *generatim*: VARRO ling. 5, 61 coniungit ... mas ignis quod ibi semen, aqua femina quod -us ab eius humore. VITR. 8 praef. 1 terram ... -ūs gentium et omnium animalium ... procreavisse. MANIL. 4, 373 testis erit varius sub eodem sidere -us. PAVL. FEST. p. 97 inciens propinqua partui, quod incitatus sit -us eius. SEN. dial. 6, 7, 2 *nulli* animali longum -us sui desiderium est nisi homini. QVINT. inst. 10, 4, 2 scripta nostra tamquam recentes -us blandiantur. APVL.

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mund. 29 frugalis maturitas, -us animalium. *adde* TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 15 Valentinus, qui simul ausus est duos *deos* concipere, ... tum usque ad triginta Aeonum -ūs, tamquam Aeneiae scrofae (*Verg. Aen. 8, 44*), examen divinitatis effudit.

b *hominum*: **α** *nondum vel recens natum*: TIB. 2, 5, 91 -us matrona dabit. OV. am. 2, 14, 5 teneros convellere -us (MIN. FEL. 18, 2 tener -us. AVSON. 369, 2. APON. 12 p. 248 tenellis -bus. *v. infra l. 62*). met. 6, 111 Iuppiter implerit gemino (CLAVD. carm. min. 53, 124) Nycteida -u. 8, 133 *Pasiphae* discordem ... utero -um tulit (*sc. Minotaurum*). VITR. 2, 9, 1 ad -us partum. *ibid.* edito -u (APVL. met. 10, 23. ARNOB. nat. 2, 16 per uteros. PHYSIOGN. 7 *v. l. 66. p. 638, 62*). FEST. p. 351 mulïeres gravidas atque earum -us. SEN. Oed. 639 *Oedipus* matri impios -us regessit. COLVM. 2, 1, 2 *mulierem* progenerandis esse -bus inhabilem. 11, 3, 50 novellos -us. LVCAN. 4, 599 Terrae -us (*i. gigantes. cf.* CLAVD. carm. min. 53, 3). GELL. 3, 16, 16 ut longiori tempore -us ex eo (*Neptuno*) grandesceret. 4, 2, 10 *mulier* concipere -us non posset (6, 1, 4 concepti -us signa. 12, 1, 8 VVLG. gen. 38, 4 II reg. 11, 5). APVL. met. 1, 9 repigrato -u. TERT. anim. 6 *mulier* quinionem enixa filiorum ... unici -us parens multiplex. 26 *Rebeccae* duplex -us. *ibid.* agnoscunt matres suos ... -us. *al.* VLP. dig. 37, 9, 1, 19 ea ..., sine quibus -us sustineri et ad partum ... produci non possit. CENS. 4, 7 (*de hominibus primitivis e piscibus genitis*) -us ... ad pubertatem intus retentos. SER. SAMM. 608 natura ... dedit -us studio curante paratos. 615 certum spondet praegnatio -um. IVL. VAL. 3, 54 mulier -um ... peperisse. ARNOB. nat. 4, 16 ex mei uteri -u (PASS. Mar. Iac. 13). 5, 10 nutricia ... ducere, ut est -bus solemne de matribus. 7, 9. LACT. opif. 17, 7 -um in utero necessitas formavit (*cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 22 p. 221, 10 ex homine -um vel seminis vel ipsius iam prolis creat et format ... deus). PALLAD. 12, 13, 7 ut -um primi veris fovere possit exortus. AMM. 31, 8, 7 feminas -bus gravidas (*v. p. 639, 23*) adhuc immaturis. CLAVD. carm. min. 8, 2 sanguinis ... -um mater amare timet. AVG. civ. 12, 26 p. 553, 4 D. praegnantis ... -um. 14, 21 carnales ... -us. 15, 15 p. 90, 11 patres ... coniugibus caruisse vel -bus. 15, 20 p. 100, 12 aetas ... vacaret a -bus. 16, 8 p. 137, 4 humanos -us. 17, 4 p. 207, 3 iste -us (*de Christo, ad* I reg. 2, 5). 22, 12 -us abortivi (22, 13). in psalm. 104, 16 *in Aegypto* masculini -us necabantur. epist. 166, 15 de adulterinis -bus. VINDIC. med. 12 compendiosam -us perfectionem (*cf. infra l. 67*). CASS. FEL. 80 *pessarium* mortuos -us excludit. CARM. epigr. 1438, 7 nequivit miserum partu depromere -um. INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. II) 176, 4 (*Baetica*) puellam quae iam -o tollerat (*i. -um tulerat*). **β** *in universum i. q. proles, maxime apud poetas*: OV. epist. 6, 143 *Medea* -u comitante gemello. EPICED. Drusi 379 -bus aucta duobus. VAL. MAX. 3, 3, 7 generosissimarum imaginum -us. SEN. Herc. O. 1850 *Niobe* toto stetit succisa -u. Phaedr. 557 perimunt ... -us impiae matres suos. Tro. 962 totus Hecubae -us. COLVM. 10, 161 flagitat ... suos genetrix ... -us. PETRON. 57, 4 pater -um emit lamna. VOPISC. Aurelian. 14, 5 -us matrimoniis iam caducos. CLAVD. 1, 96 -us ... Romulei. 1, 194 *Probae* Romana potestas -bus augetur. 7, 157 crescentes dilige -us. *in allegoria Christiana*: TERT. adv. Val. 8 homo et ecclesia ... alios ebulliunt -us (*cf.* 39 ex hominis et ecclesiae -u).

c *bestiarum* (GLOSS. -us: filii agnorum): LVCIL. 164 catulos -umque ferai. VARRO ling. 9, 28 dissimilis -us, ut ex ⟨asino et⟩ equa mulus. CIC. nat. deor. 2, 128 quae multiplices -us procreant, ut sues, ut canes. 2, 129 *ova piscium* -um fundunt (*cf. p. 639, 11*). div. 1, 36 (*de partu mulae*) quia -us extitit in sterilitate naturae, praedictus est ... partus malorum. LVCR. 2, 358 *vacca* si queat ... conspicere amissum -um (VERG. georg. 4, 512 Philomela ... amissos queritur -us. *cf.* OV. fast. 4, 460 SIL. 12, 458 STAT. Theb. 10, 821 silv. 2, 1, 9). VERG. ecl. 1, 21 ovium teneros ... -us (*cf.* SEN. Tro. 1094 VAL. FL. 7, 375. QVINT. inst. 2, 6, 7 teneris infirmisque -bus *avium*. CLAVD. rapt. Pros. 3, 142. AVG. civ. 13, 3 p. 560, 3 D. tenerrimi -us animalium. *v. supra l. 7*). ecl. 3, 30 *iuvenca* binos alit ubere -us. georg. 4, 163 *apes* adultos educunt -us (*eadem verba* Aen. 1, 432. *cf.* PLIN. nat. 9, 37 educunt -us annuo spatio. 10, 73. 11, 51. 68). georg. 4, 199 *apes* -us nixibus edunt (LIV. 28, 27, 16 COLVM. 7, 9, 10 *al.* PLIN. nat. 9, 71 tutos -us. 10, 153. 184 perfectos -us [*v. supra l. 38*]. 11, 46 TAC. ann. 12, 64 VLP. dig. 7, 1, 70, 2 AMM. 22, 15, 15 *al.* EVOD. Aug. epist. 161, 2 EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938[A]). Aen. 3, 391 sus triginta capitum -us enixa (= 8, 44 *cf.* COLVM. 6, 28). TIB. 1, 1, 31 -um ... capellae desertum. OV. met. 6, 637 cervae lactentem -um (PETRON. 133, 3 v. 15 querulae fe[s]tus suis, hostia lactens). LIV. 28, 27, 16 insuetos -us animalia edere portenta esse putatis (*item de monstris*: 31, 12, 6 obsceni -us. 31, 12, 8. 35, 21, 3. *cf.* SEN. dial. 3, 15, 2 LVCAN. 1, 590 STAT. Theb. 4, 375 TAC. ann. 12, 16. 64). GRATT. 166 canis maiore tulit de sanguine -um. 529 dociles pecuaria -us sufficient. PAVL. FEST. p. 57 confeta sus dicebatur, quae cum omni -u adhibebatur ad sacrificium. PHAEDR. 1, 19, 4 canis parturiens ... -um in *alterius* ... tugurio deponeret. SEN. Ag. 684 *alcyones* -us ... suos ... fovent (*i. incubant.* COLVM. 8, 14, 4 PLIN. nat. 8, 127 FILASTR. praef. 2 AVG. civ. 19, 12 p. 374, 29 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 952[B]). COLVM. 6, 24, 4 *vacca* plena -u. 6, 27, 3 *equae* parvo cum labore -um educent (*cf.* 6, 27, 7 equas ... -um ... educasse. 6, 28 *al.* PLIN. nat. 9, 41 educat mammis -um. 10, 152 QVINT. inst. 2, 16, 16 APVL. mund. 23 AMM. 22, 8, 47). 6, 27, 11 haec ... incommoda *equarum* -um abigunt. 7, 9, 9 sues ... -us elidunt. 7, 9, 12 *porculator* unumquemque -um cum matre distinguat. 8, 3, 4 aviarius ... debet speculari aut incubantis aut parturientis *avium* -us (8, 5, 10 *gallinas* incubare ... -bus alienigenis patiemur. 8, 14, 6 FILASTR. praef. 2). 8, 8, 5 *columbae* ad -us suos vegetiores redeunt. 8, 11, 9 integri -us excipiantur. 8, 11, 11 *pavones* ne suos quidem -us commode nutriunt (PLIN. nat. 11, 235 mammis nutriunt. SIL. 5, 144. 10, 109. 16, 235 AVG. civ. 19, 12 p. 374, 29 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 952[B] *v. l. 72*). 8, 14, 4 prohibeantur *anseres* -us suos excludere (PLIN. nat. 10, 162 si priorem -um gallinae excludant. 10, 170 QVINT. inst. 2, 16, 16 PROB. Verg. georg. 1, 399). 9, 13, 10 si favos immaturo -u transtulerimus, emorientur pulli. 9, 13, 13 apes magis mellificiis quam -bus student. 11, 2, 38 secundi -us pecudum. LVCAN. 1, 591 sterili ... nefandos ex utero -us. PERS. 2, 46 da pecus et gregibus -um. PLIN. nat. 8, 66 *tigris* -us ... semper numerosus est (*cf.* 8, 207 *v. p. 636, 51. 639, 21.* 10, 158 aliis *columbis* crebrior sit -us, aliis numerosior. 10, 165. 184 ARNOB. nat. 1, 21). 8, 216 *simiis* praecipua erga -um affectio. 8, 217 *cuniculorum* -us ventri exsectos vel uberibus ablatos. 9, 21 *delphini* gestant -us infantia infirmos. 9, 165 torpedo octogenos -us habens. 10, 88 oscines ... -us faciunt. 10, 121 ex -u supra ... aedem genito (AVSON. 396, 17. AVG. quaest. hept. 3, 38 vivos -us gignunt). 10, 154 ut ova ... igne ... foverentur ... et ... illinc erumperet -us. 10, 176 leaenae, ursae ... lambendo calefaciunt -us ... et figurant (*cf.* HIER. in Zach. lib. 3 praef. p. 881). 10, 179 ubera siccante -u. 10, 183 quaecumque animal pariunt, in capita gignunt circumacto -u sub enixum, alias in utero porrecto. 11, 27 *fuci* serotinus -us. 11, 71 *apium* -us ... inaequalis. 11, 105 ter anno debellandi *locustas* primo ova abterendo, dein -um, postremo adultas. 11, 233 asinis a -u *mammae* dolent. *ibid.* supra geminos -us (AVG. epist. 149, 4 gemino -u. VVLG. cant. 4, 2 omnes *oves* gemellis -bus). VAL. FL. 4, 45 halcyonēs ... -umque laremque (*cf.* STAT. Theb. 5, 599 aligerae sedem -usque parentis). HOMER. 148 serpens consumpsit volucrum bis quattuor -us. MART. epigr. 14, 2 sus fera ... emisit -um. 7, 31, 3 -um querulae rudem capellae. TAC. ann. 6, 28 *phoenicem avem nido* vim genitalem affundere, ex qua -um oriri. APVL. met. 9, 33 calathum -ui gallinaceo destinatum. PAPIN. dig. 33, 7, 3 pr. augmenta -uum et partuum. VLP. dig. 3, 5, 3, 6 partus et -us et fructus. 4, 2, 12 pr. partus ancillarum et -us pecorum et fructus. *passim apud* ICTOS. Ps. QVINT. decl. 13, 3 iuvabat ... lenta vimina vernis -bus texere. SOL. 32, 23 *crocodilus* -us premit. NEMES. cyn. 129 populosos pascere -us. IVST. 44, 3, 1 vento equas -us concipere (CLAVD. carm. min. 27, 23 concepto -u). PANEG. 2 (10), 11, 3 binos gregum -us et duplices arborum fructus. ARNOB. nat. 1, 2 animalia ... -us non in uteris sumptos ... custodiunt? AMBR. hex. 5, 13, 40 *alcyone* educit pullos -usque absolvit (*ibid.* absolutio -uum). AMM. 23, 6, 45 *Arabes* frugibus et -bus ... sunt locupletes. 6, 86 (*de margaritis*) hos oriri -us. VVLG. gen. 31, 8 parere -us. AVG. quaest. hept. 4, 32 hic primogenita non -us primitivos pecorum dicit; ... *πρωτότοκα* sunt primitivi animalium -us, etiam hominum. CASS. FEL. 71 hirundininum pullum de primario -u. PALLAD. hist. mon. I 6 bestia ... proprium -um ... *non* suscipiens (p. 51, 4 *But. τὸ ... μοσχάριον αὐτῆς μὴ δεχομένη*).
adde: VERG. georg. 4, 231 *apes* gravidos cogunt -us (*i. mel*). ENNOD. epist. 5, 8, 5 p. 131, 20 aquarum -bus (*i. piscibus*). *nota*: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 13, 3 phoenix ... et sui heres corporis et cineris sui -us.

2 *quod terra profert: fructus terrae, herbarum* (*animantia*: HOR. carm. 4, 5, 27 *l. 73* STAT. Theb. 3, 182 *l. 80* DRAC. laud. dei 1, 403 *l. 83*): **a** *generatim* (GLOSS. -um: ubertatem): PACVV. trag. 13 sol ... torrens terrae -um exusserit (*cf.* MANIL. 4, 420 sterilis torres [*Haupt*, terris *trad.*] ... rumpit ... -us). ACC. trag. 244 Cithaeron frondet viridantibus -is. SISENNA hist. 100 -um omnem ... eius anni (*cf.* COLVM. 10, 257. PLIN. nat. 12, 83 annuo -u). CIC. de orat. 2, 131 *ager* meliores -us possit et grandiores edere (*cf.* AVIEN. orb. terr. 355 quae *gens* -us edere sulcis tellurem docuit). LVCR. 1, 193 laetificos ... -us submittere tellus. 1, 209 loca ... meliores reddere -us (*cf.* OV. fast. 1, 694 triticeos -us ... reddat ager). 1, 1033 terra ... novet -us. 2, 1159 tellus ... dedit dulces -us (VERG. georg. 2, 442 *silvae* dant -us). 3, 1006 annorum tempora ... -us ... ferunt. 6, 1 frugiparos -us ... dididerunt ... Athenae. VERG. georg. 1, 82 mutatis requiescunt -bus arva. 1, 189 superant -us. 2, 327 aether ... omnes ... alit ... -us (*cf.* PERVIG. Ven. 62). 2, 521 varios ponit -us autumnus (*cf.* TAC. hist. 5, 7 -us segetum et autumni. CARM. de mens. 2, 37 dat ... -us October). CIRIS 230 gravidos Cereris ... -us. HOR. carm. saec. 31 nutriant -us ... aquae ... et aurae (*cf.* SIL. 1, 230 *v. supra l. 6*). carm. 4, 5, 27 Germania ... parturit ... -us (*cf.* SOL. 21, 1 Galliae omni ... -u beatissimae). GRATT. 36 bonus Aeolia de valle ... -us. SEN. epist. 121, 18 producit -us suos natura, non abicit. COLVM. 2, 2, 5 sŏlum ... coloni laborem ... magno -u remuneratur. 9, 1, 5 terrenis -bus et arboribus. 10, 199 orbis ... suas adamat partes et -bus implet. 10, 293 nitidis ... collucent -bus horti. BVC. Eins. 2, 35 tellus ... novos parit ubere -us. MART. 9, 71, 5 nemorum. STAT. Theb. 3, 182 novi -us (*sc. dracones*). CYPR. mort. 8 -u sterili terra ieiuna est. ARNOB. nat. 7, 22 *tellus* -bus gravior. MACR. sat. 1, 10, 19 omni ... -u agrorum coacto. RVT. NAM. 1, 235 *Faunus* renovat largo (*cf. p. 639, 15*) mortalia semina -u. DRAC. laud. dei 1, 403 aeris et pelagi -us. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911[B] ad -um fructificationis impulsa *tellus*. 5, 7 p. 917[C]

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

discretio -uum. DRAC. laud. dei 1, 268 -bus eductis concordant unda vel ignis. ENNOD. carm. 2, 72, 4 -bus ... messis multiplicata redit. opusc. 10, 8 p. 421, 13 de -bus fluminum (*i. scirpo*). CYPR. GALL. gen. 1326 tenui ... -u. CASSIOD. in psalm. 132, 3 germinantia ... in varios -us ... perducuntur. *nota de ferro*: SIL. 1, 230 atros chalybis -us (*cf.* ENNOD. dict. 10, 6 p. 456, 26).

b *in arboribus sim.*: PACVV. trag. 142 nec grandiri frugum -um posse nec mitescere. CIC. Arat. 9 lentiscus triplici solita grandescere -u. Brut. 16 (*in tropo*) omnis -us repressus. LVCR. 1, 253 *arbores* -u ... gravantur (*cf.* VERG georg. 2, 429 COLVM. 4, 20, 3). 1, 351 arbusta ... -us ... fundunt (*cf. p. 637, 55*). VERG. georg. 1, 55 arborei -us (OV. met. 14, 625 COLVM. 10, 401 CYPR. Demetr. 3. AMM. 23, 6, 48 fructuariis arboreisque -bus). georg. 2, 56 rami matris ... crescenti *herbae* ... adimunt -us. 2, 69 inseritur ... nucis arbutus horrida -u (*i. surculo. cf.* PLIN. nat. 27, 176 AVG. serm. ed. Mai 72, 1). 2, 390 largo (*cf. p. 638, 82*) pubescit vinea -u. Aen. 6, 141 *decerpere* arbore -us. 6, 207 croceo -u *visci*. OV. epist. 19, 9 demptus ab arbore -us (met. 14, 689). met. 1, 104 arbuteos -us (13, 820). 4, 161 *arbor*, aptos ... habe -us. 6, 81 edere cum bacis -um ... olivae (*cf.* NVX 93 maturos edere -us. *cf. p. 638, 62*). SEN. Thy. 156 curvata suis -bus ... arbor. COLVM. 3, 10, 2 *vites* a -u vacant (*cf.* 3, 10, 5 -u vacua. 3, 10, 14 *carere* -u). 3, 10, 4 numeroso -u (4, 24, 20. *cf.* 3, 10, 17 *v. p. 636, 51. 638, 15*). 3, 10, 8 semen ... loco sterili ... sine -u ⟨pro⟩cessit. 3, 10, 12 *vitis* conceptu atque -u gravida. 3, 10, 20 *malleoli* binos aut fere singulos -us in matre *tulerunt* (*cf. p. 637, 9. 75*). 4, 14, 3 *flagellum* non sustinet et -u et materiis onerari (*cf.* 4, 24, 11). 4, 27, 5 -us *vitis* decutere. 10, 412 *malus* pigro ... -u. PLIN. nat. 13, 57 subnascitur *fici* ... -us quater ... prioremque expellit immaturum (*cf.* 16, 114 *caprifici* primo -u sequens evocatur). 13, 59 hieme -us *fici* ... nutriente. 15, 51 *mala* numquam singula in -u. 15, 86 tot modis -u munito (*i. iuglandis nucleo. cf.* SER. SAMM. 1056). 16, 118 ficus sola ex omnium arborum -u ... medicatur. 17, 11 *arbores* amittant -us. 17, 17 *pomorum* iam valido -u. 17, 173 viveradix ... nisi cohibeatur ..., in -um exeat tota. ... nisi ad pariendum vires serventur, tota fit -us. TAC. ann. 13, 58 donec *arbor* in novos -us revivisceret. PALLAD. 12, 9, 1 vites ... pauperiem -uum compensant ubertate foliorum. NOVATIAN. cib. Iud. 2 arborum ... -us et fructus. AVIEN. Arat. 1785 ter -um concipit (*v. p. 638, 40*) arbos. CLAVD. rapt. Pros. 2, 78 omnia -u pubescant virgulta. *al.*

B *translate*: CATVLL. 65, 3 dulces musarum expromere -us. GRATT. 140 luxuriam ... -usque nocentis. SEN. epist. 66, 27 virtutem omnia opera velut -us suos ... intueri. APVL. mund. 9 *aëris* crassitudo aquarum -u gravidatur (*cf.* Socr. 10 p. 142 *nubes* si aliquo humore fecundae sunt, veluti ad -um edendum ... degrassantur). AMBR. Iac. 2, 4, 19 decoloros -us piae mentis. AVG. gen. ad litt. 11, 11 p. 344, 19 cum superba concupiscentia propriae potestatis quod conceperat pareret suoque -u confunderetur. DIONYS. EXIG. Procl. fid. p. 416^{B} intemerabilem substantiam tamquam in -um multiplicem diffamare (*de trinitate*).

deriv.: fetifer, fetificus, fetare, fetosus, fetundus, fetuosus, fetura.

2. ✕fētus, -a, -um [*cf. c.* 1. fetus. *Th.*]. *scribitur promiscue in codd. tam* fetus *quam* foetus. *definitiones*: NON. p. 312, 9 -um significat plenum ... onere levatum. SERV. georg. 3, 176 antiqui ... -um pro gravido solebant ponere. GLOSS. *γόνιμος*. pulcer, fructifer. -a: *ἐγκύμων, πλήρης*. fecunda, plena (IV 411, 51 fota *codd.*). semen animalium. II 579, 50 (*male versa*) = II 279, 55 -is semen animalium (*cf. Loewe, Gloss. nom. praef. p. XII*). -a: *αολη* (*λοχή Bücheler*). locos (*i. λοχός*). -as: *τοκάδας* portantes. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO, *maxime apud poetas, deest* TER. CATVLLO TIB. MART. (*apud* CIC. *extat unico loco*: nat. deor. 2, 156). [*val.* fat '*puer*', *sard.* fedus '*proles*', *anconit.* fetu '*filius*'. *M.-L.*]

I *sensu strictiore: i. q. fetum habens, sive praegnans, sive partu levata* (*cf.* SERV. Aen. 1, 51 sciendum est ... -am dici et gravidam et partu levatam. *cf.* 2, 238): **A** *de animantibus*: **1** *de bestiis* (*maxime de enixis; de praegnantibus* COLVM. 7, 6, 5. 7, 9, 3. 8, 11, 5. 9, 1, 7): ENN. ann. 68 lupus femina -a (*cf.* VERG. Aen. 8, 630 fecerat ... -am Mavortis in antro procubuisse lupam. OV. fast. 2, 413 SIDON. carm. 2, 119. 5, 23). 528 tantidem quasi -a canes (*i. quasi effeta*) sine dentibus latrat (PLAVT. Most. 852 *canis* tam placida est quam -a. GRATT. 301 PLIN. nat. 8, 151). VARRO rust. 3, 7, 6 *columbae* -ae ... *incubandi causa* in certum locum ... transferantur. VERG. ecl. 3, 83 -o pecori. georg. 3, 176 vaccae (COLVM. 6, 24, 5 STAT. Theb. 4, 139 apibus -is ... atque examine multo ... abundare. 9, 116. NEMES. ecl. 2, 31 -arum lambentes ubera matrum stant vituli. VVLG. gen. 33, 13. I reg. 6, 7 duas vaccas -as ... iungite in plaustro. GREG. M. in euang. 37, 4). HOR. carm. 3, 27, 4 praegnans canis aut ... rava ... lupa ... -aque volpes (*mala omina*). PROP. 4, 5, 18 in me hippomanes -ae semina legit equae (*cf.* LVCAN. 6, 456 frontis amaturae ... pignora -ae. PLIN. nat. 8, 165) OV. Ib. 501 leaena (fast. 5, 177 PLIN. nat. 8, 51 SIL. 1, 406 STAT. Theb. 10, 414 *al.* SVLP. SEV. dial. 1, 15, 5 *leaena* caecos quinque catulos male -a nutriebat). met. 13, 803 -a truculentior ursa. SEN. Herc. O. 241 tigris (LVCAN. 5, 405 ocior ... tigride -a. CLAVD. 3, 90 tigride mobilius -a). COLVM. 6, 37, 10 cum *equa* ex asino conceptum edidit, ... quidam ... -am nihilominus admisso equo *implent.* 7, 3, 11 primum *est* ... admissurae tempus vernum Parilibus, si sit ovis matura; sin vero -a, circa Iulium mensem (*cf.* 7, 3, 26 *custos* neque tardiores et gravidas *oves*, dum cunctantur, neque agiles et -as, dum procurrant, separari a ceteris sinat. CALP. ecl. 4, 104. 5, 36). 7, 6, 5 *capra* (SER. SAMM. 197 -ae cum lacte capellae). 7, 9, 3 femina sus ... debet ... quattuor mensibus -a quinto parere (*cf.* ARNOB. nat. 7, 22 scrofa inciens et ... -a. *ibid. scrofas* gravidas atque -as. HIER. epist. 50, 5, 5). 8, 11, 5 si *pavo* unam vel alteram -am saepius compressit. 9, 1, 7 *cum apes* -ae partus ediderint. LVCAN. 6, 676 sonant -a tepefacta sub alite saxa. PLIN. nat. 8, 59 panthera. 9, 13 vitulos *ballaenarum* ... aut -as vel etiamnum gravidas. 9, 47 partus *piscium* ... -as redeuntes in mare autumno comitatur. 10, 27 -a *avis*. 10, 103 *perdix*. 10, 155 *gallina*. 11, 238 Poppaea ... quingentas ... secum -as asinas trahens ... corpus illo lacte macerabat. IVV. 13, 66 monstrum ... -ae comparo mulae. VVLG. gen. 32, 15 camelos -as cum pullis triginta. 33, 13. AVIAN. fab. 35, 5 -am *simiam*.

2 *de hominibus* (*mulieribus*): **a** *de puerperis*: VARRO rust. 2, 10, 8 ostenderunt -as nostras, quae in conopiis iacent dies aliquot, esse ... contemnendas. frg. Non. p. 312, 16 veniebant ad -am amicae gratulatum. VAL. FL. 5, 149 -a ligat partuque virum fovet ipsa soluto. IVV. 14, 167 *in casa* -a iacebat uxor. SVET. vita Verg. 15 Brum. summa gravidarum ac -arum religione. APVL. met. 11, 2 partu -arum medelis lenientibus recreato. CENS. 11, 7 post partum ... pleraeque -ae graviores sunt (*cf.* AVG. civ. 6, 9 p. 263, 26 D. mulieri -ae post partum tres deos custodes commemorat adhiberi. SORAN. p. 25, 15 quomodo agenda est post partum -a?). ARNOB. nat. 3, 23 *Iuno* auxiliatur genetricibus -is. VVLG. Bar. 6, 28 -ae et menstruatae (*ἀποκαθημένη καὶ λεχὼς*). ZENO 2, 8, 2 (*de Maria*) rudis non gemit -a. *adde laxiore sensu i. q. liberis auctus, prolem habens*: LVCAN. 2, 339 geminos excepi -a (*i. postquam peperi*) maritos. STAT. Theb. 7, 179 (*de Iocasta*) male -a (*cf. supra l. 16*) ... mater. *de praegnantibus*: STAT. Theb. 1, 577 *Psamathe* sidereum Latonae -a nepotem edidit. IVL. VAL. 3, 54 id monstri ... mulier, quae -a fuerat, enixa est. ARNOB. nat. 2, 70 *multae mulieres* Diespitri factae sunt compressionibus -ae. 3, 10 deas gravidas, deas -as gliscentibusque per dies alvis alias ..., alias. OPT. PORF. carm. 24, 24 praecelso ... *Maria* virgo uterum de semine -a (*cf.* AMBR. inst. virg. 17, 109 deo -a. PAVL. NOL. carm. 6, 122 verbo -a dei. 25, 162 fit sine concubitu femina -a uterum. VICTORIN. Christ. 2. INSCR. christ. Rossi II p. 71, 42 te genetrix ignara viri, te denique -a). HIL. in Matth. 25, 6 -arum onus. CARM. adv. Marc. 5, 145 Ioseph Maria cum coniuge -a. VVLG. Os. 14, 1 parvuli *Samariae* ... elidantur et -ae eius discindantur.

B *de rebus (terra, arboribus, aqua sim.), fere poetice* (*acced. abl. l. 45. 46. 51. 52; gen. l. 50*): LVCR. 2, 994 umoris guttas mater cum terra recepit, -a parit nitidas fruges ... et genus humanum (CIC. nat. deor. 2, 156 terra ... -a frugibus et vario leguminum genere. OV. fast. 4, 88 -a ... terra patet. COLVM. 10, 19 *terra* vesano gramine -a. 10, 145). OV. met. 7, 129 -o consurgit in arvo *seges Iasonis* (SEN. Phaedr. 537 arva per se -a. *ceterum ad Iasonis segetem spectant* Oed. 731 -a tellus impio partu effudit arma. STAT. Theb. 1, 184 -ae telluris hiatu. 4, 435. 8, 231 -os ... cruenti Martis agros. CLAVD. 26, 25 -as ... novales Martis). fast. 1, 662 seminibus iactis est ... -us ager. Pont. 1, 7, 13 regio nec pomo -a nec uvis. COLVM. 3, 21, 3 -is palmitibus ... gravidus collucet autumnus. LVCAN. 6, 387 centauros -a ... nubes effudit. VAL. FL. 7, 367 *Medeae* monstrata seges, quae ... iuga -a metit. STAT. Theb. 4, 281 -a viridis puer excidit orno. NEMES. ecl. 4, 48 -is dependent vitibus uvae. AVSON. 383, 10 et fetos (ecfetos *Riese*) ramos denudat flamma Nepai. PALLAD. 14, 93 pro sudibus -is et pro praegnantibus armis. *nota de iecore Promethei succrescente*: SEN. Med. 822 furta luit viscere -o. *de re incorporea*: CASSIOD. anim. 2 p. 1287^{D} ecce gravida definitio illa iam -a est, ecce in lucem ..., quae fuerant clausa, proruperunt.

II *sensu latiore i. q. plenus, uber* (GLOSS. loca -a: hoc est plena. *v. l. 67*): **a** *absolute*: PROP. 4, 9, 22 terra ... non ullas -a ministrat aquas. STAT. Theb. 12, 17 *columbae* intus agunt natos et -a cubilia (*i. e. plena fetibus*) vallant unguibus.

b *accedit abl.*: VARRO AT. carm. frg. 19 a feris Libye (*cf.* SOL. 14, 4 gens ... -a tigribus. 23, 11 *insula* -a est anguibus). VERG. Aen. 1, 51 loca -a furentibus austris (OV. met. 14, 103 loca -a palustribus undis. *cf.* STAT. silv. 3, 2, 17 -a tepentibus undis litora. ANTH. 415, 19 -a procellis aequora). Aen. 2, 238 (*de equo Troiano*) machina ... -a armis. OV. rem. 570 damno litora -a (foeda *codd.*) suo. SIL. 11, 203 multā -a ... irā praecordia (17, 379 bello). 13, 592 -a furore Megaera. 17, 447 -a veneno attollit ... colla ... serpens. CLAVD. 12, 24 plena laurearum imperio -a domus. PAVL. NOL. epist. 49, 7 -a mundi seminibus arca.

c *accedit gen.*: AVIEN. Arat. 860 longa ut glomerent circumque supraque -a pruinarum se vellera (*i. nubes*). AMBR. virg. 1, 6, 31 ecclesia ... effeta iniuriae, -a rationis. AVG. c. Parm. 2, 3, 7 -a scelerum vota. MACR. sat. 1, 5, 12 ferias (*Saturnalia*) -as commodi. 7, 3, 9 *tale dicendi genus* -um contumeliae est.

III *singulariter passive i. q. natus*: MART. CAP. 1, 75 inter ... gemmarum virorem -a mari lumina coruscans fronti quaedam integrior suavitas resplendebat.

syn.: gravidus. *oppos.*: effetus (*l. 77*), gravidus (COLVM. 7, 3, 26). *compos.*: effetus.

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subst. fem. **fēta,** -ae [*foroiul.* fede, *prov.* fedo 'ovis'. *M.-L.*]. *i. q. ovis mater*: VERG. ecl. 1, 49 non insueta graves temptabunt pabula -as (*fallitur* SERV. Aen. 2, 238). COLVM. 7, 3, 8 quo purius et mollius incubent -ae. SEN. Phaedr. 20 comitatae gregibus parvis nocturna petunt pabula -ae. CALP. ecl. 4, 104 nuper tonsis exundent vellera -is. 5, 36. VVLG. Is. 40, 11 pastor ... agnos ... in sinu suo levabit, -as ipse portabit. CYPR. GALL. gen. 454. 1064. 1119 patrias ... -as. SEDVL. carm. pasch. 2, 113 trepidae ... vocant sua pignora -ae. op. pasch. 2, 10.

deriv.: fetinus.

fētūtīnae *v.* foetutinae.

feus GLOSS. *v.* 1. fucus.

fex *v.* faex *p. 170, 24 sq.* *Leonhardi †.*

fi. SVET. frg. p. 138 notae quae versibus apponi censuerunt. ... fi et ro. p. 141 fi et ro. haec apponuntur quotiens vel emendatio vel ⟨sensus⟩ eius versus sollicitius est inspiciendus. NOT. Tir. 19, 11. [*loc. dub.*: PLAVT. Cas. 727 fi fi *coni. Pareus*, ey ey (*i.* fy fy) *P*, ⟨ede⟩pol *A*.]

fia. CORP. XI 2268 (= CORP. Inscr. Etrusc. 724) Comlniai fia (*i.* filia). *cf. Lattes, Archiv 13, 377.* [*loc. corr.*: TRAG. inc. 198.]

fiala *v.* phiala.

***fiber,** -brī *m.* [= *theodisc.* bibar *anglosax.* beofor *slavon.* bebrŭ *med.* bawrō (bawriš) 'fiber'; beber (*v. infra l. 29*) *forma peregrina eiusdem vocabuli esse videtur. cf. ind.* babhrúḥ '*ichneumon, fuscus*'. *Th.*]. *de formis*: feber: SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 59 castores ... Latini febros dicunt. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 feber (*cf. etiam* VARRO ling. 5, 79 *infra l. 43*). biber (*cf. Gröber, Archiv 1, 250; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 363*): POL. SILV. nom. anim. chron. V p. 543, 6. beber (*cf. l. 23*): PRISC. gramm. II 150, 13 in 'er', si sint secundae declinationis, masculina sunt: ... ager, Auster, beber (pever *ADH*, pedur *fort. R, correxit Krehl*), puer. SCHOL. Iuv. 12, 34 castorem bebrum dicit. GLOSS. III 609, 6 testiculus de bebro. 581, 37 testiculi bebiris. *de flexione: declinatio secunda, quam testatur* PRISC. gramm. II 150, 15 (*v. supra l. 30*). II 232, 10, *sollemnis est; tertia legitur* GLOSS. III 588, 16 fibris (*gen.*). *dubius nom.* fibris: GLOSS. V 294, 64 fibris nomen serpentis, femininum (vipera? *Götz*). GLOSS. -r bebr (*anglosax.*). [*it.* bevero, *francog.* bièvre. *M.-L.*]

κάστωρ τὸ ζῷον (GLOSS. II 339, 32. III 248, 43. *cf.* V 200, 11 -i genus animalium; ipsi sunt et castores, qui etiam ponti⟨ci⟩ canes vocantur. SERV. georg. 1, 58 PROB. Verg. georg. 1, 59 ISID. orig. 12, 2, 21. 19, 27, 4): PLAVT. frg. inc. 12 sic me subes cottidie quasi -r salicem. VARRO ling. 5, 79 -r, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri, et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae et in iecore extremum fibra, -r dictus (*cf.* PAVL. FEST. p. 90). PHAEDR. app. 28, 1 canes effugere cum iam non possit -r. SEN. benef. 2, 29, 1 quod ... sit cutis ... mollior -is (*cf.* COLVM. arb. 15). PLIN. nat. 8, 109 Pontici ... -i (32, 110). 8, 111. 32, 26. 31 urina ... -i resistit venenis et ob id in antidota additur. 32, 133. 144. SIL. 15, 487 enatat intento praedae (*sc. testiculis*) -r avius hoste. SOL. 13, 2.

fibla, fiblatorius, fiblo *v.* fibul-.

***fibra,** -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 5, 79 antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae et in iecore extremum -a. SERV. auct. georg. 1, 120 alii -as herbas asserunt, ut Nigidius commentario grammaticali (FRG. gramm. Rom. ed. Funaioli p. 171, 27) φορβὴ ⟨herba⟩. sed antea -a dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt. potest ergo hic -is pro herbis accipi, quando ipsa intibus herbae species est. ISID. orig. 11, 1, 126 dictas ... -as quod apud gentiles in sacris ad Phoebi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque succensis responsa acciperent. *de formis: nom. sing.* fiber: GLOSS. III 248, 42 (II 361, 55) λοβὸς (ἧπαρ) -a fiber. *nom. plur.* fibres: CAPER gramm. VII 109, 16 fibres hi, non -ae ('*an potius* -ae non fibres?' *Keil in adn.*). *cf.* GLOSS. IV 342, 36 fibres pars iocineris pecoris. IV 76, 43 (= V 456, 50) fibri(?) inania (fibrae interanea? *Götz*). *de notione*: SERV. auct. georg. 1, 120 alii -as proprie dicunt rei cuiusque extremitates, sicut Cicero in Gabinium (*v. infra l. 81*) ... et in Tusculanis (3, 13 *v. infra l. 82*) ... unde et iocineris extremae partes -ae a nonnullis appellantur (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 126). bene ergo Vergilius intiborum vel radicum vel foliorum extremitates -as dixit. alii *eqs.* (*v. supra l. 54*). GLOSS. -is venis vel radicibus sive iecoribus (*spectat ad* VERG. Aen. 6, 600). PRISC. gramm. II 418, 10 ex contrario saepe diversa significatio in similibus invenitur vocibus: 'liber libra', 'fiber -a' *eqs.* *de -a et fimbria*: PAVL. FEST. p. 90 et -as iocinerum et fimbrias vestimentorum dicimus. *legitur inde a* CATONE LVCIL., *deest* LVCR. CATVLLO CAES. LIV. [*loc. dub. et corr.*: OV. met. 7, 600 -a *F et recc.*, exta *N. hic illic fluctuant codd. inter* -a *et* fimbria, *velut* PLIN. nat. 11, 190. 220. *cf. etiam infra l. 81 sq.*]

A *i. q. filum, fimbria, capillamentum in universum* (GLOSS. λοβός. κροσσός): CATO agr. 70, 1 porri (COLVM. 6, 4, 2. 6, 10, 2). CIC. or. frg. Serv. auct. georg. 1, 120 -ae cincinnorum madentes (*quod pertinere putant ad* Pis. 25, *ubi legitur* fimbriae). Tusc. 3, 13 radicum (OV. met. 14, 633 radicis. SEN. benef. 3, 29, 5 radix tenui -a. PLIN. nat. 17, 69 ne penetrans sol exurat -as [*radicum*]). 3, 84 stirpium (Cato 51). VERG. georg. 1, 120 amaris intiba -is (SERV. auct. *ad l.* bene ... intiborum vel radicum vel foliorum extremitates -as dixit. alii *eqs.* [*v. p. 641, 54*]). MORET. 89 cum spissis alia -is. COLVM. 2, 11, 4 triticum ... et adoreum, cum quattuor -as habere coeperint. 10, 111 teneris frondens lactucula -is. 11, 2, 9 cum ... frumenta quattuor -arum esse (*cf. l. 11*) coeperunt (PLIN. nat. 18, 51 frumenta multis radicantur -is sine ramis). 11, 3, 21 cum ternas -as emiserunt spicae. 11, 3, 31 -arum (*sc. radicularum*) summas partes intondeas. 12, 56, 2 mediam -am rapi gustato. PLIN. nat. 17, 262 praecisarum *vitium* ad radices plagam -asque aceto acri et urina vetusta madefacere. 18, 241 cum quattuor -arum esse coeperit *far*. 19, 33 tubera haec vocantur ... nullisque -is nixa aut saltem capillamentis. 32, 61 *ostrea* spondylo brevi atque non carnoso, nec -is laciniosa ... addunt peritiores notam ambiente purpureo crine -as. GARG. MART. pom. 2, 1 inhalantibus -is de radice purgatis. LAMPR. Diad. 4, 3 puer pilleum non habuit sed diadema tenue, sed ita forte, ut rumpi non potuerit, -is intercedentibus specie nervi sagittarii. PS. RVFIN. in Am. 7 p. 1089[A] omnes segetum -as. AVG. anim. 2, 16, 22 inter illitas (illicitas *trad.*) -as *papyri*. serm. ed. Mai 85, 1 cucurrit cruor ... *Christi* per poenalis ligni noxias -as. EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912[B] sparsis ... minutissimis -is. *nota*: MELA 2, 38 quasi paene insula extenditur vocaturque Peloponnesos ob sinus et promunturia, quis ut -is litora eius incisa sunt ... platani folio simillima.

B *de filis viscerum, extorum, maxime iecoris.* *cf.* GLOSS. λοβὸς (τοῦ) ἥπατος. λοβὸς καρδίας. interiora ventris, interanea. -ae venae iecoris. venas sanguinum (inguinum? *Götz*). laciniae interaneorum. librlaeppan (*anglosax.*). SERV. georg. 1, 484 Aen. 6, 600. 10, 136. CIC. div. 1, 16 quid fissum in extis, quid -a valeat. VERG. georg. 1, 484 nec ... tristibus extis -ae apparere minaces (*v.* SERV. *ad l.*). TIB. 2, 1, 26 viden ut felicibus extis significet placidos nuntia -a deos? OV. met. 6, 391 perlucentes ... in pectore -as. LVCAN. 1, 623 pulmonis ... -a (6, 630 Thessala [*maga*] ... gelidas leti scrutata medullas pulmonis rigidi stantis sine vulnere -as invenit. MACR. sat. 7, 15, 2 CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97 DRAC. laud. dei 1, 593. 5, 132). PLIN. nat. 11, 190 iocinera replicata ... ab ima -a (fimbria *M*) reperta sunt (SVET. Aug. 95 ab ima -a. AMM. 25, 3, 6). PAVL. FEST. p. 90 -as iocinerum (AMM. 25, 3, 6 iecoris. APVL. Plat. 1, 16 SER. SAMM. 380. 395. 901 ISID. orig. 11, 1, 126). SEN. Herc. O. 1221 pulmonis arentes -as. SIL. 5, 163 extis quaesitae -ae. GELL. 16, 3, 3 patentes ... intestinorum -ae. MIN. FEL. 27, 1. HIL. in psalm. 57, 2 viscerum (*cf.* RVFIN. hist. 7, 10, 4 in teneris visceribus humanas rimari per piaculum -as. *graec.*: καταχορδεύειν πλάσματα). PRVD. cath. 7, 7 -a cordis (CLAVD. 5, 414 cordis -as ... pandit. PAVL. NOL. carm. 10, 304). MACR. sat. 7, 14, 1 iecuscula -is tumidioribus (SIDON. epist. 5, 17, 7 iecusculi -a tumente).

laxiore sensu, i. q. pars iecoris (*fellis v. l. 53*). *cf.* GLOSS. -ae partes iecoris (pecudis), partes iecoris vel ficati viscera vel licinora (iecinora? *Götz*). CELS. 4, 1, 4 p. 147 M. *pulmo* in duas -as ungulae bubulae modo dividitur. *ibid. iecur* in quattuor -as dividitur. PLIN. nat. 11, 196 murium iocusculis -ae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur (*cf.* 29, 59 cum lunae lumine -arum [*iocusculorum*] numero crescente atque decrescente). 11, 196 ranarum rubetarum altera -a (*iecoris*) a formicis non attingitur. 28, 152 fellis ... -a.

i. q. vena. *cf.* GLOSS. vena vel chorda. -as venas. LACT. opif. 8, 13 ipsi ... Epicuro ... effossi oculi erant, ne videret effossos orbes et ruptas oculorum -as et fluentem per venas sanguinem ... nihil posse lucis admittere. AMBR. in psalm. 118 serm. 9, 7, 4 accuses ... medicum crudelitatis, quia putrefactas vulnerum -as ferro putaverit exsecandas (9, 16, 2 ferro incidat vulnerum -as. Cain et Ab. 1, 7, 27 instrumenta medicinae, quibus -a omnis letalis vulneris exsecatur). *tropice*: AMBR. in psalm. 61, 4 -a ... peccati inde manaverat. PROSP. epist. 1, 7 quia in ... Pelagianae pravitatis reliquiis non mediocris virulentiae -a nutritur. SALV. gub. 3, 13 persequitur dominus quasi -as praecepti istius. 3, 37 ne intus orirentur *cupiditates* et letaliter crescentibus -is convalescerent. PS. ORIG. tract. 4 p. 39, 16 fides sacra ... vitia ... et crimina ab ipsis conscientiae ... abditis atque penetralibus, ab ipsis -is atque radicibus exsecans et occidens et circumcidens. *nota de venis terrae*: PLIN. nat. 25, 3 culmina ... montium invia et solitudines abditas omnesque terrae -as scrutati invenere, quid quaeque radix polleret. 33, 1 persequimur omnes eius (*telluris*) -as.

i. q. chorda lyrae: SEN. Ag. 807 te ... Iuno ... pecore votivo libens Arabumque donis supplice et -a colam. PAVL. NOL. carm. 15, 26 surge ... cithara et totis intendere -is.

C *i. q. viscera, exta, iecora, inde hic illic i. q. praecordia, mens (plurimi loci ad rem haruspicalem spectant).* *cf.* GLOSS. -ae iocinora, id est interanea. -as viscera vel iocinora. interanea, iecor, ficata, pulmones. vir -arum id est dar⟨mana⟩ (*anglosax.*). LVCIL. 1201 luna ... muribus -as ... addit (*cf. Marxii comm. et* PLIN. nat. 29, 59). VERG. georg. 3, 490 neque impositis ardent altaria -is. Aen. 6, 600 nec -is requies datur ulla renatis. 10, 176 interpres Asilas, cui pecudum -ae ... parent (OV. epist. 9, 39 me pecudum -ae ... movent. met. 15, 580 cum ... sustulit ... a pecudis -is ad Cipi cornua lumen. CVRT. 7, 7, 9 SIL. 9, 15 NON. p. 220, 16 *al.*). TIB. 1, 8, 3 nec

[Nelz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **fidēle**. PRVD. perist. 10, 428 numquam aliter precabor, quam -e ut militent. CARM. epigr. 1445, 7 emeritam requiem titulo sortita -e confessa est (*v. Büch.*). *de* NON. p. 512, 29 -e pro fideliter. Plautus Captivis (439): fac -e (fidelis *codd. Plaut.*) ⟨sis fideli⟩ *v. Leo, Plaut. Forsch.*[2] *p. 286, 1.*

adv. **fidēliter**. *de notione*: Cic. epist. 16, 17, 1 unde illud tam *ἄκυρον* 'valetudini -r inserviendo'? unde in istum locum '-r' venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae: nam et doctrina et domus et ars et ager etiam fidelis dici potest *eqs.* GLOSS. *πιστῶς. πιστικῶς. de usu: legitur positivus apud* PLAVT. CIC. (*praeter orationes*) BELL. Alex. SALL. NEP. PROP. OV. LIV. SEN. pat. *et* fil. VAL. MAX. CELS. CVRT. COLVM. PLIN. nat. STAT. QVINT. inst. TAC. dial. PLIN. epist. FLOR. GELL. APVL. *et posteriores; comparativus* CIC. epist. 11, 21, 5 OV. met. 7, 563 *al.* (magis -r: AVG. civ. 1, 9 p. 14 D.), *superlativus* CIC. epist. 2, 16, 4 (*sed v. l. 11*), PLIN. nat. 33, 61 *al.* [*dub.*: CIC. epist. 2, 16, 4 *codd. optimi* fidissime.]

1 *i. q. πιστῶς, probe, oboedienter*: PLAVT. Capt. 363 volt te novos erus operam dare tuo veteri domino . . . -r. 424 erga hunc rem geras -r. Mil. 889 bene . . . aut -r (*praeced. opp.* male atque malitiose). Trin. 1128 consului -r. CIC. off. 1, 92 *vivere* simpliciter, -r. Att. 15, 20, 4 quae si -r Ciceroni curabuntur. epist. 13, 21, 2 mihi . . . -r benivoleque praesto fuit. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 quod pro nostra dignitate -r atque honorifice dixeris aut feceris. PLANC. Cic. epist. 10, 16, 2 non modo . . . -r, sed etiam . . . sapienter factum. BELL. Alex. 33, 3 -r permanserant in Caesaris amicitia. SALL. Iug. 71, 5 obtestatur per amicitiam perque sua antea -r acta. NEP. Dion 1, 4. PROP. 3, 24, 23 quinque tibi potui servire -r annos. OV. fast. 6, 41 posuisse -r iras in genus Electrae. EPIST. Sapph. 67 monui bene multa -r. LIV. 8, 1, 2 se sub imperio populi R. -r atque oboedienter futuros. 23, 16, 1 fortius ac -ius (frg. 60 fortiter -rque). 37, 14, 4 VAL. MAX. 4, 7, 2. SEN. dial. 12, 8, 2 litterae tuae tam diu ac tam -r amatae. frg. 90. PLIN. epist. 4, 9, 2 accusatus non minus acriter quam -r defensus. VVLG. II par. 19, 9 agetis in timore domini -r. 34, 12 -r cuncta faciebant (III Ioh. 5 -r facis quicquid operaris in fratres). prov. 12, 22 qui . . . -r agunt, placent ei. AVG. civ. 13, 6. 8. 22, 29 -r accipit quod ait deus. epist. 110, 3 qui sic credit, ut loquitur, etsi non vera loquitur, -r loquitur. epist. 130, 8, 17 *credere. al.* CORP. VI 6191 (*uxor coniugi mortuo*) cum quo vixit ann(os) *tot* -issime. -r facere *quasi technice apud* ICTOS: CELS. dig. 17, 1, 48 pr. parum . . . -r facit fideiussor . . ., quod *eqs.* CAIL. dig. 42, 8, 20 MARCIAN. dig. 48, 3, 6, 1.

2 *i. q. confidenter, sincere, recte, constanter, curiose*: PLAVT. Curc. 333 respondit mihi paucis verbis, atque adeo -r. Merc. 301 ausimne ego tibi eloqui -r (*A*, eloqui si quid velim *P*)? :: audacter. CIC. rep. 4, 8 cui . . . utinam vere -r . . . auguraverim. de orat. 3, 87 docere (HIL. syn. 23). epist. 2, 13, 1 prudentibus -rque suadentibus. OV. ars 3, 671 coepta -r edam. Pont. 2, 9, 47 ingenuas didicisse -r artes emollit mores. LIV. 36, 41, 5 vera et providere et -r praedicere. SEN. contr. 2, 1, 24 aridi declamatores -ius quos proposuerunt colores tuentur. CELS. 8, 11, 7 ut primo facilius excidit *os*, ita postea minus -r continetur (QVINT. inst. 1, 2, 1 facile percipere et -r continere *memoriā*. 10, 3, 2). SEN. nat. 1, 6, 5 acies *oculorum* . . . in humido labitur nec apprehendere quod vult, -r potest. 4, 10. epist. 50, 8 -r sedent quae in locum suum veniunt. 80, 6 saepius pauper et -ius ridet. PLIN. nat. 33, 61 Fortunae inaurato -issime . . . simulacro. PLIN. epist. 6, 24, 3 QVINT. inst. 1, 4, 5. FLOR. epit. 3, 5, 14 extincta parum -r incendia. APVL. Plat. 2, 5. TERT. pudic. 14 melius suspicareris et -ius argumentareris. TREB. trig. tyr. 33, 8 libellum non tam diserte quam -r scriptum. ARNOB. nat. 2, 11 iudicare -r. ITALA Phil. 2, 20 (Mar. Victorin. in Phil. p. 1214[B]) qui -r (*γνησίως*, VVLG. sincera affectione) sollicitus sit de vobis. HIL. in psalm. 2, 3 cum . . . his libris . . . collatis et -r consonantibus repertis. HILARIAN. curs. temp. p. 159, 2 anni *tot* . . . per generationes singulas -r comprobantur. AVIEN. Arat. 1318 -r astro explorare notos. VEG. mil. 1, 8. 2, 3 strictim -rque. HIER. epist. 9, 1 nuntiare. RVFIN. hist. 1, 1, 3 ut et -r et integre . . . narremus. PHOEBAD. c. Arrian. 13 figuram -r exprimens. COD. Theod. 9, 42, 18 (*a. 401*) quae susceperat, -r repraesentet. 11, 7, 16 (*a. 401*) tabularios -r prodere nomina dominorum *oportet*. CAPREOL. epist. 2, 7 p. 854[A] suam praesentiam -r pollicentem. FERRAND. epist. 8 *scire. apud* ECCL. *respondet voci* amen: HIER. epist. 26, 4, 1 amen . . . Aquila *πεπιστωμένως* exprimit, quod nos '-r' possumus dicere, ductum adverbium ex nomine fidei amuna, Septuaginta *γένοιτο*, id est fiat. in Matth. 6, 11—13 p. 35 amen signaculum orationis dominicae est, quod Aquila interpretatur '-r', nos 'vere' possumus dicere. in Is. 65, 15 p. 786. APRING. in apoc. 1, 7 *amen* est '-r, vere' *eqs.*

3 *i. q. firme, secure, constanter*: CIC. epist. 11, 21, 5 meorum aliquem mittam, quo -ius ad te litterae perferantur. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 2 per quorum loca -r mihi pateret iter. QVINT. inst. 6, 4, 14 quod tam -r firmum est. 10, 6, 3. TAC. dial. 34 eloquentiae famam . . . constantius surgere, -ius corroborari. GELL. 17, 12, 3 qui quartanam *febrim* passus convaluerit . . ., -ius constantiusque postea valiturum.

4 *i. q. in fide dei*: TERT. castit. 12 p. 755 satis consulte et imprimis -r (*per ironiam dictum*). RVFIN. Adamant. 5, 22 qui non -r (*κατὰ πίστιν*) conversantur, sed in carnalibus actibus involvuntur. AVG. civ. 1, 9 p. 14 D. magis -r ista considerantibus. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 1 *crux domini* non nisi tam -r requirenti meruit ostendi. dial. 2, 6, 6. ZACCH. 1, 19 Moyses -r saevit in facinus. CASSIAN. conl. 1, 1 -r desiderantibus. 7, 2, 2. AVELL. p. 43, 26 Christum -r adorare. VICT. VIT. 2, 72 *profiteri*. VITA Caes. Arel. 2, 25 locum debilitatum -r tangens. VITA Nicet. 12 ut . . . -r crucis signacula faceret. *alludit ad*

[Jchm.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fidem Christianam: LACT. inst. 7, 26, 9 abscondi...tegique mysterium quam -issime oportet, maxime a nobis qui nomen fidei gerimus.

oppos.: malitiose (PLAVT. Mil. 887).

fidēlitās, -ātis *f.* *a* fidelis. NON. p. 109, 28 -em id est fidem. AGROEC. gramm. VII 115, 9 fides de -e. GLOSS. -is fides. *legitur apud* PLAVT. ACC. AFRAN. CIC. (*15ies*) HIRT. APVL. *et raro apud posteriores.* [*it.* fedeltà, *francog.* féauté. *M.-L.*]

i. q. fides: **1** *hominum*: PLAVT. Trin. 164 quid tibi ego dicam, qui illius sapientiam et meam -em et celata omnia paene ille ignavos funditus pessum dedit? AFRAN. com. 399 periit opera ... meae ...-is. CIC. Verr. 4, 74 tanta auctoritas est in eorum hominum -e. 5, 122 propter diuturnam...-em. 6, 125 haec civitas apud te cognationis, -is, vetustatis, auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit, ut. Planc. 71 *vita mea* -e amicorum conservata sit (Phil. 12, 22 ubi me ... amicorum -s *custodit*). Lael. 65 quae omnia pertinent ad -em. Att. 9, 17, 2 in hac ... fortuna perutilis eius opera et -s esset (epist. 16, 12, 6 operam et -em). epist. 4, 14, 3 novarum me necessitudinum -e contra veterum perfidiam muniendum putavi. 13, 16, 2 studio et -e. 13, 20 -e benivolentiaque. 15, 3, 2 sociorum (*locum habet* NON., *om. codd. Ciceron.*). ad Q. fr. 1, 2, 3 quibus in rebus ...-s summa est. PLANC. Cic. epist. 10, 4, 2. 10, 9, 3 copias ... -e firmissimas. Q. CIC. Cic. epist. 16, 16, 2 Stati -s. HIRT. Gall. 8, 46, 6 provinciae. APVL. met. 9, 17 servolum ... -e praecipuum. TREB. trig. tyr. 11, 6 ut -s historica (*i. historici*) servaretur. COD. Iust. 7, 44, 2 pr. (*a. 374*) iudices ... sententias ... statim in libellum secuta -e conferrent. COD. Theod. 11, 7, 12 (*a. 383*) ad solutionem fiscalium pensitationum spectata -e compellere. *in tit. sepulcr.*: CORP. I² 1296 ob -e (*sic*) et oficeis. III suppl. 1, 9507 ob meritis et -em. *adde*: APVL. Plat. 2, 7 hanc *virtutem ... Plato* modo iustitiam nominat, nunc universae virtutis nuncupatione complectitur et item -is vocabulo nuncupat. *accedit*: erga: PLAVT. Trin. 1126 fides -sque amicum erga. CIC. epist. 3, 6, 1 PLANC. Cic. epist. 10, 17, 2. in *c. acc.*: ACC. trag. 20 quem scis quali in te siet -e.

2 *rerum, i. q. securitas, constantia*: PLIN. paneg. 67, 3 nec verendum est, ne incautos non putet *princeps*, si -e (felicitate *Arntzen*) temporum constanter utamur, quos meminit sub malo principe aliter vixisse.

3 *i. q. fides Christiana*: HIER. adv. Pelag. 2, 22 signum postulat, ut credat verum esse quod deus repromiserit, quod saltem parvae -is indicium est. *c. gen. obi.*: ITALA act. 3, 16 (cod. h) supra -e (*πίστει*, VVLG. in fide) nominis ⟨eius⟩ (*i. Christi*) hunc ... confirmavit nomen ⟨eius et⟩ fides dedit ei integritatem.

iuxta pos.: fides -sque (PLAVT. Trin. 1126).

opp.: perfidia (CIC. epist. 4, 14, 3). *Jchm.*

fīdentia, -ae *f.* [*a* fidens. *Th.*].

i. q. confidentia (in bonam partem), fiducia sui: CIC. inv. 2, 163 *fortitudinis* partes magnificentia, -a, patientia, perseverantia. *ibid.* -a est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit. 2, 165 -ae contrarium est diffidentia ...; audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum. *ibid.* audacia, quae -ae ... finitima est. Tusc. 4, 80 si -a, id est firma animi confisio, scientia quaedam est et opinio gravis non temere assentientis (*opp.* metus). TERT. apol. 23 ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostrae -am aedificant (*cf.* idol. 10 p. 40, 24 fides aedificatur). NON. p. 443, 9 confidentiae et -ae discretionem M. Tullius pandit Tusculanarum lib. III (3, 14 *v. p. 697, 18*). MAR. VICTORIN. rhet. 2, 54 p. 302, 21 in honestis actibus -a est, ceterum in malis confidentia (*cf. p. 697, 82*). *ibid.* p. 302, 31. 35. *Bauer.*

fidēprōmissor, -ōris *m.* [*a* fide promittere; fideipromissor *mutatum ad exemplum vocis* fideicommissum. *Th.*]. GLOSS. fidei promissor *πιστικελευστής*. fidei promissores *πιστιεπαγγελταί*. *legitur praeter* GLOSS. *tantum apud* GAIVM inst.

is qui fide promittit GAIVS inst. 3, 115 pro eo quoque qui promittit solent alii obligari; quorum alios sponsores, alios -es, alios fideiussores appellamus. 3, 116 -r ⟨ita⟩ interrogatur 'idem fide promittis?' 3, 117. 120 de peregrino -e. 3, 121 sponsor et -r lege Furia biennio liberantur. *al.*

fidēprōmitto *v. p. 668, 60.*

1. fidēs, -ēī *et* -eī *f.* [*cf. c.* fidere. *Th.*]. *de etymologia*: CIC. epist. 16, 10, 2 nostra ad diem dicta⟨m⟩ fient; docui enim te, -es *ἔτυμον* quod haberet. rep. 4, 7 (NON. p. 24, 12) -es ... nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit quod dicitur. off. 1, 23 audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta, credamusque, quia fiat quod dictum est, appellatam -em. AVG. serm. 49, 2 -es appellata est ab eo, quia fit quod dicitur. epist. 82, 22 p. 374, 12 cum ipsa -es in Latino sermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. de mend. 20, 41. CASSIOD. in psalm. 72, 39 -es...dicta est ab eo, quod fiant dicta. *cf. p. 662, 68.* ISID. diff. 1, 486 dicta...-es ab eo, quod fit id quod inter utrosque (*sc. deum et hominem*) placitum est. orig. 8, 2, 4 nomen -ei inde est dictum, si omnino fiat quod dictum est aut promissum. et inde -es vocata, ab eo, quod fit illud quod inter utrosque placitum est, quasi inter deum et hominem; hinc et foedus. GLOSS. V 650, 44. *a* fidere *deducit* EVTYCH. gramm. V 459, 14. *de formis: de stirpe*: fydes: CARM. epigr. 512, 3. fed- *ex. gr.*: CORP. XII 2089, 6. 2153, 3. XIII 7636, 3. *de terminationibus:* ***nom. sing.***: AGROEC. gramm. VII 115, 9 -es de fidelitate, fidis de chorda. ISID. diff. 1, 254 inter -es et fidis: -es in -e, fidis de chorda. BEDA gramm VII 272, 16 -es -ei de credulitate, fides fidis de chorda; utraque es longa. fidis: CORP. X 1195, 9. XI 2834, 3. *scribitur* fidens: CORP. X 4539, 1. *de mensura v. l. 29 sqq.* ***gen. sing.***: CHAR. gramm. I 40, 6 -es -ei *πίστις*. 69, 18 scire debemus, quod -es et pubes duplicem genetivum habeant, -es, cum significat lyram, -is facit ... sin autem -es *πίστιν* significat, -ei facit genetivo, non ratione, sed distantiae causa. fide: TRAG. inc. 60. *de* PLAVT. Aul. 617 *v. infra l. 44.* OV. met. 3, 341. 6, 506 (*cf.* PRISC. gramm. II 366, 14 Ovidius quoque in III metamorphoseon '-e' pro '-ei' posuit ... idem in VI). 7, 728. 737 (-es *al.*). fidi: FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 3. fides: CYPR. GALL. Ios. 298 (-es *A B, recte, ut videtur*; -is *C, recep. Peiper*). ITALA Matth. 6, 30 (cod. k) nos modicae -es (VVLG. -ei). CARM. epigr. 1123, 3 lanifici praeclara, -es pietatis alumna (*genetivum agnovit Leo ap. Büch.*). *scriptum* fidaei (*sed mensura* ∪∪–): CARM. epigr. 714, 1. *de mensura v. infra l. 32.* ***dat. sing.*** (*cf. infra l. 49*): fide (*cf. Leo, Plaut. Forsch.² p. 350, 2*): CORP. I² 369. PLAVT. Aul. 667 (-ei *codd., sed* CHAR. gramm. I 70, 16 [*qui perperam genetivum accipit*] -es cum chordam significat, huius fidis facit, cum deam, huius -ei, quamvis Plautus dixerit 'Fide [*Fabricius*, -ei *codd.; cf.* 55, 13 quamquam in Aululari Plautus '-e' dixerit] censebam maximam multo fidem'). Persa 193 (*A*, -ei *P*). Poen. 890 (*P*, -ei *A*). Trin. 117 (-ei *C D, A deest*). *de reliquis Plauti locis v. l. 49.* SALL. Iug. 16, 3. 74, 1 (-ei *al.*). HOR. sat. 1, 3, 95 CORP. XIII 4132, 10. *dubium, num dat. sit:* OPT. PORF. carm. 22, 31. fidi: FAST. ann. Iul. Arv. Oct. 1 (Corp. I² p. 214). *de nota in publici privatique iuris formulis v. p. 668, 60. 65. 679, 15. 681, 24.* *de mensura:* ***nom. sing.***: SERV. Aen. 6, 120 'fidibus'... est a nominativo 'haec fidis', ut sit pyrrichius: nam 'fides' iambus est. *pro pyrrhichio* (*cf.* fidis *l. 5*): PAVL. PETRIC. Mart. 2, 685. ***gen. sing.*** (*cf. Garrod comm. ad* MANIL. 2, 605): CHAR. gramm. I 55, 12 nam *e* si *i ante se* non habeat, corripietur in genetivo, ut ab hac spe spei, re rei, -e -ei. PRISC. gramm. II 243, 10 tria quintae declinationis 'e' corripientia tam in genetivo quam in dativo, '-es -ei' 'res rei' 'spes spei'. fidēi (∪––): ENN. ann. 338 PLAVT. Aul. 121. 583 LVCR. 5, 102 (*in exitu hexam.*) PAVL. NOL. carm. 7, 42 (*in senario*). 15, 67 (*al. quinquies in fine hexametri. contra* ∪∪–: 24, 680 [*in synaloepha*]. 24, 814). ORIENT. carm. app. 3, 32. 140 (*utrumque in fine hexam.*). CYPR. GALL. exod. 954 *et saepius* (*in fine hexam.*). PAVL. PETRIC. Mart. 1, 81 (*in fine hexam.; saepius*). fidēi (∪∪–): *inde a* MANIL. 2, 605 (*Leonis coniectura* PLAVT. Vid. 41 [*cf. Plaut. Forsch.² p. 350, 2*] *nimis incerta*). *i longa*: fideí: CORP. XIV 5, 10. *bisyllabum* (∪–): PLAVT. Aul. 617. HOR. carm. 3, 7, 4 (*utroque loco legendum* -e [*cf. supra l. 10*]; -ei *codd.*). CARM. epigr. 1350, 4 (*saec. V; in eiusdem carminis vs. 1* -ei *trisyllabum*). *apud* CIC. *mensuram bisyllabam indicare videntur clausulae*: Sest. 50 exemplum -ei publicae. or. frg. A XIV 1 dignitatis -ei. *pro pyrrhichio*: TER. Haut. 1002 (-ei *codd. et edit., potius scribend.* -e). ***dat. sing.***: *apud scaenicos ubique bisyllabus, v. O. Seyffert, studia Plaut. (Berol. 1874) p. 25. mensura* ∪–: ?ENN. ann. 107 (*prior versus pars incerta*). PLAVT. Amph. 391 Aul. 615. 676 Cas. 1007 Cist. 245 TER. Andr. 296 Eun. 886. 898 (*ubique* -ei *codd., cf. l. 18 sqq.*). *altera syllaba in synaloepha*: PLAVT. Persa 193 Trin. 117. 128. 142. *pro pyrrhichio*: PLAVT. Poen. 890. *trisyllabi* (∪∪–) *apud poetas prima exempla*: MANIL. 3, 107 SEN. Thy. 764 SIL. 2, 561. 654. fidēi (∪––): PAVL. NOL. carm. 20, 24 CYPR. GALL. num. 417 (*utrumque in fine hexam.*). ***acc. sing.***: *pro pyrrhichio*: PLAVT. Curc. 140 Trin. 192 (*tantum A*). ***abl. sing.***: *iambice passim, pro pyrrhichio*: PLAVT. Mil. 1369 (fidele *codd.*). Persa 243. 486 CARM. epigr. 109, 3 (*in senariis ad priscorum exemplar confictis*). 681, 11. *de notione*: CIC. off. 1, 23 fundamentum ... est iustitiae -es, id est dictorum conventorumque constantia et veritas. AVG. spir. et litt. 31, 54 p. 210, 28 de hac ...-e nunc loquimur, quam adhibemus, cum aliquid credimus, non quam damus, cum aliquid pollicemur; nam et ipsa dicitur -es, sed aliter dicimus: 'non mihi habuit -em', aliter autem: 'non mihi servavit -em'. nam illud est 'non credidit quod dixi', illud 'non fecit quod dixit'. secundum hanc -em, qua credimus, fideles sumus deo; secundum illam vero, qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis. GLOSS. *πίστις*. fiducia. veritas. *de usu: legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO. *de vocabuli historia cf. in universum ea quae exposui in mus. Rhen. vol. LXXI. allitteratione quam dicunt et in pedestris sermonis formulis sollemnibus et in prisca poesi saepe cum vicinis vocabulis coniungitur, v. ex. gr. p. 668, 38. 669, 69. 670, 40. 671, 5. 39. 60. 676, 18. 677, 47.* *de numero plurali*: PROB. inst. gramm. IV 88, 12 -es...pluralem numerum facere prohibetur. GRAMM. suppl. 47, 14 -es...pluralem numerum non habet, quod credo divinitus inspiratum, ut quod una est, quae credi debeat et teneri, et in ratione latinitatis singulariter diceretur. 84, 31 sunt semper singularia generis feminini, ut fames sitis memoria spes -es caritas. inde grammaticus (*quis sit ignoratur*) dicit: spes et -es et caritas pluralem non habent numerum. *pluralis praeter* SORT. Sangall. 14, 6 licet exiguam spem habeas, sed multas -es habes *legitur tantum apud* ECCL., *ex. gr.* HIL. syn. 28 -es alias necesse fuerit conscribi, quae quales sint, ex ipsis intellegetur. 33

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceteras . . . episcoporum orientalium diversis et locis et temporibus conscriptas -es. 63 exponi -es coeptae sunt. ad Const. 2,4 tot -es... quot voluntates. 2, 5 annuas atque menstruas de deo -es. *al.* ZENO 1,1,9.10. HIER. in Is. 26, 2—4 p. 344 'emmunim' quod nostra lingua vertitur '-es' plurali numero, non singulari. [*corrupta et dubia: accusativum et in titulis et in libris manu scriptis haud raro commutari cum pronomine* eidem (= idem) *observavit Bücheler, mus. Rhen. 11,515; 29,195. v. ex. gr.* PLAVT. Epid. 124 CIC. leg. agr. 2, 103. ad Brut. 1, 10, 4 si steterit -e (*Büch.*, idem *codd.*) mihique paruerit (*cf.* Rab. perd. 28 in -e non stetit. off. 1, 32 promissis standum non esse). LIV. 6, 11, 8 -em (idem *codd.*) moliri. 27, 50, 7 -em (idem *P*). CORP. X 483, 2 eidem (*i.* -em). TRAG. inc. 60 (CIC. off. 3, 98) ei de *pro* -e *duo Ciceronis codd. Bern. saec. X. contra* -e *pro* idem *scriptum*: NEP. Epam. 3, 4 (*correxit Nipperdey*). *corrupta*: PRIAP. 58, 1 -em (*plerique*; curam *al., quod recep. Büch.*). SEN. contr. 2, 4, 3 meretricia -e. *ex coniectura legitur*: CIC. Q. Rosc. 42 ex -e (*Kayser*, te *codd.*). [*it.* fede, *francog.* foi. *M.-L.*]

materiem hunc in modum digessi:

caput prius

fides est id cui confidi potest

I ***ipsa res, cui confidere licet,*** *fiduciae fundamentum vel pignus ('Garantie'):*

A *deorum vel hominum tutela atque praesidium: p. 663, 63.*

1 in -e *alicuius* esse *sim.*: **a** *de ea tutela quae in iure hospitii nititur: p. 663, 83.* **b** *de reliquis tutelis:* ***α*** *hominum privatorum: p. 664, 18.* ***β*** *magistratuum imperatorum senatus sim.: p. 664, 52.* ***γ*** *populi Romani aliarumve gentium: p. 665, 26.*

2 -em *alicuius* implorare, invocare *sim.: p. 665, 73.*

B *securitas verbis promissis sim. effecta:* **1** *strictiore sensu, fere i. q. sponsio, cautio, fideiussio: p. 667, 65.* **2** *latiore sensu, fere i. q. promissum, ius iurandum sim.: p. 669, 67.* **3** *translate, fere i. q. auctoritas, testimonium, argumentum: p. 671, 80.*

C *fere i. q. bona fama (necnon i. q. nos 'Kredit' vocamus): p. 673, 53.*

II *ea* ***qualitas hominum vel rerum,*** *qua fit ut iis confidere liceat:*

A *de hominibus, fere i. q. fidelitas, constantia, honestas sim.:* **1** *generaliter: p. 675, 12.* **2** *speciatim fidelitas in diversis vitae condicionibus vel inter varia hominum genera: p. 677, 39.* **3** *bona fides: p. 680, 21.* **4** *i. q. taciturnitas: p. 681, 78.* **5** *poetice, i. q. firma securitas rei non animatae: p. 682, 21.* **6** *metonymice: pro persona vel re: p. 682, 41.* **7** *in prosopopoeia: p. 682, 65.*

B *de dictis, narrationibus sim., fere i. q.* ***πιθανότης****, probabilitas: p. 683, 10.*

caput alterum

fides est actio sive facultas confidendi: *p. 686, 57.*

I -em facio: *p. 686, 71.*

II *generaliter: actio vel facultas credendi sive confidendi: p. 687, 45.*

III *speciatim:* ***fides Christiana:*** *p. 689, 43.*

iunctura *selectae: verbales: p. 690, 53. epitheta: p. 691, 13. apposita: p. 691, 30.*

caput prius

FIDES EST ID CVI CONFIDI POTEST

I ***ipsa res, cui confidere licet,*** *fiduciae fundamentum vel pignus, i. q. nos 'Garantie' vocare solemus:* **A** ***necessitudinis inter homines forma*** *quaedam, status condicioque continua, sc.* ***deorum vel hominum tutela atque praesidium,*** *quod supplex aliquis adit, cliens adeptus est non sine certa securitatis spe, pignorum quasi summam continens:* **1** in -e *alicuius* esse; in -em *alicuius* venire *sim.; aliquem* in -em suam recipere *sim., aliquem* -ei *alicuius* mandare. (*hae locutiones antiquiore aetate fere ubique stricto publici privatique iuris sensu usurpatae sunt sive de hospitio sive de clientela [in universum cf. Mommsen, Röm. Forsch. I 321sqq., imprimis p. 329, 5. 355. 361, 10]; postea tamen — potissimum inde a Cicerone et Caesare — illae formulae generalem acceperunt notionem talem, ut etiam meram amicitiam fidelitatem sim. significarent.*) *vim vere Romanam vocabuli* -es, *quae subest locis hic allatis, illustrat Polybius 20, 9, 11; verba eius, licet proprie pertineant ad exempla sub b β, γ congesta, etiam ad reliqua referenda sunt:* ***οἱ δ' Αἰτωλοὶ...ἔκριναν ἐπιτρέπειν τὰ ὅλα Μανίῳ, δόντες αὐτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, οὐκ εἰδότες τίνα δύναμιν ἔχει τοῦτο, τῷ δὲ τῆς πίστεως ὀνόματι πλανηθέντες, ὡς ἂν διὰ τοῦτο 〈τε〉λειοτέρου σφίσιν ἐλέους ὑπάρξοντος. παρὰ 〈δὲ〉 Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό τ' εἰς τὴν πίστιν αὐτὸν ἐγχειρίσαι καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὐτοῦ τῷ κρατοῦντι.*** **a** *de ea tutela, quae in iure hospitii nititur* (*distinctionem inter* **a** *et* **b** *non semper accurate fieri posse ex huius instituti natura sequitur*): CORP. I² 611, 4 (*tessera hospitalis civitatis Fundanae scripta inter annos a. Chr. n. 222 et 152*) 〈i〉n eius -em om〈nes nos tradimus et〉 covenumis (VIII 68, 6 Gurzenses hospitium fecerunt quom L. Domitio Cn. f. L. n. Ahenobarbo procos.... isque eos posterosque eorum in -em clientelamque suam recepit. II 3695, 9 M. Atilius M. f. Gal. Vernus senatum populumque Bocchoritanum in -em clientelamque suam suorumque recepit. V 4919, 11. 4922, 11. II 2633, 7 [*a. 27*] *variae gentilitates* hospitium vetustum antiquom renovaverunt eique omnes alis alium in -em clientelamque suam suorumque liberorum posterorumque receperunt. [*nota in secunda tabulae parte anno 152 exarata scriptum esse* 16 in eandem clientelam eadem foedera receperunt.] X 7845, 11 *al.*). CIC. Planc. 97 cum omnia illa municipia... in -e mea... essent. *ibid.* Dyrrachium, quod erat in -e mea. ad Q. fr. 2, 12, 3 ex municipio Atellano, quod scis esse in -e nostra (*Ciceronis locis fort. non de genuino hospitio agitur ut in tesseris supra descriptis, rem tamen illi propinquam esse existumamus*). **b** *de reliquis tutelis:* ***α*** *hominum privatorum:* PLAVT. Cist. 245 *amica* mihi esset commendata et meae -ei concredita. Trin. 117 *adulescens* tuae mandatus est -e (-ei *CD*) et fiduciae (*Mommsen ad Corp. II 5042 comparat cum hoc versu locum tituli Baetici*: fidi fiduciae causa). 128 edepol -e (-ei *codd.*) adulescentem mandatum malae (*adiectivum* ***παρὰ προσδοκίαν*** *et praeter usum additum, cf.* v. 117. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 3 licitum est tibi... generum deligere, cuius -ei liberos tuos te tuto committere putares). TER. Hec. 53 qui... se in vostram commisit -em. Eun. 886 ego me tuae commendo et committo -ei, te mihi patronam capio. 1039 *Thais* in clientelam et -em nobis dedit se (CIC. S. Rosc. 93 in cuius -e sint et clientela. 106 se in Chrysogoni -em et clientelam contulerunt). LEX repetund. (Corp. I² 583) 10 quoiave in -e is erit maioresve in maiorum -e fueri〈n〉t. 33 queive in -e eius siet. CIC. Att. 3, 20, 2 totum me tuo amori -eique commendo. epist. 13, 16, 2 quem in -em atque amicitiam meam reciperem. 13, 19, 2 ut Lysonem in -em necessitudinemque tuam recipias. 13, 51 ut eum in tuam -em recipias eiusque rem famamque tueare (VAL. MAX. 9, 11, 6 ad clientem suum confugit. sed ne -e eius tutus esse posset... effectum est. GELL. 20, 1, 40 clientem in -em acceptum cariorem haberi quam propinquos tuendumque esse contra cognatos). 13, 65, 2 ea societas universa in mea -e est. HIRT. Gall. 8, 23, 2 *Commium* timor prohibebat cuiusquam -ei suam committere salutem. 8, 44, 3 Lucterius... cum in potestatem venisset Epasnacti Arverni, crebro enim mutandis locis multorum -ei (*nota* -em *paene idem valere atque* potestatem) se committebat *eqs.* SALL. Catil. 35, 6 Orestillam tibi (*add. V*) commendo tuaeque -ei trado. VERG. Aen. 2, 541 *Achilles* iura -emque supplicis (*Priami*) erubuit (***ἐν διὰ δυοῖν***, *ius -ei, quod supplici debetur, cum in -em alterius se commiserit*). CALP. decl. 17 totum me divitis -ei... addixi. MARCELL. dig. 37, 15, 3 ab eo servo, qui cum esset alienus, in -em eius devenit. MARCIAN. dig. 40, 1, 5 cum domino suo, cuius in -em confugit. *translatum ab hominum tutela ad deos:* CATVLL. 34, 1 Dianae sumus in -e puellae et pueri integri. SALL. epist. Mithr. 7 *Persen* apud Samothracas deos acceptum in -em. *nota: de ipsa dea* GRATT. 496 tua (*i. venatoris*) magna -es tutelaque virgo (*sc. Diana*).

β *magistratuum, imperatorum, senatus sim.:* CIC. div. in Caec. 11 *Siculi* ad meam -em, quam habent spectatam iam et cognitam, confugiunt. 13 quorum (*Marcelli ac Lentuli*) -e atque praesidio Siculi maxime utuntur. Verr. 5, 14 *ab homine*, quem... non solum potestati tuae, sed etiam -ei populus Romanus commiserat (dom. 1 vestrae sapientiae, -ei, potestati commissa. Font. 40 *hominem* videtis positum in vestra [*sc. iudicum*] -e ac potestate, atque ita, ut commissus sit -ei, permissus potestati [*cf.* Mur. 2]. ad Q. fr. 1, 1, 27 eos, quos tuae -ei potestatique senatus populusque Romanus commisit et credidit). Flacc. 102 te Flacce (*i. praetorem*)... obtestabar, cum tuae -ei optimae et spectatissimae salutem urbis et civium commendabam. prov. 35 sit in eius tutela Gallia, cuius -ei, virtuti, felicitati commendata est (*i. Caesaris.* LIV. 24, 22, 15 omnia quae suae [*Adranodori*] -ei tutelaeque essent. SEN. clem. 1, 1, 5 omnia quae in -em tutelam〈que tuam [*i. Neronis Caesaris*] venerunt〉. APVL. Plat. 2, 25 iis, in [*nota structuram*] quorum tutelam et -em res publica illa creditur. PANEG. 11 (3), 1, 5 me praetoriis praefecisti et provincias... meae -ei tutelaeque mandasti). off. 1, 35 ii qui armis positis ad imperatorum -em confugient. *ibid.* ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in -em recepissent, earum patroni essent more maiorum. CAES. Gall. 2, 15, 1 *Caesar* sese eos (*i. Bellovacos*) in -em recepturum et conservaturum dixit (*Bellovaci antea dixerant* [2, 13, 2] sese in eius -em ac potestatem venire). 4, 22, 3 eos in -em recepit. 5, 3, 7 *sese* suas civitatisque fortunas eius (*i. Caesaris*) -ei permissurum. 5, 20, 1 Caesaris -em secutus (5, 56, 3 quem supra demonstravimus Caesaris secutum -em ab eo non discessisse [*his duobus atque similibus locis sollemni sensui, quo significatur pignorum securitatumque summa ac fidele praesidium non sine quadam potestate, admixta latior vis, ut -es sit condicio mutuae fidelitatis*]. S. C. de mense Aug. [Macr. sat. 1, 12, 35] legiones... secutae... sint eius [*Augusti*] auspicia ac -em. LIV. 2, 29, 7 -em secuti P. Servili consulis. VAL. MAX. 9, 2, 1 quattuor legiones contrariae partis -em suam [*Sullae*] secutas. SEN. suas. 7, 5 perdamus eloquentiam Ciceronis, -em sequamur Antonii [*obumbrato*

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genuino sensu, fere i. q. partes Antonii]). civ. 2, 32, 2 Caesar me, ... provinciam Siciliam atque Africam ... vestrae (*i. militum*) -ei commisit. HIRT. Gall. 8, 3, 5 finitimas ... civitates sine ulla poena dedisse obsides atque in -em receptas esse (*sc. a Caesare*). 8, 27, 1. BELL. Alex. 23, 2 si ... in Caesaris -em amicitiamque venturi essent (LIV. 7, 19, 1 ni universa gens positis armis in -em consulis venisset. 8, 2, 13 qui non foedere, sed per deditionem in -em venissent. 8, 26, 7. 10, 43, 8. 37, 6, 6 *al.*). 33, 2 Cleopatrae, quae manserat in -e praesidiisque *Caesaris*. SALL. Iug. 62, 3 *Iugurtham* sine ulla pactione sese regnumque suum in illius (*imperatoris*) -em tradere. NEP. Them. 8, 4 rex eum data dextra in -em reciperet. Hann. 9, 3 simulans se suas fortunas illorum (*principum*) -ei credere. LIV. 4, 48, 13 in eius (*tribuniciae*) potestatis -em circumventam rem publicam tamquam privatum inopem confugere. 8, 31, 9 se vitam fortunasque suas illorum (*militum*) -ei virtutique permittere. 8, 36, 12 unius eius (*dictatoris*) -ei virtutique causam suam commendantes. 26, 32, 8 *Marcellus consul* in -em clientelamque se (*i. legatos*) urbemque Syracusas acciperet (*cf.* 37, 54, 17 receptae in -em et clientelam vestram [*i. Romanorum*] universae gentis [*Rhodiorum*]). 29, 18, 19 ad vos (*patres conscripti*) vestramque -em supplices confugimus. 30, 14, 4 (*Scipionis verba*) te, Masinissa, existimo ... te ipsum spesque omnis tuas in -em meam commisisse. 36, 28, 4 non in servitutem, ... sed in -em tuam (*i. consulis*) nos tradidimus (*cf. infra l. 68*). CVRT. 8, 4, 21 qui se regis potestati -eique permisit. 9, 7, 13 per tot aetates inviolatam libertatem illius (*Alexandri*) primum -ei dicionique permissuros. TAC. hist. 1, 37 quos deprecantes in -em acceperat *Galba. al.* γ *populi Romani aliarumve gentium*: CIC. Verr. 3, 2 Sicilia se ad amicitiam -emque populi Romani applicavit. 6, 83 civitates quae in amicitia -eque populi Romani perpetuo manserant (LIV. 25, 15, 16 in -e [*Gronov.*, inde *P*] ... ac societate Romana manendum). 6, 124 semper ... amicitiam -emque populi Romani secuti sumus (CAES. Gall. 4, 21, 8 ut populi Romani -em sequantur). CAES. Gall. 2, 3, 2 se suaque omnia in -em atque in potestatem populi Romani permittere. 2, 14, 2 Bellovacos omni tempore in -e atque amicitia civitatis Haeduae fuisse. 6, 4, 2 quorum (*Haeduorum*) antiquitus erat in -e civitas. 7, 5, 2 ad Haeduos, quorum erant in -e. civ. 1, 34, 4. BELL. Hisp. 1, 1 Pompeius in -em uniuscuiusque civitatis confugere coepit (*cf.* 32, 8). SALL. Iug. 33, 4 in -e et clementia populi Romani magnam spem illi sitam (LIV. 45, 4, 7 ut se suaque omnia in -em et clementiam populi Romani permitteret). VERG. Aen. 10, 71 *num Aenean hortati sumus* Tyrrhenam ...-em (*i. Tyrrhenos, auxilium ab iis petentem, cf.* SERV. auct. *ad l.*, DON. Ter. Andr. 716 '-em' dixit opem et auxilium, ut 'Tyrrhenamque -em') aut gentis agitare quietas? LIV. 6, 10, 2 *Nepesini* -em ..., quam implorassent ab Romanis, ipsi praestarent. 8, 1, 10 nec in -e populi Romani nec in dicione essent (34, 35, 10 *civitates* se suaque in -em ac dicionem populi Romani tradidissent. 37, 45, 3 in -em consulis dicionemque populi Romani sese tradebant. 38, 31, 6 ad urbem Lacedaemonem in -em dicionemque populi Romani accipiendam. PLIN. paneg. 32, 1 provincias omnes in -em nostram dicionemque venisse). 8, 19, 1 Fabraterni et Lucani Romam venerunt orantes, ut in -em reciperentur (10, 11, 13. DECRET. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 35 devictarum aut in -em receptarum ab eo gentium). 8, 25, 3 Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerat, in -em venerunt (8, 27, 2 in -em populi Romani venisse. 25, 1, 2 Consentini et Tauriani in -em populi Romani redierunt. 22, 2, 5 PLIN. nat. 3, 110 in -em populi Romani venere). 21, 19, 11 ne quis -ei Romanae aut societati confidat. 23, 28, 11 urbem deditam nuper in -em Romanorum (42, 8, 5 [37, 9, 7 tradentes in -em civitates suas]. *ex hac iunctura similibusque velut* 26, 40, 14 voluntaria deditione in -em venerunt. *al. nata* -ei *vis quasi deditionis, quam habes* 24, 19, 11 *oppugnatorum* petentium -em. 32, 16, 14. 32, 17, 2 ad -em ab Romano petendam oratores mittunt). 25, 16, 14 ut omne nomen Lucanum in -e ac societate Romana sit. 28, 7, 12 cum in -em Aetolorum perfugissent (pervenissent *al.*). 36, 27, 8 ut se in -em permitterent Romanorum. 36, 28, 1 se suaque omnia -ei populi Romani permittere. 38, 31, 2 cum in -em Achaeorum tutelamque ... Romani Laconicae orae castella et vicos tradidissent. 39, 54, 7 *se* (*Gallos*) dedisse se prius in -em quam in potestatem populi Romani (*cf. l. 23. p. 663, 78*). MON. Ancyr. 6, 6 plurimaeque aliae gentes exper⟨tae sunt p. R. fide⟩m me principe. πεῖραν ἔλ⟨α⟩βεν δήμου Ῥωμαίων πίστεως. SVET. Tib. 49, 2 *rex Parthorum* pulsus a suis quasi in -em p. R. ... Antiochiam se receperat.

2 -em *alicuius* implorare, invocare *sim.*: a *deorum*: TRAG. inc. 40 implorat -em Iovis hospitalis (*cf.* OV. met. 5, 44 testatus iusque -emque hospitiique deos. APVL. met. 3, 26 pro Iuppiter hospitalis et Fidei secreta numina). PLAVT. Amph. 455 di immortales, obsecro vostram -em (Most. 77 pro d. i. o. v. f. 530 Poen. 967). 1130 di, obsecro vostram -em (Cist. 663 Truc. 805. *his tribus locis formula post diaeresin septenarii trochaici posita est; eadem alio loco non legitur*). Aul. 300 quin divom atque hominum clamat continuo -em. Men. 1053 tu clamabas deum -em atque hominum omnium (APVL. met. 8, 18 ille deum -em clamitans. 9, 20 -em deum boantem dominum). CIC. Verr. 2, 25 deum atque hominum -em implorabis. CATVLL. 64, 191 caelestumque -em postrema comprecer hora. LIV. 2, 10, 3 obsistens obtestansque deum et hominum -em testabatur nequiquam deserto praesidio eos (*milites*) fugere (8, 33, 23 deum hominumque -em obtestans. 38, 33, 7 cum illi deos et -em legatorum testarentur. APVL. met. 7, 25 -em hominum deumque testabatur). 3, 45, 9 deorum hominumque implorabimus -em. 28, 28, 7 deum hominumque -em implorare. STAT. Theb. 3, 439 magnique -em testaris alumni (*Apollinis*). IVV. 13, 31 nos hominum divumque -em clamore ciemus. *nota*: LIV. 9, 12, 8 nequiquam deos -emque invocantes (*cf. p. 665, 75*). *supplendum est invocandi verbum* α *in formula* di vostram -em: DON. Ter. Andr. 716 'di vestram -em' admirantis adverbium est cum exclamatione ... -em dixit opem et auxilium (*cf. p. 665, 42*). PLAVT. Capt. 418 di vostram -em, hominum ingenium liberale! Cist. 259 Men. 872 Poen. 830. 900. 953 Trin. 591. 1070 Truc. 29 (d. v. -em, hui). CAECIL. com. 269 TER. Andr. 716. 744 Haut. 502 Phorm. 757. 808 Eun. 418. 790. 924. 1049 Ad. 381. (*apud* PLAVT. *semper in fine versus, item apud* TER. *praeter* Phorm. 757, *ubi ante diaeresin septenarii*, Eun. 418. 1049, *ubi in medio versu stat*). β *in singulorum deorum invocatione*: PLAVT. Aul. 692 Iuno Lucina, tuam -em! (*exclamatio mulieris parturientis*). Curc. 196 tuam -em, Venus noctuvigila! (*virginem iocose tamquam deam obtestatur. cf.* 192). VARRO Men. 213 (*in tit.*) Hercules tuam -em. *delitescente supplicandi notione similiter atque in exclamatione* 'di vostram -em' *usurpatur tamquam affirmationis formula*: FLOR. epit. 1, 11, 14 redit ad boves rursus triumphalis agricola -em numinum qua velocitate. 3, 3, 7 Teutonas ... quo (pro *vel* qua *trad.; et hoc et sequens verbum corr. Salmasius*) -em (fide *codd.*) numinum proelio oppressit. *translate, non de dis, sed de rebus incorporeis*: PS. QVINT. decl. 14, 1 -em iustitiae! -em severitatis humanae!

huc pertinet formula, quae e supplicandi locutione olim, id quod saepius accidit, facta est admirantis vel indignantis interiectio pro deum -em. *fere nusquam usurpatur nisi in interrogatione (vel in exclamatione velut infra l. 41), sed cf. infra l. 60* ENN. var. 18 quid censes domino esse animi? pro divum -em, ille tristis est dum cibum servat, tu ridens voras? (*hanc sententiam tamquam affirmativam interpungunt editores*). PLAVT. Curc. 694 pro deum atque hominum -em, hocine pacto ... me abripi? Epid. 580 pro deum atque hominum -em, quid? ego lenocinium facio, qui ...? TER. Andr. 237 pro deum -em, quid est, si haec non contumeliast? Hec. 198 pro deum atque hominum -em, quod hoc genus est, quae haec est coniuratio! Haut. 61 nam pro deum atque hominum -em, quid vis tibi? Eun. 943 pro deum -em, facinus foedum! o infelicem adulescentulum! Ad. 746 pro divom -em, meretrix et mater familias [erit] una in domo? *nota*: -em *subaudiendum*: TER. Phorm. 351 pro deum immortalium (*A*, -em *cum plerisque codicibus addidit corrector cod. A*), negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? *ubi* DON.: ἔλλειψις: deest 'fidem' aut quid tale. Cicero in Oeconomico (frg. 8 *M*): quid igitur, pro deum immortalium, primum eam docebas quaeso? (πρὸς θεῶν *Xenoph. Oecon. 7, 9*). *Cicero numquam utitur solis verbis* pro deum -em; *ubique apud eum haec obtestatio legitur* pro deum hominumque (*vel* atque hominum) -em, *antiquitus tradita, ut ipse testatur* orat. 155. CIC. Q. Rosc. 23 pro deum hominumque -em! qui ... noluit, ... is appetiit? 50 pro deum hominumque -em! hoc aut Roscius ... petisset ... aut Cluvius ... concessisset? div. in Caec. 7 quid est, pro deum hominumque -em, in quo ego ... possim? Verr. 4, 137 pro deum hominumque -em! quem ego accuso? 5, 7 pro deum hominumque -em, quid hoc est? Tusc. 5, 48 etenim, pro deorum atque hominum -em! parumne cognitum est ... semper in animo eius esse ... pacem? Lael. 52 nam quis est, pro deorum -em atque hominum! qui velit ... vivere? SALL. (*nota eum hanc obtestationem enuntiato affirmativo inserere*) Catil. 20, 10 verum enim vero, pro deum atque hominum -em, victoria in manu nobis est. LIV. 3, 67, 7 pro deum -em, quid vobis vultis? 44, 38, 10 quis pro deum -em ita comparatus ... ⟨non⟩ vicerit? APVL. met. 7, 27 nam pro deum -em ... cui tandem ... persuadere possis?

b *hominum*: α *-es atque auxilium hominum proprie invocatur*: Ⓘ *generatim*: PLAVT. Amph. 373 tuam -em obsecro. Men. 999 perii, opsecro vestram -em, Epidamnienses, subvenite, cives (Rud. 615 pro Cyrenenses populares, vostram ego imploro -em, ... ferte opem. 622 currite huc in Veneris fanum, vostram iterum imploro -em). Mil. 862 ne dixeritis, obsecro, huic, vostram -em. CAECIL. com. 212 pro deum, popularium omnium, ⟨omnium⟩ adulescentium, clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro -em. TER. Ad. 489 illaec -em nunc vostram implorat, Demea. PACVV. trag. 140 extemplo Aegisthi -em nuncupantes conciebunt populum. ACC. trag. 330 quin tuam implorem -em. TRAG. inc. 98 quis tumultu invocans incolarum -em. VARRO ling. 6, 68 quiritare dicitur is qui Quiritum -em clamans implorat. CIC. Quinct. 94 cuius hominis -es imploranda est? S. Rosc. 29 deorumne immortalium, populine Romani, vestramne (*iudices*) qui summam potestatem habetis hoc tempore, -em implorem? Verr. 5, 80 ut te ac -em tuam implorent. 6, 108 -em tuam, quae nusquam erat neque umquam fuerat, implorant. Rab. perd. 3 implorare civium -em. Cael. 65 imploraret hominum -em. Pis. 80 cum *Pompeius* municipia pro me adiret, Italiae -em imploraret (*cf.* Att. 9, 12, 3 implorare -em municipiorum). ac. 1, 89 virginis -em implorat 'fer mi auxilium *etc.*'

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 populi -em implora. CAES. Gall. 5, 7, 8 suorumque -em implorare coepit. civ. 3, 82, 5 -em implorarent Pompei. HIRT. Gall. 8, 48, 3 repente suorum invocat -em atque auxilium, ne ... paterentur. BELL. Afr. 26, 5 his se miseris suamque -em implorantibus auxilio ... esse non posse. 85, 9. LIV. 1, 7, 7 *Cacus* ictus clava *Herculis* -em pastorum nequiquam invocans. 2, 23, 8 implorant Quiritium -em (3, 41, 4. 3, 44, 7 SEN. epist. 15, 7. PETRON. 21, 1 invocare Quiritum -em. QVINT. decl. 379 p. 424, 3). 2, 55, 6 provoco et -em plebis imploro. adeste cives, adeste commilitones! 3, 21, 1 patrum -em implorant. 3, 56, 8 -em populi Romani implorantis (23, 36, 8. 26, 41, 20. 37, 26, 9 *al.*). 3, 58, 5 plebis -em atque auxilium implorarent (4, 14, 4 -em plebis Romanae implorare). 8, 32, 11 -em militum implorans (29, 9, 5 CVRT. 8, 1, 47. TAC. hist. 2, 9 -em suorum quondam militum invocans. SVET. Iul. 33). 30, 36, 5 implorantes ...-em ac misericordiam Scipionis. 40, 9, 6 circumventis in solitudine natura ipsa subicit, ut hominum, quos numquam viderint, -em tamen implorent. SEN. contr. exc. 5, 5 vicinorum ...-em imploravi. *singulariter*: QVEROL. p. 26, 27 quaeso nunc vestram -em, quisnam hic homo est? *deest invocandi verbum* (*cf. p. 666, 9*): SEN. contr. 1, 4, 11 fili, tuam -em, ostende. TERT. adv. Val. 14 quasi 'porro Quirites!' aut '-em Caesaris!'. PS. QVINT. decl. 16, 1 -em vestram, iudices, ne ... pereat. Ⓑ *speciatim: imploratur -es magistratuum, iudicum sim.*: CIC. Verr. 6, 106 implorare illi -em praetoris. 6, 172 omnes ... cives Romani ... vestram (*sc. iudicum*) -em implorant, vestrum auxilium requirunt (*cf. p. 666, 79*). Font. 46 vestramque, iudices, ac populi Romani -em implorat. Mur. 86 vester est supplex, iudices, vestram -em obtestatur. dom. 12 videturne ipsa res publica et consulis auxilium implorasse et senatus -em? p. red. ad Quir. 11 orba res publica consulis -em tamquam legitimi tutoris imploravit. APVL. met. 10, 28 magno ...-em eius (*praesidis*) protestata clamore.

β nominatio -ei inseritur invocationi vel affirmationi vel interrogationi: usurpatur formula: per -em *alicuius*: ENN. scaen. 186 per vos (servos *codd.*) et vostrum imperium et -em, Myrmidonum vigiles, commiserescite. PLAVT. Trin. 153 id solus solum per amicitiam et per -em flens me obsecravit suo ne gnato crederem. TER. Andr. 290 per tuam -em perque huius solitudinem te obtestor, ne abs te hanc segreges. SALL. Iug. 10, 3 per hanc dexteram, per regni -em moneo obtestorque te. VERG. Aen. 2, 142 quod te per superos et conscia numina veri per si qua est quae restet adhuc mortalibus usquam intemerata -es, oro. 6, 459 per sidera iuro, per superos et si qua -es tellure sub ima est. OV. met. 6, 498 perque -em cognataque pectora supplex, per superos oro (CORP. XII 4725, 5 te ⟨ro⟩go per deos ⟨supe⟩ros et inferos ⟨per t⟩uam mihi -em ⟨bene mu- *vel* cog- *vel* defi⟩nitam uti hunc ⟨loc⟩um *eqs.*). LIV. 29, 18, 9 per vos -emque (*sic recte codd., cf. Heraeus, vindiciae Livianae I 14 sq.*) vestram, patres conscripti, *ne* quicquam rei gesseritis. CVRT. 5, 11, 6 per hanc -em invictam oro et obtestor. PETRON. 24, 3 per -em ... vestram, Ascyltos ... solus ferias agit? APVL. met. 2, 27 per -em vestram, ... Quirites, per pietatem publicam perempto civi subsistite. *formula* per -em (*pronomine non addito*) *praeter veras invocationes etiam usurpatur, ut pondus quoddam addatur verbis rogantis, iubentis, indignantis*: PETRON. 93, 3 per -em, saltem nobis parce. 98, 3 per -em, Eumolpe, reduc puerum. 100, 5 per -em..., pater, cuius haec navis est? 114, 5 per -em, miserere. PLIN. nat. 29, 24 quo deorum, per -em, ista monstrante! QVINT. decl. 306 p. 206, 9 per -em, iuvenis, bona potius opta. TAC. dial. 35 quales, per -em, et quam incredibiliter compositae (*controversiae*)! PS. QVINT. decl. 2, 1 ignoscite per -em. *in supplicando usurpatur formula* pro -em (*cf. p. 666, 31*): PLAVT. Amph. 376 pro -em, Thebani cives (*enuntiatum nullum sequitur*). LIV. 9, 24, 9 'pro vestram -em, cives!' clamitans 'arx ab hostibus capta est, defendite [ite]!'

B ***securitas in certa re ad certum finem data,*** *non ut in A spectans ad universam dantis accipientisque mutuam condicionem, sed ad singula negotia sim., non per deditionem receptionemque effecta, sed verbis, promissis sim.*:

1 ***strictiore sensu:*** *fere i. q. sponsio, cautio, fideiussio; securitas sic data, ut promissor tamquam praes teneatur*: **a** *generatim*: PLAVT. Capt. 351 mittam equidem istum aestumatum tua -e (432 cogitato hinc mea -e mitti domum te aestumatum et meam esse vitam hic pro te positam pignori). Pseud. 316 face hoc quod te rogamus, Ballio, mea -e, si isti formidas credere. TER. Eun. 139 si -em habeat se iri praepositum tibi apud me (*v.* DON. *ad l.*). VARRO ling. 5, 40 praedia ... quod ea pignore data publice mancupis -em praestent (PAVL. FEST. p. 179 obsides pro obfides, qui ob -em patriae praestandam dantur). CIC. S. Rosc. 114 inque eam rem -em suam, si quid opus esse putaret, interponeret (*perperam interpretantur Heerdegen, de fide Tulliana p. 27, Landgraf ad l. cf.* SCAEV. dig. 17, 1, 60, 1 -em meam interponere [*synon.*: mea -e esse iussisse]. SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 8 St. qui pro mancipe vectigalium -em suam interponeret). Flacc. 46 *Stloga* tamen credidit *pecuniam* P. Fulvi Nerati ... -e (*ad h. l.* SCHOL. Cic. Bob. p. 104, 4 St. pecuniam creditam illi, sub aliena tamen -e et promissione dicit). *ibid.* eius -e sumpsit a Fufiis *pecuniam*. *ibid.* pecuniam quam huius -e sumpserat (SALL. Catil. 24, 2 pecuniam sua aut amicorum -e sumptam mutuam. SCAEV. dig. 16, 1, 28, 1 mulier a Numerio sua -e mutuam pecuniam acceptam ... solvit). 47 ipse ... Fufiis satis facit absentibus et -em suam liberat (CORP. II 5042, 11 donec ea omnis pecunia -esve persoluta L. Titi soluta liberataque esset [*quod defendit Momms. ad Corporis locum, in suspicionem vocavit apud Bruns fontes⁷ p. 334, ubi adnotat: 'si quid mutandum est, delendum* persoluta, *ut iungantur* pecunia soluta, fides liberata']. LIV. 9, 11, 13 forsitan et publica, sua certe liberata -e, ... redierunt. 42, 13, 12 quodam modo liberata atque exonerata -e mea. SEN. benef. 1, 1, 3 *si quis beneficium accepit*, non opus est ad liberandam -em facultatibus, sed animo. 5, 14, 4 quo genere obligatus es, hoc -em exsolve. PLIN. epist. 5, 10, 1 libera tandem hendecasyllaborum meorum -em, qui scripta tua communibus amicis spoponderunt. SVET. Claud. 9, 2 cum obligatam aerario -em liberare non posset. AFRIC. dig. 3, 5, 45, 1 liberandae -ei eius causa. VLP. dig. 17, 1, 12, 9 ut -em suam liberaret). de orat. 2, 280 A. F. P. R. idque diceret esse: actum -e P. Rutili (epist. 13, 28, 2 cures, ut satis detur -e mea). top. 42 si tutor -em praestare debet (epist. 1, 7, 6 si rex amicis tuis, qui ... pecunias ei credidissent, -em suam praestitisset). SALL. Iug. 29, 4 -ei causa (*cf. p. 683, 37*) mittitur a consule Sextius quaestor in oppidum Iugurthae Vagam. PVBLIL. M 12 male geritur quicquid geritur fortunae -e. PLIN. epist. 10, 4, 4 subsigno apud te -em pro moribus Romani mei. ARNOB. nat. 2, 9 p. 54, 7 non quod sibi persuaserit quis verum dici ab altero velut quadam -ei astipulatione tutatur? MARCELL. dig. 46, 1, 24 peto des ei nummos -e et periculo meo. SCAEV. dig. 34, 3, 31, 4 -em meam pro eo obligavi (PAVL. dig. 46, 1, 54 pro pecunia mutua -em suam obligat. *cf. l. 12 sq.*). PAPIN. frg. Vat. 13 (*cf.* HERMOG. dig. 19, 1, 49) *si venditor* colonum et quinque annorum mercedes in -em suam recipiat (*i. -em suam pro eis interponat; eadem notione*: COD. Iust. 4, 26, 8 quod patrem tuum in -e suscepisti). VVLG. prov. 11, 15 qui -em facit pro extraneo. Sirach 29, 18 vir bonus -em facit pro proximo suo. PAVL. MED. vita Ambr. 23 nisi -e sua imperator illum agere debere testaretur. cui episcopus: 'ergo ago -e tua'. respondit imperator: 'age -e mea.' *trop.*: CLAVD. 2, 6 parvos non aquilis fas est educere fetus ante -em solis (*i. antequam sol pro iis -em interposuerit*) iudiciumque poli (*cf. p. 669, 11*).

ad eam rem, de qua fide promittitur, significandam **accedit** *genetivus obiect.*: CIC. Att. 9, 19, 3 pacis -es nulla est. HOR. carm. 3, 16, 30 segetis certa -es meae fulgentem imperio fertilis Africae fallit sorte beatior. VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 deformitatem *faciei* ... sanctitatis suae -em ... esse maluit. SEN. epist. 97, 13 eleganter ... ab Epicuro dictum puto: 'potest nocenti contingere, ut lateat, latendi -es non potest' (*Plutarch. contra Epicuri beatit. 6 p. 1090ᶜ = frg. 532 p. 321 U.* *πίστιν περὶ τοῦ λαθεῖν λαβεῖν*). 97, 16. COLVM. 3, 4, 2 certam generositatis -em (arb. 1, 3). 11, 3, 8 ut certam perennitatis puteus habeat -em. LVCAN. 2, 243 omnibus expulsae terris ... virtutis iam sola -es (*sc. Cato. cf.* TAC. hist. 2, 5 praecipua concordiae -es Titus. 4, 85 praecipua victoriae -es dux hostium Valentinus. PLIN. paneg. 11, 3 *principi* una eademque certissima divinitatis -es est bonus successor). PLIN. nat. 18, 342 tanto certior -es serenitatis. STAT. Theb. 2, 159 geminae mihi..., nepotum laeta -es, aequo pubescunt sidere natae. 6, 936 peritque venturi promissa -es.

locutiones technicae ICTorum: **fidē rogo:** TAB. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937, 14) alterum tantum dari -e rogavit Maximus Batonis, -e promisit Dasius (*ubi Mommsen*: 'fide rogare *et* fide promittere *hic usurpantur non de fideiussione, sed de ipsius debitoris promissione; similiter Scaevola* [dig. 45, 1, 122, 1] *ait de mutua pecunia*: ea sic recte dari fieri -e roganti Sticho servo L. Titii promisit Callimachus. *eadem vocabula redeunt similiter in instrumentis n. V. VII. VIII; in n. VII tamen etiam qui fide iussit dicitur fide rogatus*'). 7 (Corp. III p. 941, 4) f(ide) r(ogato). p. 941, 13 f(ide) r(ogavit). ✕**fidē prōmitto** (*cf. Girard-Mayr, Geschichte u. System des röm. Rechtes p. 817 sq; Leonhard, PW. VI 2279 sqq.; E. Levy, Sponsio, fidepromissio, fideiussio [passim]; Sohm, Institutionen¹⁴ p. 516⁵, ubi v. de Mitteisii disputatione*): TAB. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937, 15) -e promisit (*cf. Mommseni adn.*). 7 (Corp. III p. 941, 13) f(ide) p(romisit). p. 943, 19 *al.* GAIVS inst. 3, 112 idem -e tua promittis? EVGRAPH. Ter. Eun. 1060 -em (-e *scribendum censeo*) promitto et spondeo. ✕**fidē iubeo** (*cf. Girard-Mayr p. 817 sqq.; Leonhard, PW. VI 2275 sq.; cf. etiam libros supra l. 62 laudatos*): VLP. dig. 16, 3, 1, 14 si fideiussisti pro eo, Labeo omnimodo fideiussorem teneri ait. FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 9 -eve quid sua esse iussit iusserit. IAVOL. dig. 46, 1, 20 ab eo pro quo fideiussit. IVLIAN. dig. 46, 1, 19 servus ... pro quodam fideiusserat. *ibid.* quo nomine fideiusserit. *ibid.* si ... extra causam peculii fideiusserit. TAB. cer. Dac. 7 (Corp. III p. 941, 14) id⟨em⟩ -e sua esse iussit Vibius Longus. 25 (Corp. III p. 959, 14) id -e sua esse iussit. GAIVS inst. 3, 92 fideiubes? fideiubeo. 3, 112. 116 id⟨em⟩ -e tua esse iubes? *al.* SCAEV. dig. 17, 1, 60, 1 id me mea -e esse iussisse salvum te habiturum. *de reliquis* ICTorum *locis adeas vocab. iurispr. Rom.* **fidem dīco,** *posterius* **fidēdīco:** *proprie*: APVL. Socr. 5, 130 quis pro te deus -em dicet? SCAEV. dig. 17, 1, 62, 1 ut -em dic⟨a⟩s pro Publio Maevio apud Sempronium. AVG. in psalm. 50, 24 quos (*sc. filios vestros*) fidedixistis (*lectio incerta*), ut baptizarentur. ROMVL. fab. Aesop. 40 p. 122, 7 fidedicente lupo. NOVELL. Iust. 4, 1 contra eum, quem fidedixit (*κατὰ τοῦ ἐγγυηθέντος*). LEX Burg. lib. const. 19, 5 ab illo quem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fidedixit. *translate*: TERT. monog. 2 -em dicente pro eis integritate praedictionis. scorp. 8 p. 162, 6 pro qua (*i. veritate*) -em diceret passio ipsorum defensorum eius. CASSIOD. var. 2, 40, 6 fidedicente lyra (*erravit Traube in indice*).

b *speciatim: sponsio, quae ad alicuius incolumitatem pertinet*: CIC. Rab. perd. 28 si -es Saturnino data est (CAES. Gall. 7, 42, 5 M. Aristium . . . -e data ex oppido Cavillono educunt. BELL. Afr. 29, 1 nonnumquam etiam Germani Gallique Labienani cum Caesaris equitibus -e data inter se colloquebantur. AETNA 632 mediumque exire per ignem ipso [*i. igni*] dante -em [*sc. eos incolumes fore*] properant. LIV. 34, 40, 7 Timocratem ... vivum -e data emiserunt *ex arce*. CVRT. 4, 1, 14 quod si te committere nobis times, dabimus -em impune venturum). *ibid.* si in -e non stetit. quae -es . . . qui potuit sine senatus consulto dari? Pis. 83 timentem multumque dubitantem confirmasti et Thessalonicam -e tua venire iussisti (PLANC. Cic. epist. 10, 23, 5 legatos -e Lepidi missos ad me). epist. 5, 11, 3 de Dionysio (*Ciceronis anagnosta fugitivo*) si me amas confice; quamcumque ei -em dederis, praestabo. Brut. 89 Lusitanis ... contra interpositam, ut existimabatur, -em interfectis (or. frg. A VII 49 interposita -e per tres legatos ... Romam armati revertuntur. CAES. Gall. 5, 6, 6. 5, 36, 2 ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam -em interponere. civ. 1, 86, 2 omni interposita -e. BELL. Alex. 63, 3 ne pugnetur interdicit; ad exeundum Cassium invitat -emque suam in re omni interponit. SALL. Iug. 32, 5 privatim praeterea *Cassius praetor* -em suam interponit. VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 quod Lusitanorum magnam manum interposita -e praetor . . . interemisset). CAES. Gall. 4, 11, 3 si *Vbiorum* principes ac senatus sibi iureiurando -em fecisset (*i. incolumitatem promisisset*). civ. 1, 74, 3 -em ab imperatore de Petrei atque Afrani vita petunt. BELL. Afr. 93, 3 ipse sibi suisque liberis a . . . proconsule . . . -e accepta seque et sua omnia et oppidum proconsuli tradit (LIV. 25, 25, 10 -e accepta, ut inviolatus ... rediret [*nota structuram*]. 38, 9, 4 rex -e accepta venerat in castra Romana. 38, 33, 3 -e accepta a legatis vim abfuturam. 39, 12, 4 -em vel a Sulpicia ... vel ab se acciperet. AMM. 20, 7, 7 acceptaque -e quod redire permitteretur incolumis. 27, 12, 6). LIV. 24, 47, 9 *Carthaginienses* emissi ... cum -e incolumes ad Hannibalem ... venerunt. 30, 12, 17 *cum* in id, ne cui Romano traderetur, -em exposceret. 39, 51, 4 -ei regum nihil sane confisus. 39, 51, 12 hospitales deos violatae ab eo -ei testes invocans. 40, 57, 4 -e sua obligata (*cf. p. 668, 25*) pacato agmine transituros Bastarnas. SEN. benef. 5, 16, 3 *Sulla* legiones duas . . . post -em in angulo congestas contrucidavit (dial. 1, 3, 7 multa milia civium Romanorum uno loco post -em, immo per ipsam -em trucidata). CVRT. 6, 5, 22. MART. 1, 48, 6 nec cavea tanta conditur ille (*lepus*) -e. QVINT. decl. 321 p. 263, 16 homines, qui inter se armis atque exercitibus conflixerant, tuti tamen iacuere media cenae -e. TAC. ann. 2, 63 abiturum (*Maroboduum ex Italia*) -e qua venisset. *pendet genetivus obiect.*: LIV. 43, 18, 10 vitae tantum libertatisque -em acciperent. VELL. 2, 58, 3 -em ... descendendi tuto interfectoribus Caesaris dedit. *de fide publica* (*cf.* VAL. MAX. 6, 6 de -e publica): CIC. Catil. 3, 8 -em publicam iussu senatus dedi (*sc. Volturcio*); hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret. Att. 2, 24, 2 -em publicam postulavit (*i. ut sibi publice promitteretur se cum dixisset incolumem fore*). SALL. Catil. 47, 1 -e publica dicere iussus est. 48, 4 is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si -es publica data esset. Iug. 32, 1. 5. 33, 3. 35, 7 comes eius, qui Romam -e publica venerat. LIV. 2, 28, 7 ni praestaretur -es publica. 9, 11, 13. 22, 23, 8 *Fabius* -em ... publicam (*i. promissum ac pignus, quod ipse magistratus dederat*) impendio privato exsolvit. 24, 16, 12 exsoluta iam -e publica. 29, 16, 2 in publica obligata -e. 34, 19, 5 si domos abire *velint*, publica -e accepta nihil eam rem noxiae futuram. QVINT. decl. 267 p. 89, 7 ut invocem publicam -em. p. 91, 16 ego publicam appello -em, quae inter piratas sacra est, quae inter armatos hostes indutias facit, quae deditarum civitatum iura conservat. FLOR. epit. 3, 1, 8 cum interveniente publica -e a senatu arcesseretur. AMM. 17, 13, 22 accepta ... publica -e. *al.*

2 ***latiore sensu:*** *fere i. q.* ***promissum, ius iurandum*** *sim.* (*inter 1 et 2 non semper accurate distingui potest*): **a** ***generatim:*** PLAVT. Cist. 241 quae coniurasset mecum et firmasset (*cf. p. 662, 74*) -em (TER. Andr. 462 firmavit -em. Hec. 750 si aliud scirem qui firmare meam apud vos possem -em). Mil. 983 *ne* haec mutet -em vide modo (TER. Phorm. 512 cum illo ut mutet -em. SALL. Iug. 56, 5 cuncti aut magna pars Siccensium -em mutavissent. LIV. 4, 49, 9 cum inter oppugnationem praedam militis fore edixisset, capto oppido -em mutavit). Persa 193 scio -e (*v. p. 662, 24*) hercle erili ut soleat impudicitia opprobrari, nec subigi queantur umquam, ut pro ea -e habeant iudicem. TER. Andr. 643 solvisti -em (LIV. 3, 19, 1 instare . . . tribuni patribus, ut P. Valeri -em exsolverent. 27, 5, 6 ad exsolvendam -em consulis. OV. epist. 10, 78 esset, quam dederas, morte soluta -es. fast. 1, 642 voti solverat ille -em. PLIN. epist. 2, 12, 6 implevi promissum priorisque epistulae -em exsolvi. *nota* VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 mulier . . . parata est depositi se -e solvere). ACC. trag. 227 fregistin -em? TRAG. inc. 60 -e (*v. p. 662, 10*) sacratae (-ta *codd. pars*) ius perpetuo falleret. CIC. S. Rosc. 115 voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti -em suam fecit. Verr. 6, 153 (*notione prope accedente ad eam, de qua I A 1 b β*) cui civi supplicanti non illa dextera invicta -em porrexit et spem salutis ostendit? (p. red. in sen. 24 qui mihi . . . consularem -em dextramque porrexit. Flacc. 103 mea dextera illa, mea -es, mea promissa. Deiot. 8 Phil. 11, 5 dexterae, quae -ei testes esse solebant. VERG. Aen. 7, 235 *per Aeneae dextram*, sive -e seu quis bello est expertus et armis [*cf.* CIC. epist. 7, 5, 3 in manum tuam istam et victoria et -e praestantem]. LIV. 1, 21, 4 significantes -em tutandam sedemque eius etiam in dexteris sacratam esse. 23, 9, 3 sacratas -e manus [*Gronov.*, mansis *P*]. 25, 16, 13 praesentis ... contingere dextram ⟨et⟩ id pignus -ei secum ferre. CARM. de bell. Aeg. 6 -e dextraque potens. SEN. Med. 248 -emque supplex praesidis dextra peti. PLIN. nat. 11, 250 *dextera* in -e porrigitur). Rab. perd. 28 *-em* C. Marius dedit idemque violavit, si in -e non stetit (*cf.* CAES. Gall. 6, 9, 6 neque ab se -em laesam. civ. 2, 44, 2 cum Varus suam -em ab eo laedi quereretur. OV. epist. 7, 57). Balb. 12 Graeci homines ... noluerunt religione videri potius quam veritate -em esse constrictam. epist. 12, 7, 1 quod ... dixi in contione, in eo velim -em meam liberes; promisi enim *eqs.* PROP. 1, 18, 18 *quia* non ulla meo clamat in ore -es. LIV. 2, 27, 1 Romanus promissa consulis -emque senatus expectabat (*i. promissa rata fore*). *ibid.* ut collegae vanam faceret -em. 30, 15, 1 -ei suae temere obstrictae consuleret — promisisse enim sese . . . traditurum. 37, 32, 13 -es constitit praetoris. OV. am. 2, 8, 18 per Veneris feci numina magna -em. 3, 3, 1 -em iurata fefellit (SEN. Phoen. 588 si fefellissem -em? si peierassem?). epist. 7, 8 idem venti vela -emque ferent? (*cf.* 2, 26). 19, 112 *Diana* neu sis periura laborat et salvam salva te cupit esse -e. VELL. 2, 55, 1 promissae brevitatis -es. SEN. Tro. 611 -em alligavit iure iurando suam. benef. 4, 35, 2. dial. 4, 28, 7 -ei acerrimus exactor est perfidus. SIL. 6, 472 stante -e reditūs. STAT. Theb. 2, 388 queritur . . . -em tam sero reposci. QVINT. decl. 311 p. 223, 6 si tamen explicet -em (*i. obligationem solvendae pecuniae*). 326 p. 283, 26 non esse explicitam legationis -em (*i. officium quod suscepi, cum legatus mitterer*). APVL. met. 3, 12 si per -em (*i. obligationem e promisso ortam*) liceret id facere. hospes enim ... effecit, ut eius hodiernae cenae pignerarer.

iuncturae verbales *solemnes*: -em do (*saepe pendet acc. c. inf.*): PLAVT. Cist. 236 -em da. :: do, non facturum esse me. Mil. 453 nisi das firmatam -em te huc, si omisero, intro ituram (Col. frg. 2 vers. 1 qui data -e firmata fidentem fefellerint [*cf. p. 662, 74*]). 455 do -em . . . isto me intro ituram quo iubes. Persa 243 -e data credamus. Rud. 952 si -em modo das mihi te non fore infidum. :: do -em tibi, fidus ero, quisquis es. S. C. de Bacch. (Corp. X 104 = I² 581) 14 neve posthac inter sed conioura⟨se nev⟩e comvovise neve conspondise neve conpromesise velet, neve quisquam -em inter sed dedise velet. TER. Andr. 401 pollicitus sum suscepturum, ... hanc -em sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem. Phorm. 492 sin -em do? Eun. 1060 do -em futurum. Ad. 473 -em dans, iurans se illam ducturum domum. ACC. trag. 228 fregistin -em? :: neque dedi neque do infideli cuiquam. CIC. Phil. 13, 42. fin. 2, 65 *Regulus* nulla vi coactus praeter -em, quam dederat hosti. epist. 1, 9, 12 *me impulit* et Pompei -es, quam de me Caesari dederat, et fratris mei, quam Pompeio. CAES. civ. 1, 10, 4 quoad -es esset data Caesarem facturum, quae polliceretur. SALL. Iug. 61, 4 -e data . . . fore ut. NEP. Dat. 10, 1 -emque de ea re more Persarum dextra dedisset. Hann. 2, 4 si mihi -em quam postulo dederis. OV. epist. 7, 18 quamque iterum fallas, altera danda -es? 10, 116. met. 7, 46 dabit ante -em. 14, 297 -es dextraeque datae. LIV. 1, 58, 7 date dexteras -emque haud impune adultero fore. 8, 18, 4. 23, 9, 9. SEN. benef. 5, 21, 1 -em datam nec servatam. *poetice, in metaphora*: SEN. Herc. f. 754 -emque cum iam saepe decepto (*Tantalo*) dedit, perit unda in ore. *accedit* in *c. acc.*: LIV. 32, 24, 7 -eque in haec data (32, 30, 8 in id -es data consuli est). *accedit gen. gerundivi*: LIV. 37, 10, 4 -em petenti dedit agendae communiter rei aut tegendae silentio. VELL. 2, 87, 2 cum dignitatis ... servandae dedisset -em. -em servo (*vocabuli* -es *notio nonnumquam haud diversa ab ea, de qua sub II A*): PLAVT. Capt. 930 tecum servavi -em. Curc. 140 si -em servas mecum. Epid. 124 bene promittit, spero servabit -em (idem *codd., cf. p. 663, 8*). Merc. 531 si mecum servatur -es. Pseud. 519 edepol mortalem graphicum, si servat -em. Rud. 1350 etsi tu -em servaveris. Trin. 1048 male -em servando. 1113 sed hic unus, ut ego suspicor, servat -em. TER. Andr. 280 ut servem -em. Hec. 402 pollicitus sum et servare in eo certumst quod dixi -em. CIC. Vatin. 15 servarisne in eo -em. off. 3, 107 est autem ius etiam bellicum -esque iuris iurandi saepe cum hoste servanda. CAES. Gall. 6, 36, 1 diffidens de numero dierum Caesarem -em servaturum. civ. 1, 84, 3 quod -em erga imperatorem suum Cn. Pompeium conservare voluerint. VERG. Aen. 2, 161. 4, 552 non servata -es cineri promissa Sychaeo. SIL. 6, 64 infidis servasse -em memorabere Poenis. *poetice*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 167 *Aetna* scit nivibus servare -em. 26, 48 nec poscimus amnes undosam servare -em. -em facio (*sensu speciali, de stipulatione*): LEX Sal. 50, 1 si quis ... alteri -em fecerit (*sc. se pecuniam soluturum*). *passim in hoc titulo.*

saepe ***iuxta ponuntur*** -es et ius iurandum *sim.* (*cf.* ***Plu-***

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tarch. Numa 16 τὴν ... Πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον, ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσιν): ENN. scaen. 403 o Fides alma apta pinnis (*cf. ea quae Wilamowitzius congessit ad Eur. Herc. 649, imprimis de numinibus Δίκη et Ὁσία*) et ius iurandum Iovis! PLAVT. Rud. 47 is leno, ut se aequom est, flocci non fecit -em (*v. p. 662, 74*) neque quod iuratus adulescenti dixerat. TER. Ad. 306 quem neque -es neque ius iurandum ... repressit. CATO or. frg. 8, 3 neque -em neque ius iurandum neque pudicitiam multi facit. CIC. S. Rosc. 140 ad -em, ad ius iurandum, ad iudicia vestra. Q. Rosc. 44 quibus abroges -em iuris iurandi. Arch. 8 integerrimi municipi ius iurandum -emque. har. resp. 36 -em iusque iurandum neglectum. off. 3, 43 contra ius iurandum ac -em. 3, 107 nec -es... nec ius iurandum. Lael. 39 quod contra -em, contra ius iurandum, contra rem publicam esset. CAES. Gall. 1, 3, 8 inter se -em et ius iurandum dant. 7, 2, 2. LIV. 1, 21, 1 -es ac ius iurandum. AVG. civ. 3, 20 p. 130, 25 D. *Saguntum custodiens fideliter* quod ... -e vinxerat, iuratione constrinxerat.

de promisso exsolvendo: TRAG. inc. 56 cuius ipse princeps iuris iurandi fuit ... solus neglexit -em. LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 perfidia eorum, qui -em mihi reique publicae non praestiterunt (LIV. 25, 41, 4 gens fallax promissi -em praestitit. 30, 12, 9. 30, 15, 5 Masinissam libenter primam ei [*uxori*] -em praestaturum fuisse, quam vir uxori debuerit; ... *nunc* secundam -em praestare, ne viva in potestatem Romanorum veniat. VAL. MAX. 6, 8, 1. SEN. Ag. 159 praestitit matri -em [*ironice*]. benef. 4, 36, 3 demens est, qui -em praestat errori. QVINT. decl. 278 p. 132, 21 cuius ... summae si non praestetur -es [*sc. cum illa pecunia lege promissa sit*]. VLP. dig. 2, 14, 52, 1 heres pacto, quod defunctus fecit, -em praestare debet. 3, 2, 6, 5 qui -em, quam adversarius secutus est, non praestat. *saepius apud Ictros*). VAL. MAX. 6, 5, 7 ut -es edicti sui extaret (CVRT. 8, 4, 18 promisso -es extitit. *cf. p. 672, 83*). PHAEDR. 3 epil. 9 praemium ut reddas, peto, quod es pollicitus: exhibe vocis -em. STAT. silv. 2, 6, 66 sive alma -em messisque (*ἓν διὰ δυοῖν*) negasset Cretaque Cyreneque. HIL. in Matth. 14, 3 Herodes ... sacramento -em reddidit.

b ***speciatim:*** *de eo promisso, quod ad quandam societatem, pacem, foedus sim. pertinet: cf.* VARRO ling. 5, 86 fetiales, quod -ei publicae inter populos praeerant. *ibid.* ut foedere -es pacis constitueretur. PAVL. FEST. p. 84 *foedus appellatum* vel quia in foedere interponatur -es. ENN. ann. 32 accipe daque -em (= VERG. Aen. 8, 150) foedusque feri bene firmum (*cf. p. 662, 74*. SALL. Catil. 44, 3 cum Catilina data atque accepta -e societatem confirmarent. *cf.* Iug. 81, 1. LIV. 22, 22, 16 -e accepta dataque [28, 23, 8]. 28, 17, 8 firmandae eius [*i. amicitiae Romanorum*] -em nec dare nec accipere. CVRT. 4, 1, 9. 6, 11, 29 PETRON. 108, 13). scaen. 405 nulla sancta societas nec -es regni est. VARRO ling. 5, 86 ut foedere -es pacis constitueretur (OV. met. 3, 128 fraternaeque -em pacis petiitque deditque. 12, 365 *armigerum* bello superatus Amyntor Aeacidae dederat pacis pignusque -emque. LIV. 24, 29, 5 pacis -em ruptam esse. 30, 24, 11 cum quidam pacis petitae, alii indutiarum ... -em opponerent. SEN. Thy. 294). CIC. Phil. 13, 42 quod inter Antonium et Dolabellam ... foedere et -e sanciretur (*pertinent haec verba ad antecedentia*: -em quam dedi Dolabellae). CATVLL. 87, 3 nulla -es ullo fuit umquam ⟨in⟩ foedere tanta quanta in amore tuo ex parte reperta mea est. VERG. georg. 4, 213 rege incolumi mens omnibus (*apibus*) una est, amisso rupere -em. LIV. 1, 1, 8 dextra data -em futurae amicitiae sanxisse (28, 35, 1 *al.*). 1, 30, 7 *valuit apud Veientes* pacta cum Romulo indutiarum -es. 5, 51, 10 foedus ac -em fefellerunt. 6, 10, 4 postquam deditionis quam societatis -es sanctior erat (*i. postquam Romani viderunt se illorum deditioni quam societati firmius confidere posse.* 8, 37, 2 indutias annuas ab urbe rettulerunt; nec earum ipsarum sancta -es fuit). 9, 11, 8 hoc -e, hoc foederibus, hoc fetialibus (*cf. p. 662, 75*) caerimoniis dignum erat. 9, 40, 18 *Perusia* indutiarum -em ruperat. 25, 8, 8 *iuvenes Tarentini* congressi cum Hannibale ... -e sanxerunt liberos Tarentinos leges ⟨suas⟩ ... habituros. 27, 17, 17 foedere accepta -es. 27, 30, 12 contra -em conventionis. 30, 4, 10 tollit indutias, ut libera -e (*cf. p. 668, 2*) incepta exsequeretur. 30, 25, 2. 35, 33, 4 quotiens ab iis -es mota foederis esset. 42, 5, 12 reconciliationis ... -es obsidibus ultro citroque datis firmata est (SIL. 10, 490 obsidibusque obstricta -es). 42, 43, 4 -e indutiarum interposita. PAVL. FEST. p. 41 consposos antiqui dicebant -e mutua colligatos. PHAEDR. 3, 13, 17 pactam ... -em. 481 -em foedusque iungent. LVCAN. 1, 119 morte tua (*Iuliae*) discussa -es (*Caesaris et Pompei*). 4, 204 est miseris renovata -es. 4, 245. SIL. 2, 273 foedusque -esque. STAT. Theb. 2, 425 nec sceptra -e nec pace sequestra poscitis. 7, 542 -ei pacisque sequestra mater. 7, 612 pacem sperate -emque. 11, 380 ille -em et stata foedera rupit. silv. 1, 1, 27 das Cattis Dacisque -em. APVL. apol. 74 eum, postquam uxorem duxerit, a compecti -e descivisse.

3 ***translate,*** *ut de securitate ad actiones, negotia gerenda sim. data, sic de certitudine dictis scriptis nuntiis sim. addita, quae illorum quasi pignus fit: fere i. q. auctoritas, testimonium, argumentum, documentum:* **a** *huc attuli nonnullos locos, qui tamen exemplis sub B 1 a congestis proximi sunt velut*: PLAVT. Amph. 391 dic si quid vis, non nocebo. :: tuae -e (*cf. p. 662, 52*) credo? :: meae (Cas. 1007 tuaen -ei credo? :: meae. TER. Eun. 898 crede hoc meae -ei: dabit hic pugnam aliquam denuo. LIV. 32, 32, 14 non omnium ... credo -ei, quos circa te video, atque omnium minime Aetolis. 35, 49, 12 expertae ... spectataeque Romanorum -ei credere. SEN. contr. 2, 1, 38 crede -ei meae. VAL. MAX. 3, 8 ext. 5 quorum -ei plurimum credebat. SEN. clem. 1, 13, 3 non amicorum -ei credens. CVRT. 7, 2, 14 vide, quantum -ei tuae credam). Men. 894 mea ego id promitto -e. Merc. 1013 certon scis non suscensere mihi tuam matrem? :: scio. :: vide. :: mea -e (video me -e *codd.*). VAL. MAX. 6, 2 praef. nostra -e ... referatur. SEN. Herc. f. 1177 tu ede, Theseu, sed tua, Theseu, -e. PETRON. 133, 1 narra mihi ... frater, sed tua -e. PLIN. epist. 1, 7, 4 *me spero haec* tua meaque -e Gallo confirmaturum. 1, 14, 10 at ego -e mea spondeo futurum ut *eqs.* FRONTO p. 32 N. Gratiae ... nullum a fame periculum fore -e mea spopondi.

b *i. q. auctoritas, certitudo, certa memoria*: CIC. Q. Rosc. 12 quid ita de hac pecunia, de his ipsis ~~HS~~ *tot,* de (*del. Baiter, cf.* 13 de hac pecunia tabularum -e) tuarum tabularum -e compromissum feceris. Arch. 9 omnem tabularum -em. ad Q. fr. 1, 1, 23 Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae -em scriptus (OV. am. 3, 12, 42 exit in immensum fecunda licentia vatum obligat historica nec sua verba -e). SALL. Iug. 17, 7 -es eius rei penes auctores erit (VAL. MAX. 1, 8, 7 quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, -em auctores vindicent [*notio propius accedit ad II B 1*]. SEN. apocol. 5 -es penes auctorem erit. nat. 4, 3, 1 *historici* cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere [*nota hoc verbum, quod proprie ad fidem pertinet*], sed adiciunt: penes auctores -es erit. PLIN. nat. 17, 93 [*cf.* 28, 2 -es tantum auctores appellet]). LIV. 33, 34, 2 *legatis* verba sine -e rerum iactantibus (42, 45, 7 ut crimina delata ab Eumene -e rerum refellerent. SEN. dial. 6, 1, 3 ad *posteros* veniet incorrupta rerum -es auctori suo magno imputata. TAC. Agr. 10 quae priores nondum comperta eloquentia percoluere, rerum -e tradentur). RVT. LVP. 2, 19 ut quod dubium est visum ad certam -em adduci videatur. CELS. 7, 26, 2^{c} ubi eius rei -es est. SEN. Oed. 837 vel paenitendi sanguinis quaeram -em (*i. de eo certus fieri volo*). COLVM. 3, 2, 29 quarum (*vitium*) nec numerum nec appellationes cum certa -e referre possumus. QVINT. inst. 12, 3, 2 ea quae sibi a iudice credi postulaturus est, aliena -e dicet. 12, 4, 2 haec ... vetustatis -e tuta sunt. decl. 321 p. 259, 4 etiamsi certa utriusque (*i. fratris et amici*) nominis -es esset (*sc. revera de fratre procul dubio constat eum fratrem esse, contra amicus non semper est amicus ita uti nomen possidet*). FRONTIN. aq. 64 in exploranda -e aquarum adque copia (-e *i. certa traditione quae est in commentariis*). 72 quae *fraus* neque ad commentariorum -em neque ad eas ... mensuras ... convenit. TAC. ann. 16, 6 quamvis quidam scriptores tradant, odio magis quam ex -e. TERT. anim. 11 p. 315, 7 adversus ipsius scripturae -em (AVG. civ. 12, 9 p. 526, 4 D. secundum sanctae scripturae -em, quae mirabilem auctoritatem ... habet). PALLAD. 11, 14, 1 ne lecta praeteream quae Graeci sua -e media de condiendi vini genere disputarunt. AVIEN. ora 78 fulcit haec -es petita longe et eruta ex auctoribus. AMM. 15, 9, 2 *Timagenis* -em secuti. 22, 16, 13 loquitur monumentorum veterum concinens -es. SERV. Aen. 1, 267 secundum Catonem historiae hoc (*sc. id quod deinde enarratur*) habet -es. AVG. gest. Pelag. 33, 58 p. 114, 5 non ... sic scripsit in ea ... chartula, ut cognosceretur quod habet gestorum -es (*i. genuina illius libri memoria, cf. p. 683, 47*). epist. 143, 12 p. 262, 7 creditum non fabulosa vanitate, sed ... historica -e. CASSIAN. c. Nest. 6, 3, 2 textus ... ac -es (*ἓν διὰ δυοῖν*) Antiocheni symboli haec est.

c *i. q. argumentum, documentum, testimonium*: TER. Hec. 581 teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti -em, nam *eqs.* CIC. top. 98 quae autem sequitur narrationem -es (*i. argumentatio. cf.* QVINT. inst. 5, 10, 8 haec omnia [*argumenta*] generaliter *πίστεις* appellant, quod etiam si propria interpretatione dicere -em [*P*, quidem *vel* equidem *rell.*] possumus, apertius tamen probationem interpretabimur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213, 38 -es est argumentum, quo crimen probamus, id est -em crimini facimus. 2, 14 p. 270, 29 *πίστις ἄτεχνος*, id est -es sine arte. *al.*). VERG. Aen. 2, 309 tum vero manifesta -es, Danaumque patescunt insidiae. 3, 375 te maioribus ire per altum auspiciis manifesta -es (STAT. Theb. 6, 638 auditum [*sc. eum esse*] manifesta -es: vix campus euntem sentit). PROP. 4, 1, 108 verusque per astra trames et ab zonis quinque petenda -es. 4, 6, 60 sum deus, est nostri sanguinis ista -es. AETNA 145 occultamque -em manifestis abstrahe rebus. 177 manifesta -es et proxima vero est (MANIL. 2, 130 ipsa -es [*i. manifesta rerum -es*] operi [*sc. carmini meo*] faciet pondusque -emque [*sc. efficiet, ut credatur; cf. p. 688, 27*]). 505 scintillae procul ecce -es. 517 figulos huic (*i. affirmationi talia fieri posse*) esse -em. OV. epist. 18, 68 firmius o cupidi tandem coeamus amantes nec careant vera gaudia nostra -e. fast. 2, 20 februa Romani dixere piamina patres; nunc quoque dant verbo plurima signa -em. 3, 145 nec mihi parva -es annos binc isse priores, ... quod *eqs.* (LIV. 21, 13, 3 vestra ... causa me ... loqui ... vel ea -es sit, quod). Pont. 1, 5, 32 sumque -es huius maxima vocis (*sc. poetas sanos non esse*) ego? NVX 51 idque -e careat (*cf. l. 75*), si non ... retinent. LIV. 2, 24, 6 contioni deinde edicto addidit -em. 6, 13, 7 (*facta ante narrata*) manifesta -es (*cf. l. 65*) publica ope Volscos hostes adiutos. 10, 34, 14 dictis captivorum -es extitit (32, 11, 10 si -es extet. *cf. p. 671, 30*). 21, 34, 3 ad -em promissorum obsides acciperet. 24, 27, 8 ut ... Appius ...

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coepit, ingens in speciem criminibus vanis accesserat -es. MANIL. 1, 407 magna -es hoc posse (*sc. Caniculam*) color cursusque micantis in radios. 2, 87 nec nimis est quaerenda -es. VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 cuius opinionis non parva -es erit narratio quae sequitur. SEN. Tro. 598 et esse verum hoc qua probas Danais -e? CVRT. 6, 10, 29 ne hanc quidem exhibendae veritatis -em (*sc. tormenta*) deprecor. MELA 1, 103 id famae -em adicit (PLIN. nat. 8, 61 haec -em et Democrito afferunt, qui...narrat. 9, 179 omnibus his -em Nili inundatio affert). 2, 31 capit opinio -em, quia *eqs.* (3, 95 hinc opinio causae -em cepit, quod *eqs.*). LVCAN. 1, 524 addita fati peioris manifesta -es. 5, 142 fecitque negatis numinibus metus ipse -em. 7, 726 nunc tibi vera -es quaesiti... favoris contigit ac fructus. 8, 688 volt sceleris superesse -em (9, 140 scelerisque -em quaesisse tyrannum. 9, 1037). PETRON. 97, 3 in lance argentea indicium et -em praeferebat. PLIN. nat. 27, 75 qui -em promisso huic quaerunt, affirmant. VAL. FL. 2, 338 nox dabit ipsa -em. SIL. 11, 535 datque -em verbis haud parvo insignis acervo. STAT. Theb. 2, 289 prima -es operi (*sc. monilis vis primum inde apparuit, quod Cadmus atque Harmonia in serpentes mutati sunt*). 2, 689 huic una -es (*i. unum saltem testimonium, unus testis*) optanda labori. 10, 202 sed nunc certa -es. MART. epigr. 5, 2 vidimus, accepit fabula prisca -em. QVINT. inst. 4, 3, 6 difficillima est... gravissimi cuiusque sceleris -es (*i. probatio*). 11, 3, 8 cuius rei -es est, quod *eqs.* FRONTIN. strat. 3, 3, 4 ille assentante iniuriarum -e creditus inimicissimus Cyro. TAC. Germ. 10 auspiciorum adhuc -es exigitur. APVL. met. 10, 26 quam -em (*sc. salubritatis potionis*) secutus adulescens. MIN. FEL. 38, 4 spem futurae felicitatis -e praesentis eius (*dei*) maiestatis animamus. RVT. NAM. 1, 594 haec eadem ... splendoris patrii saepe reperta -es. PETR. CHRYS. serm. 76 p. 416^{C} aperti sepulcri -em claudunt sacculo. *speciatim: de oraculorum eventu, quo dati vaticinii fides comprobatur (cf. p. 684, 73) vel de successu votorum atque precum*: PROP. 4, 1, 98 vera, sed invito contigit ista -es. OV. met. 3, 527 dicta (*Tiresiae*) -es sequitur (SEDVL. carm. pasch. 2, 37 dictum comitata -es), responsaque vatis aguntur. 8, 711 vota -es sequitur. fast. 1, 359 verba -es sequitur. 1, 476 *dixerat* multa... tempore nacta -em. 3, 350 tarda venit dictis difficilisque -es. 3, 356. 366. Pont. 3, 4, 99 iam pondus dices omen habere meum; crede brevique -es aderit. 3, 4, 114 di, quorum monitu sumus eventura locuti, verba, precor, celeri nostra probate -e. VAL. MAX. 1, 8, 5 miram dicti -em digesta numero cadavera exhibuere (8, 10, 1 ut propositi -es in personis illustribus exhibeatur. *cf. p. 671, 31*). SEN. Ag. 38 sera tandem respicit fessos malis ... sortis incertae -es. Phoen. 259 *mors* praestitit Delphis -em. STAT. Theb. 1, 503 tu (*nox*) mihi perplexis quaesitam erroribus ultro advehis alma -em veterisque exordia fati detegis. TAC. hist. 1, 22 cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu -es. IVST. 17, 1, 4 nec ostentis -es defuit. RVFIN. hist. 1, 8, 1 Christo ... secundum prophetiae -em nato in Bethleem. MEROB. poet. 131 hinc modo voti rata (*defendit Vollmer*) -es. SVLP. SEV. chron. 1, 48, 6 Ionae apud deum conquerenti, quod -es dictis non affuisset. *al.*

C *summa earum securitatum ('Garantien') quas aliquis praestare creditur, ubi scil. fiducia non tam in ipsius singulis actionibus vel promissis quam in universa ceterorum hominum aestimatione nititur: fere i. q.* ***bona fama:*** **1** ***generatim:*** PLAVT. Aul. 213 quid -e? (*sc. me esse arbitraris*). :: bona. :: quid factis? (*cf. p. 674, 48; duorum nominum iuncturam solemniorem esse indicat allitteratio*). Persa 348 nam ad paupertatem si admigrant infamiae, gravior paupertas fit, -es sublestior. CIC. Catil. 2, 18 de possessione detrahere, acquirere ad -em. Att. 11, 2, 1 ista hereditas -em et famam meam tueri potest (*notio propius accedit ad 2 b*). PVBLIL. F 1 -em qui perdit (*cf. infra l. 84*), quo se servet relicuo? (*cf.* F 14. 16. 17). S 14 secunda in paupertate fortuna est -es. SALL. Iug. 14, 5 familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis -es eius quam fortuna petunda erat (-es *i. bona fama, quae rerum futurarum quasi pignus est, id fere quod nostrates 'Prestige' vocitant. cf.* S. C. de mense Aug. [Macr. sat. 1, 12, 35] Ianiculo legiones deductae secutaeque sint eius [*Caesaris Augusti*] auspicia ac -em. VERG. Aen. 9, 258 quaecumque mihi fortuna -esque est, in vestris pono gremiis. *rectissime* SERV. auct. *ad l.* cum volumus ostendere quantum in nostra sit potestate, duo dicimus fortunam et -em: fortuna de nostris est possessionibus, -es quantum nobis creditur ab inimicis. *cf. p. 674, 14*). HOR. epist. 1, 6, 36 scilicet uxorem cum dote -emque et amicos et genus et formam regina Pecunia donat (*sc. et rem et -em; perperam Kiessling: fidos amicos*). LIV. 2, 7, 10 tam levi momento mea apud vos fama pendet? adeone est fundata leviter -es, ut ubi sim quam qui sim magis referat? 3, 2, 11 desperatio futurae sibi (*i. Aequis*) postea -ei. 3, 72, 3 famae ... ac -ei damna maiora esse quam quae aestimari possent. 6, 33, 8 haud segnius, quam -e populi Romani dignum fuit, exercitus Tusculum ductus. PERS. 2, 8 'mens bona, fama, -es' (*sc. mihi contingat*). TAC. hist. 1, 30 vestra -es famaque illaesa...mansit. 4, 58 neque aliud pretium exitus quam -es famaque.

solemniter copulantur res -es: ENN. ann. 338 ille vir haud magna cum re, sed plenus -ei. PLAVT. Curc. 504 eum rem -emque perdere. Epid. 220 ubi -emque remque seque teque properat perdere. Men. 576 bonine an mali sint *clientes*, id haud quaeritant; res magis quaeritur, quam clientum (*ἀπὸ κοινοῦ*) -es cuius modi clueat. Most. 144 nunc simul res, -es, fama, virtus, decus deseruerunt. Truc. 45 extemplo et ipsus periit et res et -es. 58 quom rem -emque nosque nosmet perdimus. Trin. 273 boni sibi haec expetunt, rem, -em, honorem, gloriam et gratiam (*Plautus hanc formulam iam tum quasi proverbialiter usurpatam [cf. Halm, Abhdlg. bayr. Akad. VII 1855 p. 663] paulo diversum in sensum declinavit* Aul. 121 meai -ei [*i. ut mihi maior apud te -es sit*] tuaique rei causa). *apud Ciceronem notio propius accedit ad C 2 b*: CIC. Catil. 2, 10 patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligaverunt; res eos iam pridem, -es nuper deficere coepit. Cael. 78 hominem sine re, sine -e, sine spe, sine sede, sine fortunis *eqs.* Rab. Post. 4 mittere in negotium, dare partis, augere ⟨re⟩, -e sustentare. 43 sustinuit re, fortuna, -e. epist. 6, 10, 1 ut operam consilium, rem -em meam sibi ad omnes res paratam putent (*cf.* de orat. 3, 134 consilium suum -emque praestabant). 13, 69, 1 *consuevi* huius cum opera et -e tum domo et re uti tamquam mea (*cf.* 6, 13, 4. NEP. Cim. 4, 3 nulli -es eius [*Cimonis*], nulli opera, nulli res familiaris defuit). Att. 5, 8, 3 statues, ut ex -e fama reque mea videbitur (*alludit ad concepta illa verba*: ut ei e re publica -eque sua videbitur. *cf. p. 679, 14*). SALL. Iug. 73, 6 opifices agrestesque omnes, quorum res -esque in manibus sitae erant. epist. Pomp. 9 ego non rem familiarem modo, verum etiam -em consumpsi. SEN. benef. 1, 2, 4 alium re, alium -e...adiuva. VLP. frg. Vat. 157 idoneus re -eque.

2 ***speciatim,*** *de re familiari, i. q. nos 'Kredit' vocamus*:

a *de universa pecuniarum ratione, quae in civitate est, i. de fide publica*: CIC. Manil. 19 nam tum, cum in Asia magnas permulti res amiserunt, scimus Romae solutione impedita -em concidisse. *ibid.* haec -es atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret. leg. agr. 1, 23 -em de foro ... sustulistis. 2, 8 sublata erat de foro -es. CAES. civ. 3, 1, 2 cum -es tota Italia esset angustior neque creditae pecuniae solverentur. LIV. 6, 11, 8 *M. Manlius* -em moliri coepit. 6, 15, 4 -e incolumi. 7, 27, 4 -es ... publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit (24, 18, 14 nusquam eas [*pecunias*] tutius sanctiusque deponere ... quam in publica -e [*sc. in aerario, re publica -em suam interponente*]. VLP. dig. 42, 5, 24, 2 qui pecunias apud mensam -em publicam secuti deposuerunt). 23, 48, 9 nisi -e staret res publica, opibus non staturam. TAC. ann. 6, 17 sic refecta -es. 13, 31 ad retinendam populi -em. *singulariter de ea fidei ratione, quam populis quibusdam propriam esse dicunt*: PLAVT. Asin. 199 cetera quae volumus uti Graeca mercamur -e (*i. praesenti pecunia, cum apud Graecos merae fidei nihil credatur; cf. praeter Ussing ad l. Otto, Sprichw. p. 156; Wölfflin, Archiv VII 142.* AVSON. 399, 42 non Poena [*προῖκα Weil*], sed Graeca -e. 415, 24 mutator [-ur *codd.*] ad Graecam -em).

b *de singulorum hominum fide* (*cum hac parte cf. p. 673, 82 sqq.*): PLAVT. Capt. 405 neque med umquam deseruisse te neque factis (*fere idem significat quod* opera *l. 15 sqq.*) neque -e (*cf. p. 673, 54*). CIC. Att. 11, 1, 2 huius pecuniae permutatione -em nostram facile tuebere. 15, 26, 1 ille ... dolet dubitans, utrum morem gerat Leptae an -em infirmet filio. CARM. epigr. 134, 5 amicis -em bonam praestiti. SEN. contr. exc. 6, 1 vis scire, cuius -ei sis? ne frater quidem tibi sine chirographo credidit. LVCAN. 2, 254 hos *in proelia rapit* ferro fugienda fames mundique ruinae permiscenda -es (TAC. hist. 1, 88 multi afflicta -e in pace anxii). PETRON. 58, 11 eamus in forum et pecunias mutuemur: iam scies hoc ferrum -em habere. PLIN. nat. 12, 88 negotiatio illa feminarum maxime -e constat. TAC. hist. 3, 65 credebatur affectam eius (*fratris*) -em parce iuvisse (*Halm*, praeiuvisse *codd.*) domo agrisque pignori acceptis. ann. 6, 17 nec decorum appellatis minuere -em. GAIVS inst. 4, 70 qui ita negotium gerit, magis patris dominive quam filii servive -em sequitur. VLP. dig. 12, 1, 1, 1 omnes ... contractus, quos alienam -em secuti instituimus. *al.* (*vix recte Bohn ad* CORP. XIII 10027, 232 *'fidem alicuius sequi = -em alicui habere frequenter ab iuris consultis dictum', cum Icti magis speciali notione hanc iuncturam usurpasse videantur*).

ad totam partem I, *praecipue autem ad A 1 et B 2, pertinent* ***locutiones*** per -em (*vel* -e) decipi, falli *sim.* (*erravit Usener [Kl. Schr. I 253 sqq.]* per -em *i. q.* contra -em *esse ratus; immo significat 'opera atque instrumento fidei, in quam recipitur cliens a patrono [v. ex. gr. l. 76. 81] vel hospes ab hospite [v. infra l. 75], quae praeterea pignus est foederis, pacti, iuris iurandi [v. l. 83 sq. al.]' vocabuli fides notio eadem est in formula* propter -em decipi, *quae ab illa vix differt, nisi quod causa magis quam instrumentum fraudis significatur*): PLAVT. Most. 500 per -em deceptus sum: hospes me necavit. TER. Phorm. 469 ne quid propter tuam -em decepta poteretur mali *amica tua* (*prisca formula ap.* CIC. off. 3, 70 uti ne propter te -emve tuam captus fraudatusve sim. *ut haec verba recte intellegas, cf. ex. gr.* TER. Ad. 621 sat[is] adhuc tua nos frustratast -es). CIC. inv. 1, 71 qui saepenumero nos per -em fefellerunt. S. Rosc. 110 istius -e ac potius perfidia decepti. 116 ad cuius igitur -em confugiet, cum per eius -em laeditur, cui se commiserit? CAES. Gall. 1, 46, 3 eos a se per -em in colloquio circumventos. HIRT. Gall. 8, 48, 3 ne sua vulnera per -em (perfidia *al.*) imposita (interposita *codd.*) paterentur im-

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

punita. SALL. or. Phil. 15 te neque hominum neque deorum pudet, quos per -em (*sc. homines*) aut periurio (*sc. deos*) violasti. LIV. 1, 9, 13 incusantes violati hospitii foedus deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque per fas ac -em decepti venissent (*cf.* 29, 24, 3 *Scipio* monet eum, ne iura hospitii secum neu cum populo Romano initae societatis neu fas, -em, dexteras, deos testis atque arbitros conventorum fallat). 5, 29, 10 consulesque increpabat, quod -e publica decipi tribunos eos taciti tulissent. 38, 25, 16 per -em violati colloquii. SEN. dial. 1, 3, 7 *v. p. 669, 42.*

II ***ea qualitas hominum vel rerum, qua iis confidere licet:*** **A** *de* ***hominibus*** *(raro tantum et translate de rebus): i. q.* ***fidelitas,*** *constantia, honestas sim.:* **1** ***generaliter:*** **a** *absolute*: PLAVT. Rud. 1043 quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit -em, etsist ignotus, notus (*cf. 2 b β p. 679, 41*). Trin. 27 *amicum concastigabo* invitus, ni id me invitet ut faciam -es. Vid. 41 qui -ei plenior (*?* -e . . . peior *A; cf. p. 662, 42*) sit quam servi tui (*cf.* ENN. ann. 338 plenus -ei). TER. Andr. 637 at tamen 'ubi -es?' si roges, nihil pudet hic. Haut. 256 o Iuppiter, ubinamst -es? (CATO or. frg. 9 p. 41 ubi -es maiorum?). Phorm. 905 curavi unum hoc quidem, ut mihi esset -es. QVADRIG. hist. 41 communis exempli et -ei ergo. RHET. Her. 4, 13, 19 ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, -es sublata est (*cf.* CIC. de orat. 3, 168 -es valuit; *et hoc exemplum et antecedentia a Cicerone ad metonymiam illustrandam perperam allata*). CIC. inv. 1, 47 animus sine -e stabilis amicis non potest esse. S. Rosc. 31 ut possit vim mihi maiorem adhibere metus quam -es (LIV. 7, 25, 7 metu tenendos, quos -es non tenuisset. 26, 12, 6 metu magis eos quam -e [fine *P*] continente. 28, 19, 1. 30, 20, 5 [*cf.* 37, 11, 2 percunctanti . . . incertum metu an erga suos haud sincera -e omnia aperit]). 83 quo me non cupiditas ducit, sed -es. Q. Rosc. 16 -em frangere quae continet vitam. 17 qui . . . plus -ei quam artis . . . possidet in se (LIV. 4, 44, 5 A. Sempronium comitiis plus artis adhibuisse quam -ei). PVBLIL. E 2 etiam in peccato recte praestatur -es. 15. CAES. Gall. 7, 4, 5 *Vercingetorix* obtestatur *legationes*, ut in -e mancant (7, 10, 3. BELL. Alex. 24, 1 mansurum in -e dimissum regem credebat. 33, 4. NEP. Eum. 4, 3 in -e non mansit. LIV. 21, 55, 4. 31, 2, 4 *al.* [*cf.* 21, 52, 8 continendis in -e sociis. 25, 40, 6 retinendos in -e animos sociorum. 28, 2, 15. CVRT. 7, 10, 9 -e continuere populares]. 27, 1, 14. 36, 14, 9. *opp.*: 34, 11, 7 decedere -e [43, 7, 9. 45, 19, 8. SEN. suas. 1, 12 discedat a -e]). BELL. Alex. 24, 2 regem cohortatus, ut . . . -em populo Romano sibique praestaret. SALL. Catil. 16, 2 -em fortunas pericula vilia habere *iuventutem edocebat.* 25, 4 *Sempronia* saepe antehac -em prodiderat. Iug. 31, 23 -ei quidem aut concordiae quae spes est? PS. SALL. rep. 2, 6, 4 homines factiosi, quibus dolus atque malitia -e cariora erant. VERG. Aen. 4, 373 nusquam tuta -es. HOR. carm. 2, 18, 9. PROP. 3, 6, 6 *debet* maiorem . . . timens servus habere -em. OV. ars 1, 644 hac (*sc. amatoria*) magis est una fraude pudenda -es. 1, 740. Pont. 2, 3, 10 cum fortuna statque caditque -es (*sc. amicorum.* LIV. 8, 24, 6 cum fortuna mutabilem gerentes -em. 22, 22, 6 Abelux . . . cum fortuna mutaverat -em. 23, 44, 1. VELL. 2, 53, 2 quando fortuna non mutat -em? CIC. div. 2, 79 *virtus* vetat spectare fortunam, dum praestetur -es. LIV. 24, 45, 2 tamquam cum fortuna -em stare oporteret. 28, 17, 7 quibus ex fortuna pendet -es. 44, 18, 4 suspensae . . . ex fortuna -ei. MANIL. 2, 591 cum fortuna -em quaerat, vix invenit usquam. SEN. Herc. O. 602 rara -es, ubi iam melior fortuna ruit. LVCAN. 2, 461 dubiamque -em fortuna ferebat. 2, 705 urbis cum fato conversa -es. *cf.* 8, 485. SIL. 11, 4 stat nulla diu mortalibus usquam fortuna titubante -es. TAC. hist. 4, 28 meliore usi -e quam fortuna. *diversa ratione*: LIV. 23, 5, 15 si parem fortunae vestrae -em habetis). LIV. 3, 45, 11 me . . . vita citius deseret quam -es (SEN. contr. 2, 5, 9 deerat iam sanguis, supererat -es). 9, 11, 12 ambages . . . fallendae -ei exquirere. 28, 42, 7 fraus -em in parvis sibi praestruit. 30, 35, 7 quos non -es teneret, sed merces. MANIL. 2, 618 excedere . . . commoditate -em. 2, 630 -ei . . . immobile vinclum (3, 107 -ei . . . vincla). SEN. benef. 3, 15, 3 non honestius erat a quibusdam -em falli quam ab omnibus perfidiam timeri? epist. 25, 2 malo successum mihi quam -em (*sc. erga amicos*) deesse. 88, 29 -es sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio. CVRT. 5, 11, 3 inter -em timoremque haesitans. MELA 2, 92 Saguntum illam -e atque aerumnis inclutam (PLIN. nat. 3, 20 Saguntum . . . oppidum -e nobile). SIL. 1, 56 ingenio motūs avidus -eique sinister is fuit (*cf.* 3, 253 pravos -ei. 12, 432 Petilia . . . infelix -ei). QVINT. decl. 343 p. 356, 2 -es supremum rerum humanarum vinculum est. *in virtutum enumerationibus passim obviis raro -es deest. pauca huius generis exempla hic congessi, nec desunt alibi. (v. ex. gr. A 7 p. 682, 65)*: RHET. Her. 3, 7, 14 qua -e, benivolentia, officio gesserit amicitias. CIC. Verr. 2, 14 probabit -em et auctoritatem et religionem suam L. Suettius (*cf.* 2, 22). 2, 17. 19 Font. 23 Cluent. 47. 107. 196 Manil. 36. 42. 69 Mur. 23. 30. 58 Arch. 8 dom. 16 Pis. 23 part. 90 Att. 4, 1, 8 epist. 11, 27, 6 *et saepius.* CAES. Gall. 1, 19, 2. PS. SALL. rep. 2, 7, 8 ibi omnia bona vilia sunt, -es probitas pudor pudicitia. NEP. Thras. 1, 1. LIV. 26, 41, 25 ingenii, -ei virtutisque effigiem. SEN. dial. 4, 28, 2 pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, -es. QVINT. inst. 7, 4, 5. 12, 2, 30 PLIN. epist. 7, 20, 2 *al.* FRONTO p. 135 N. CORP. I² 1366, 2. II 2215, 4. XII 2143, 1 *et saepius in titulis sepulcralibus.* **b** *accedit genetivus vel pronomen possessivum*: PLAVT. Capt. 349 meo periclo huius ego experiar -em (vice [*vel* vicem] -em *codd.*). 927 quomque huius reperta est -es firma nobis. Merc. 625 perdidisti me et -em mecum tuam. CIC. Phil. 7, 20 -em meam . . . praestabo (12, 10 -em suam semper praestiterunt. 12, 30. 14, 30 Att. 5, 21, 11 epist. 1, 7, 6. 1, 9, 10). epist. 13, 32, 2 quantum tua -es dignitasque patietur (*his verbis in commendandis hominibus saepius utitur, cf.* 13, 32, 2. 13, 53, 1. 13, 59. 61. 13, 69, 2. *cf.* PHAEDR. 3 epil. 26 decerne quod religio, quod patitur -es). SALL. Iug. 26, 2 omnia potiora -e Iugurthae rebatur. PROP. 4, 6, 57 vincit Roma -e Phoebi. SEN. Phoen. 477 an times matris -em? CVRT. 3, 6, 6 damnem medici -em? (5, 12, 4. 6, 4, 9. 10, 9, 15). COLVM. 4, 29, 2 *hoc* dissimulare non est -ei meae (9, 2, 2 poeticae magis licentiae quam nostrae -ei concesserim). PLIN. epist. 10, 76 Iulius Largus -em tuam (*sc. in mandato explendo*), quasi te bene nosset, elegit. **c** *additur epitheton obtrectans, ut perfidia indicetur, maxime quae generibus quibusdam hominum propria sit*: PLAVT. Capt. 439 fac fidelis sis fideli, cave -em fluxam geras (*cf. p. 662, 75.* SALL. Iug. 111, 2 fluxa -e usus. LIV. 28, 6, 11 *firmatum* -e praefectorum principumque, quae fluxa et vana . . . fuerat. 40, 50, 5 non fluxa, ut ante, -e. TAC. hist. 2, 75 *et saepius* [*cf.* hist. 2, 93 creditur Caecinae -es fluitasse]. AVIEN. orb. terr. 278 his [*Mauris*] fluxa -es [*cf.* ora 256]. SYMM. epist. 1, 16, 2 fluxam -em. CLAVD. 15, 247 fluitante -e. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 6 fluxa -e. *nescio an ex prisca poesi sumpserint* SALL. LIV., *ex his* TAC.). Mil. 456 muliebri fecit -e. Persa 244 omnes sunt lenae levifidae, neque tippulae levius pondust quam -es lenonia (Rud. 1386 ne tu, leno, postules te hic -e lenonia uti. *hinc intellegitur acumen verborum*: TER. Ad. 161 leno ego sum. :: scio. :: at ita, ut usquam fuit -e quisquam optuma. *i. licet leno sim, tamen non fide lenonia utor, sed promissi [sc. comminationis meae] fidem praestabo*). SALL. Iug. 108, 3 Bocchum magis Punica -e quam ob ea quae praedicabat simul Romanum et Numidam spe pacis attinuisse (LIV. 22, 6, 12 quae Punica religione servata -es ab Hannibale est. 30, 30, 27 suspectam esse vobis Punicam -em. CAPITOL. Gord. 14, 1 Afri -em Punicam praestiterunt. *cf. Otto, Sprichwörter p. 291*). *de aliis epithetis v. p. 691, 13; usus notandus* CIC. Sest. 50 in qua (*in re publica*) quidem nunc me restituto vivit mecum simul exemplum -ei publicae (*i. πολιτικῆς πίστεως, -ei erga rem publicam*). *haud raro simplex fidei nomen ironice usurpatur, fere i. q. perfidia significans, ex. gr.*: CIC. S. Rosc. 119 quoniam -em magistri cognostis. *de* HORATI *locis v. p. 677, 51. 682, 1.* SEN. Med. 1003 *per toros*, quos non nostra violavit -es. Phaedr. 92 praestatque nuptae quam solet Theseus -em. LVCAN. 8, 624 Phariam . . . -em. 8, 701 hac fortuna -e Magni . . . fata pertulit, hac illum . . . morte petit. PETRON. 115, 16 sed non sola mortalibus maria hanc -em praestant.

structurae variae: *cum praepos.* in *c. acc.,* erga, adversus: NEP. Lys. 2, 2 ea civitas praecipua -e fuerat erga Athenienses. ELEG. in Maecen. 1, 12 Caesaris . . . similem propter in arma -em. LIV. 21, 52, 6 ob nimiam cultorum -em in Romanos. 23, 30, 9 in -e erga Romanos. 24, 4, 5. 26, 30, 1. 27, 1, 5 adversus Poenum -em. 29, 8, 2 *al.* TERT. idol. 14 p. 47, 1 o melior -es nationum in suam sectam! nat. 1, 17 p. 89, 7 Romanam in Caesares -em. *ablativus qualitatis sim.*: PLAVT. Bacch. 542 *multi reperiuntur* lingua factiosi, inertes opera, sublesta (subvesta *codd.*) -e (*sc. erga amicos*). Mil. 1369 dicent te mendacem nec verum esse, -e (fidele *codd.*) nulla esse te. Trin. 1096 *amico* probo et fideli et fido et cum magna -e (CARM. epigr. 53, 3 pudentis hominis frugi cum magna -e). CAECIL. com. 30 itane Antipho ⟨est⟩ inventus profluvia -e? TER. Ad. 442 homo antiqua virtute ac -e. CIC. Q. Rosc. 1 vir optimus et singulari -e praeditus. 7 tu, C. Piso, tali -e, virtute, gravitate, auctoritate ornatus. CORP. I² 1366, 2 -e maxsuma pia. NEP. Iph. 3, 2 bonus vero civis -eque magna. VELL. 1, 9, 2 dubia -e. TAC. ann. 12, 41 libertorum si quis incorrupta -e. SYMM. epist. 1, 37, 2 quassa -e sunt, qui iugiter blandiuntur. 5, 54, 1 quisquis amici neglegit famam, -e lubrica est. *genetivus qualitatis*: LIV. 2, 21, 3 quia collega dubiae -ei fuerit. 24, 45, 12 ambiguae -ei virum. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 -ei non latentis *Ephialtes.* 4, 7 praef. sincerae . . . -ei amici (4, 7, 1. 7 veneranda sincerae -ei stipendia). SEN. nat. 7, 16, 2 Ephorus . . . non est religiosissimae -ei. CVRT. 4, 6, 7 Betis, eximiae in regem suum -ei. TAC. ann. 1, 41 pergere ad Treviros et externae -ei *Agrippinam* (*cf. p. 684, 41*). AMM. 18, 2, 18 ut sunt fluxioris -ei (*cf. supra l. 18*) barbari. *adverbii vicem sustinet: ablativi* -e *adiectivum additur*: CIC. Quinct. 13 ei qui magna -e societatem gererent. CAES. civ. 3, 64, 3 *hanc aquilam* eadem -e Caesari restituo (LIV. 7, 41, 1 eadem -e, qua . . . solitus esset, tueretur. 39, 12, 7). NEP. Ages. 2, 4 in qua pactione summa -e mansit. LYGD. 6, 46 *nec vos* fallat blanda sordida lingua -e. OV. am. 2, 9, 50 gaudiaque ambigua dasque negasque -e. PREC. terr. 12 alimenta vitae tribuis perpetua -e. LIV. 4, 60, 7 cum senatus summa -e ex censu contulisset. 6, 2, 3 numquam ambigua -e in amicitia populi Romani fuerant. 25, 20, 4 summa -e stipendia fecerat (*cf. p. 677, 16*). 29, 4, 8 nihil sincera -e cum Romanis acturum (29, 37, 10. 36, 35, 8 VAL. MAX. 2, 9, 6 *al.*). 34, 9, 10 *Romanam amicitiam* pari colebant -e. 37, 53, 8 *amicitiam vestram* perpetua et constanti -e ad extremum vitae finem perduxit. VELL. 2, 63, 3 Plancus . . . dubia, id est sua -e, diu . . . secum luctatus. VAL.

[Feredal]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAX. 6, 5, 1 parum liquida -e id gestum ab imperatore videbatur. COLVM. 1, 1, 11 nec minore -e pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus *eqs.* MART. 6, 89, 5 -e summa testae sua vina remensus. QVINT. inst. 12, 11, 11 quam (*voluntatem*) qui vera -e induerit. *ablativo additur et adi. et praep.* cum: PLAVT. Trin. 1096 *v. p. 676, 55.* LYGD. 4, 64 cum multa bracchia tende -e. OV. epist. 15, 42 accipe cum vera dicta relata -e. 15, 376 exige cum plena munera pacta -e. Pont. 1, 9, 10 seria cum liquida ... peracta -e. LIV. 9, 11, 3 cum qua potes -e. 29, 37, 2 cum summa -e (45, 8, 4. SEN. contr. 1 praef. 11 summa cum -e). VAL. MAX. 4, 7, 5 cum multa -e. cum -e: TER. Ad. 964 obsonare cum -e. RHET. Her. 4, 17, 25 quem in amicitia perfidiosum cognoveris, eum quare putes inimicitias cum -e ⟨gere⟩re posse? CIC. S. Rosc. 10 id quod mihi cum -e semel impositum est (*opp.* propter perfidiam abicere). CAES. civ. 2, 20, 8 relatis ad eum publicis cum -e rationibus. HOR. epod. 17, 37 iussas cum -e poenas luam. LIV. 21, 5, 5 stipendio ... cum -e exsolvendo (23, 31, 10. 28, 32, 1). 32, 1, 7 quaestiones, quas praetor cum -e curaque exercuisset. 40, 50, 2 deditionem oppidorum haud cum -e factam. 44, 1, 5 sociis cum -e cultis. CARM. epigr. 72, 1 (= CORP. I² 1822) vixsi quom -e. PLIN. nat. 2, 150 *arcus* ne pluvios quidem aut serenos dies cum -e portendunt. TAC. hist. 2, 98 legatus studia provincialium cum -e iuvit. ann. 3, 16 vixisse me ... cum -e adversum te. CARM. epigr. 91, 7 testamenta scripsit cum -e. APVL. met. 1, 23. sine -e: CAES. civ. 2, 14, 1. *aetate imperatorum, inde a* TAC., *ut videtur, eadem vi qua* cum -e *usurpatur* ex -e: TAC. hist. 2, 9 Asprenati cuncta ex -e nuntiata. PLIN. epist. 9, 14, 1 ego nihil magis ex -e quam de te scribo. SVET. Iul. 74, 2 quamvis ... omnia ex -e rettulissent. Galba 9, 1 nummulario non ex -e versanti pecunias. FLOR. epit. 4, 2, 13 decem annos traxit ista dominatio ex -e. TERT. nat. 1, 17 p. 89, 18 cum ne per deos quidem vestros ex -e deieretis. *passim.* SCAEV. dig. 40, 7, 40, 4 si ex -e ratio redderetur. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 6 qui bene tutelam et ex -e administravit. VLP. dig. 26, 7, 19 si non ex -e curam gerat. 49, 1, 14. PAVL. dig. 40, 4, 53 si rationem actus sui ex -e dedisset ... filio suo. MACER dig. 49, 1, 4, 4. *adde sensu speciali, non sine fortiore praepositionis vi*: VVLG. Hebr. 10, 38 iustus ... meus ex -e (*ἐκ πίστεως*) vivit (*cf.* Hab. 2, 4 iustus ... in -e sua vivet). *unde* AVG. civ. 1 praef. p. 3, 11 D. *civitas dei* ex -e vivens.

2 ***speciatim:*** *de fidelitate in variis vitae condicionibus vel inter varias hominum classes:* **a** *in negotiis gerendis, praecipue de deposito fideliter custodiendo atque de debita pecunia sine fraude reddenda:* ***α privata, i. uniuscuiusque hominis -es:*** PLAVT. Cist. 760 aequom est ⟨reponi⟩ (*suppl. Leo*) per -em quod creditum est. Epid. 549 salvos sis: quod credidisti reddo. :: haud accuso -em (Merc. 420 litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari -em. CIC. Att. 3, 15, 17 ego si tuam -em accusarem). Most. 1023 si debes (*sc. argentum*), cedo. -es servanda est, ne ire infitias postules. Pseud. 631 *tu inventus es* meam qui furcilles -em (*v. p. 662, 75*), quasi mihi non sescenta tanta soli soleant credier. TER. Phorm. 60 cuius tu -em in pecunia perspexeris, verere verba ei credere? CIC. epist. 12, 15, 6 qui nobis et rei p. -em praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita. HOR. carm. 3, 24, 59 cum periura patris -es consortem socium fallat et hospites *eqs.* LIV. 6, 27, 3 -e magis quam fortuna debentium laborare creditum. 6, 34, 2 poena ... in vicem -ei cesserat. PHAEDR. 4, 5, 20 -em advocavit iure neglecto parens (*sc. cum iurisconsulti nihil egissent, quasi ipsam -em in consilium advocavit, i. quanta potuit honestate, proprio lucro postposito, testamento parere studuit*). *cf.* LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 7 mihi revocata memoria patris eaque in consilium et -e sua adhibita ... certas res testamento praelegavit ('*dicitur mulier memoriam viri defuncti et propriam -em quasi in consilium advocasse*' Dessau). QVINT. decl. 312 p. 226, 18 facilior speratur -es ex pari. IVV. 13, 62 si depositum non infitietur amicus, si reddat veterem cum tota aerugine follem, prodigiosa -es. GELL. 20, 1, 41 hanc ... -em maiores nostri ... in negotiorum quoque contractibus sanxerunt maximeque in pecuniae mutuaticae usu atque commercio. SCAEV dig. 14, 3, 20 ad -em mensae (*nummulariae*) protestandam. PAPIN. dig. 45, 2, 9 eandem rem apud duos pariter deposui utriusque -em in solidum secutus. VLP. dig. 4, 9, 1, 1 necesse est plerumque eorum (*i. nautarum cauponum stabulariorum*) -em sequi et res custodiae eorum committere. VVLG. lev. 6, 2 depositum quod -ei eius creditum fuerat. *metaphorice:* TIB. 2, 3, 62 *tibi* persolvat nulla semina terra -e. QVINT. inst. 12, 10, 25 negaturos Atticam esse, quod plus quam acceperit seminis reddat *solum*, quia hanc eius terrae -em Menander eludit (*cf. Men. Γεωργ. 37 τἄλλα δ' ἂν τις καταβάλῃ, ἀπέδωκεν ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὐ ⟨πλέον⟩ ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτρον. cf. etiam p. 680, 77*). ***β -es publica, i. communis omnium negotiorum stipulationumque securitas*** (*cum hac parte conferenda est IC 2 a, p. 674, 27*): CIC. Marcell. 23 constituenda iudicia, revocanda -es (VELL. 2, 126, 2 revocata in forum -es. *cf. p. 682, 79*), comprimendae libidines, propaganda suboles (Sest. 98. epist. 4, 1, 2 urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine -e relictam direptioni et incendiis). off. 2, 84 nec enim ulla res vehementius rem publicam continet quam -es, quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum (*cf.* prov. 3 *non ante* quam -em publicam, quam perpetuam populi Romani salutem ... foedissime crudelissimeque

vexarint. LIV. 29, 1, 17 tueri publicam -em. VLP. dig. 42, 5, 24, 2 qui pecunias apud mensam -em publicam secuti deposuerunt). PROP. 3, 13, 49 auro pulsa -es, auro venalia iura. OV. met. 1, 90 *aurea aetas* sponte sua, sine lege -em rectumque colebat. LVCAN. 1, 182 concussa -es. CLAVD. 7, 63 turbata -es.

ex illo usu, cuius exempla sub II A 2 a α congesta sunt, ortus est ICTorum *t. t. de hereditatibus* **ˣfideī committo** (*nota scripturam* fidecommissum: CORP. XII 4335, 4). GLOSS. *τῇ πίστει ἐγχειρίζω.* (*generaliorem notionem, a qua t. t. originem duxit, illustrant* HOR. sat. 1, 3, 95 si prodiderit commissa -e. SEN. dial. 9, 11, 2 *sapiens quippe qui sciat vitam a natura precariam sibi datam esse* omnia ... tam circumspecte *faciet* quam religiosus homo sanctusque solet tueri -ei commissa [*cf. etiam seq. verba: omnia quae possedi*, reddo restituo.]) VAL. MAX. 4, 2, 7 cum mater Cornelia -ei commissa praedia non redderet. S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) qui -ei suae commissum ... restituissent. QVINT. decl. 325 p. 278, 4 petit a paupere uxor hereditatem tamquam -ei commissam. p. 278, 8 illius potissimum -ei haec hereditas mandata est? *in hac declamatione passim.* TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 85 -eique eius ... ⟨committo⟩. 116 -eique eiu⟨s ... committo, ut⟩ (*ibid. saepius, plerumque ex parte suppletum*). S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4) qui -ei commissam libertatem (VLP. dig. 40, 5, 1 -ei commissam libertatem. *in hoc titulo passim*) ex quacumque causa deberent servo. CORP. XI 6520, 7 -eiq(ue) vestrae collegiali committo, uti ... dividatur. 17 hoc ut ita faciatis, -ei vestrae committo. GAIVS inst. 2, 248 ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque -ei committatur, ut eam hereditatem alii restituat. 2, 249 verba autem utilia -ei commissorum haec maxime in usu esse videntur: peto, rogo, volo, -ei committo. SCAEV. dig. 32, 40, 1 a te peto tuaeque -ei committo, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restituas filio tuo. PAPIN. dig. 31, 77, 11 -ei heredum meorum committo, ne fundum Tusculanum alienent. 36, 3, 5, 1 res -ei commissae. CALL. dig. 49, 14, 3, 1 (*ex rescripto divi Hadriani*) quod cuiusque -ei palam commissum est (*opp.* 49, 14, 3, 2 cum tacite -ei committebatur. PAVL. dig. 49, 14, 48 pr. testamento scripto heredis sui ... tacitae -ei commiserat, ut ... daret). *de reliquis ICtorum locis v. Vocab. iurispr. Rom.* CORP. VIII 1641 b 3 vestrae -ei committo, ut. XII 4335, 4 fidecommissum Phoebum liberu recepit (*cf. Mommseni adn.*). *in tropo, qui nititur in adulterina illa διαθήκης interpretatione*: TERT. praescr. 37 sicut *apostoli* caverunt testamento suo, sicut -ei (*ludit ambigua notione, sacra sc. et profana*) commiserunt. *nota: idem quod* -ei committere *significat* -ei mandare: TER. Andr. 296 bona nostra haec tibi permitto et tuae mando -ei. MARCELL. dig. 30, 123, 1 te rogo, Sei, -eique tuae mando, uti ea omnia ... reddas. CORP. XIII 4132, 10 -e (*v. p. 662, 26*) mandavit. *ex ipsa iunctura solemni* -ei committere *merum fidei nomen rursus novam quandam atque accuratiorem notionem accepit, sc. significare potest illam certam fidem, cui fideicommissum mandatur quamque heres fiduciarius interponit se fideicommissario hereditatem restituturum, nonnumquam etiam i. q. fideicommissi susceptionem*: S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) potius quam cuique periculosam esse -em suam. AFRIC. dig. 28, 5, 47 heredem -em suam interposuisse. *ibid.* si et ipsum testatorem -em eius secutum esse (*i. eum heredem fiduciarium elegisse*) probaretur (PAPIN. dig. 36, 2, 26, 1 cuius -em sequi defunctus maluit). GAIVS dig. 34, 9, 10 pr. in fraudem iuris -em accommodat, qui vel id quod relinquitur vel aliud tacite (*cf. Leonhard, PW. VI 2273, 38 sqq.*) promittit restituturum se personae quae legibus ex testamento capere prohibetur (MARCELL. dig. 30, 123, 1 si in fraudem legum tacitam -em Seius accommodasset. MOD. dig. 5, 3, 46 qui tacitam -em interposuerit, ut non capienti restitueret hereditatem. *al.*). CALL. dig. 49, 14, 3, 3 cuius -es eligitur.

ntr. participii perf. pro subst. **ˣfideī commissum,** -ī. *de etymologia*: ISID. orig. 5, 24, 17 -um dictum, ut fiat quod a defuncto committitur (*cf. p. 661, 69*). *scriptum spatio divisum tamquam duo vocabula*: CORP. VI 1383, 12. VIII 18227, 3 ex -ei commisso. *nullo spatio intercedente*: CORP. VIII 26275, 6 per fideicommissum. *de notione*: INST. Iust. 2, 23, 1 ideo -a appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur continebantur. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357ᴬ *φιδικόμισον· τὸ τῇ πίστει τοῦ κληρονόμου κείμενον.* HESYCH. *φειδικόμισος· ἡ διὰ μαρτύρων πίστις.* *ICtorum t. t. in Graecam linguam receptus*: COD. Iust. 1, 3, 45 (46) pr. *κατὰ* fideicommisson. 6, 4, 4, 16 *ληγάτων καὶ* fideicommisσων. NOVELL. Iust. 1, 1 pr. THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23 pr. *τῶν* fideicommíssων. 2, 23, 1 *τὰ* fideicómmissa. *al.* S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) quibus ex testamento -um restitutum fuisset. QVINT. inst. 3, 6, 70 non debes apud praetorem petere -um, sed apud consules. 9, 2, 74 per hoc tacitum -um (PAPIN. dig. 34, 9, 18 pr. *al.*). SVET. Claud. 23, 1 iuris dictionem de -is. S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4) ut ex -o manumitti debuisset. CORP. VI 1383, 12 pr(aetori) de fidei commiss(is). GAIVS inst. 1, 24. 2, 247 *sqq.* ARNOB. nat. 6, 9 *dii* per quaedam -a, ut dicitur, vestras sumunt atque accipiunt cultiones. PASS. Perp. 16 quasi ... -um eius exequimur. VLP. dig. 2, 12, 2 legatorum fideive commissorum (PAVL. dig. 19, 1, 2, 1). *de reliquis ICtorum locis v. Vocab. iurispr. Rom.* AVSON. 419, 22 seu -um patris exsolvis. SYMM. epist. 2, 13, 1 AMM. 21, 1, 5. HIER. epist. 52, 6, 2 per -a legibus illudimus.

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Vict. Vit. 3, 9 Conc. Clippiac. a. 626 p. 200, 11 Conc. sub Sonn. hab. a. 627—630 p. 205, 24.

b *spectat ad eos, qui munere suscepto fideliter funguntur, imprimis de magistratibus, iudicibus, actoribus causarum:* *α de magistratibus sim.*: Enn. ann. 107 quod (ea *trad.*) mihi reique (*?*, reliquae *trad.*) -ei regno vobisque, Quiritis, se fortunatim feliciter ac bene vortat. Carm. devot. Macr. sat. 3, 9, 11 pro me -e magistratuque meo pro populo Romano exercitibus legionibusque nostris. *ibid.* me meamque -em imperiumque legiones exercitumque nostrum. Varro ling. 6, 86 quod bonum fortunatum felix salutareque siet populo Romano Quiritium . . . mihique collegaeque meo, -ei magistratuique nostro. S. C. de phil. et rhet. (Suet. rhet. 25) praetor . . . curaret . . . uti ei e republica -eque sua videretur. Lex agr. (Corp. I 200 = I² 585) 35 i(ta) u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) ⟨v(idebitur) e(sse)⟩. 78 ⟨u. e. r. p. f.⟩q(ue) e(i) [*expectatur* s(ua)] e(sse) v(idebitur) (S. C. de Asclep. [Corp. I 203 = I² 588] 11 u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) v(ideatur). Lex Mamil. [grom. p. 265, 11] facito ita, ut ei e re publica -eque sua videbitur. Cic. Phil. 3, 39 ita uti e re publica -eque sua videretur. Liv. 8, 4, 12 ageret diceretque, quae e re publica nominis Latini -eque sua viderentur. 22, 39, 2 omnia e re publica -e⟨que⟩ vestra [*i. consulum*] faceretis. 25, 7, 4 faceret quod e [*codd. interpol.*, de *P*] re publica -eque sua duceret. 29, 10, 3 facienda, ut e re publica -eque sua duceret. 33, 31, 5 id e re publica -eque sua facere ac statuere iussi. 38, 8, 5 quod e re Aetolorum . . . -eque sua esse censerent [*cf.* 26, 31, 10 (*verba consulis:*) *id* magis rei publicae interest quam mea. quippe mea -es exsoluta est: ad rem publicam pertinet, ne *eqs.*]). Cic. Att. 9, 11ᵃ, 3 et ad tuam -em et ad rem publicam pertinet. Cic. Sest. 70 cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum (*i. magistratuum*) -em convertissent. Verr. 2, 37 *M. Piso quaestor* quod de re publica sensit, ita sensit, ut nec -em suam nec . . . laederet. 4, 183 eorum hominum (*i. scribarum*) -ei tabulae publicae periculaque magistratuum committuntur. de orat. 3, 5 numquam senatus neque consilium rei publicae nec -em defuisse. off. 1, 124 est . . . proprium munus magistratus intellegere . . . *se debere* servare leges, iura discribere, ea -ei suae commissa meminisse. Sall. Iug. 16, 3 *Iugurtha* perfecit, uti *Opimius* famae -e (*sc. in gerenda legatione*) postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. *ibid.* paucis *legatis* carior -es quam pecunia fuit. Ov. Pont. 4, 9, 46 *fingam te, cum censor eris*, exacta cuncta locare -e. *β de iudicibus*: Cic. Quinct. 59 -es iudicis. S. Rosc. 140 ad -em, ad ius iurandum, ad iudicia vestra (*iudicum*). Q. Rosc. 45 cuius propter -em et religionem iudicis (*cf.* Verr. 4, 146). Verr. 2, 72 miseremini (*iudices*) sociorum et ostendite aliquid iis in vestra -e praesidii esse oportere. Cluent. 66 -es iudicis. off. 3, 44 praeclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, 'quae salva -e facere possit'. Ov. trist. 2, 96 res quoque privatas statui sine crimine iudex, deque mea fassa est pars quoque victa -e. Qvint. decl. 300 p. 183, 5 ego (*iudex*) nihil aliud debeo quam -em. *γ de causarum actoribus sive de accusatoribus*: Cic. S. Rosc. 30 qui cum -e defendat. 83 quam salus huius et mea -es postulabit. 95 salva -e. Q. Rosc. 14 satis -ei et diligentiae meae . . . fecisse videar. div. in Caec. 51. 67. Verr. 3, 1 de his rebus, quae meae -ei commissae sunt. 6, 188. 189 Caecin. 5. Cluent. 10 adductum -e atque officio defensionis. 118 ut neque -es huius defensionis relicta neque . . . esse videatur. Sull. 21 a me . . . Sullam . . . nihil denique praeter -em defensionis expectare. Cael. 32 nec longius progrediar quam me mea -es et causa ipsa coget. Scaur. 27. Lig. 6 cuius ego causam animadverte, quaeso, qua -e defendam. Deiot. 1 quantum mea -es studi mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat (*Plutarch. Cic. 26* 'ὁμολογῶ γάρ', ἔφη [ὁ Κικέρων] 'πίστεως ἐν ἐμοὶ πλέον ἢ δεινότητος εἶναι'. Cic. Balb. 17 *M. Crassus* totam causam et pro facultate et pro -e sua diligentissime vobis explicavit). Phil. 11, 11 ego defendi -e optima. Qvint. decl. 333 p. 312, 19 quatenus -es agendi (*sc. cum delatoris patronus reum accusarem*) permiserat. Plin. epist. 1, 18, 4 nam mihi patria (et si quid carius patria) -es videbatur (*sc. in causa suscepta*). 2, 11, 2 *nos* adesse provincialibus iussi existimavimus -ei nostrae convenire notum . . . facere. 3, 9, 30 optime ex accusatione ipsa accusatoris -es aestimatur. 7, 33, 7 Senecionem non advocati -em, sed inimici amaritudinem implesse.

c *in re amatoria atque inter coniuges:* *α inter amantes*: Catvll. 87, 3 nulla -es ullo fuit umquam ⟨in⟩ foedere tanta, quanta in amore tuo ex parte reperta mea est. Hor. carm. 1, 5, 5 heu quotiens -em (*sc. mutatam*) mutatosque deos flebit. 1, 33, 4 cur tibi iunior laesa praeniteat -e (*sc. apud Glyceram*). 3, 7, 4 constantis iuvenem -e (*cf. p. 662, 44*) Gygen. Tib. 1, 9, 32 vendere . . . -em. Prop. 1, 4, 16 quo magis et nostros contendis solvere amores, hoc magis accepta fallit uterque -e. 1, 12, 8 simili . . . amare -e. 2, 17, 18. 2, 20, 4. 18. 34. 2, 24ᵇ, 42. 2, 26ᵇ, 27. 3, 20, 24. 3, 25, 4. Ov. am. 1, 3, 6 qui pura novit amare -e. epist. 2, 102. ars 3, 544 nimium certa scimus amare -e. Carm. epigr. 939, 1 siqua -es hominum est (*cf. p. 683, 53*), unam te semper amavi. *β inter coniuges*: Lavd. [Turiae] (Bruns⁷ n. 126) 2, 55 -em exuerem. Prop. 4, 3, 11 haecne marita -es. Ov. epist. 6, 41 ubi pacta es, ubi conubialia iura. 16, 4 legitimam nuptae sollicitare -em (met. 7, 721 donisque pudicam sollicitare -em [*sc. coniugis*]. 7, 728. 737). 19, 7 coniugium pactamque -em. trist. 5, 14, 36 Penelopea -es. Val. Max. 2, 1, 4 coniugali -ei. 4, 6 praef. *al., praesertim* 6, 7, *cuius capitis inscriptio est*: de -e uxorum erga viros. Sen. Ag. 80 iura pudorque et coniugii sacrata -es fugiunt aulas. 111 casta . . . -e (241 Herc. f. 309). Oed. 804 regum superbam liberi astringunt -em. Octavia 536. 538 teneris in annis haud satis clara est -es. 547 *al.* Val. Fl. 8, 222 promissamque -em thalami foedusque iugale. Stat. Theb. 12, 114 una -es, unum Polynicis amati nomen in ore sedet. silv. 1, 2, 164 quis morum -eique modus? Qvint. decl. 335 p. 321, 20 cum -em illi (*uxori*) maritalem praestiteris. Corp. XII 2143, 1 castitas -es caritas . . . et quaecumque deus faeminis inesse praecepit.

d *in variis hominum necessitudinibus: de amicis*: Cic. S. Rosc. 111 operae nostrae vicaria -es amicorum supponitur. *talia passim.* *de sociis*: Liv. 9, 6, 4 incerti de -e sociorum. 34, 31, 4 -em socialem. Val. Max. 6, 4 praef. Sil. 2, 393 populis, quis aegra lababat . . . -es. 8, 320 laxa -es socium est. Lvcan. 8, 126 ne nostram videare -em felixque secutus et damnasse miser. *al.* *de servis: passim, caput* Val. Max. 6, 8 *inscribitur*: de -e servorum.

3 *cum ea notione, quam habes in exemplis sub II A 2 a congestis, arte cohaeret sermo* **bona fides.** *de ea vi, quae in hac iunctura vocabulo fidei propria est, summam invenies apud C. G. Bruns, das Wesen der b. f. bei der Ersitzung, Berol. 1872 p. 78 sqq.; Pernice, Labeo II 75 sqq. (= II² 159); Mommsen, Ges. Schr. III 142 sq. ante Ciceronem solus ablativus legitur. genuinus sensus huius locutionis, quae sc. idem vult atque 'ita ut ei actioni (quam enuntiati verbum exprimit) bene confidi possit, cum bono, firmo successu' clare apparet ex illo usu magis vulgari, qui etiam ultra vetustae latinitatis tempora duravit, velut infra l. 52. 53. 61. 64. 71. notandum est ab iis locis moralem colorem prorsus abesse.* bona -e *unam quasi vocem esse vidit Luchs, Studemundi Stud. I 1, 21.* **a** *generatim*: bona -e *aliquid facere.* bona -e dicere *sim.*: Plavt. Aul. 772 dic bona -e: tu id aurum non surripuisti? :: bona. :: neque scis qui abstulerit? :: istuc quoque bona. Capt. 890 dic, bonan -e tu mi istaec verba dixisti? :: bona. Persa 486 dic bona -e: iam liberast? Poen. 439 vin bona dicam -e, quod hic inter nos liceat? Pseud. 1095 bonan -e istuc dicis? :: unde ea sit mihi? (*in lenonis responso -es vocabulum usurpatur ea vi, de qua v. IC 1 p. 673, 53*). Truc. 586 impudens mecastor, Cuame, es. :: egone? :: tu. :: bona -e? tun ais me impudentem esse . . .? Ter. Haut. 761 bonan -e (*sc. hoc dicis*)? :: bona hercle. Cic. leg. agr. 2, 100 polliceor hoc vobis, Quirites, bona -e (bonae -ei *codd.*). Tert. adv. Val. 1 si bona -e quaeras. 4 etiam bona -e dicturos. *de variis actionibus* (*nota etiam comparativum atque superlativum usurpari, ex. gr. l. 48. 50. 53*): Plavt. Most. 670 de vicino hoc proximo tuos emit aedis filius. :: bonan -e? (*sc. istud dicis? servus aliter interpretatur*). :: siquidem tu argentum reddituru's, tum bona, si redditurus non es, non emit bona. Cato agr. 14, 3 nummos -e bona solvat. Cic. S. Rosc. 144 si tibi optima -e sua omnia concessit. Att. 9, 7ᵃ, 1 consilium . . . quod si non fuerit prudens, at certe ab (*om. M* ¹) optima -e et optimo animo proficiscetur. epist. 3, 8, 7 si quis est, qui neminem bona -e in gratiam putet redire posse. Laber. mim. 87 tollet bona -e vos Orcus nudas in catomum. Ov. rem. 649 meliore -e paulatim extinguitur ignis (*sc. amoris*) quam subito; lente desine, tutus eris. Pont. 1, 6, 9 nec quisquam meliore -e complectitur illas (*sc. artes ingenuas*. Sen. contr. 10 praef. 12 bona -e scholasticus erat, in his declamationibus . . . nulli non post primum tetradeum praeferendus). Sen. contr. 2, 6, 1 si tum (tam *codd.*) bona -e frugi es. 9, 3, 13 illud tamen optima -e praestitit. Sen. Med. 11 dominam -e meliore (*sc. quam ego*) raptam (Tro. 728 sceptra -e meliore tene. clem. 1, 9, 11 dial. 9, 11, 12). benef. 2, 17, 7 bona -e, quid praestitisset, oblitus. dial. 9, 1, 2 nec bona -e liberatum me eis (*sc. vitiis*), quae timebam et oderam, nec rursus obnoxium. 10, 13, 9 ut concedas omnia eos -e bona dicere, ut ad praestationem scribant. 11, 17, 5 illae (*i. disciplinae liberales*) si bona -e in animum tuum intraverint. epist. 22, 11 si deponere *servitutem* in animo est et libertas bona -e (*i. nullo mendacio vel praetextu adhibito*) placuit. 79, 18 si modo illam (*i. virtutem*) bona secutus est -e. 83, 5 *hoc solium*, cum fortissimus sum et omnia bona -e fiunt, sol temperat. 85, 9 *tigrium leonumque* numquam bona -e vitia mansuescunt. Cvrt. 4, 11, 18 quodsi saltem pacem bona -e peteret. Colvm. 9, 9, 7 plures (*reges apium*) bona -e reconciliatos. Petron. 11, 1 osculis . . . bona -e exactis. 79, 12 postquam optima -e partiti manubias sumus. 91, 7 si bona -e paenitentiam (sententiam *coni. Büch.*) emendas. 91, 9 redisse me in gratiam et optima -e reviviscentem amicitiam. 110, 3 tunc primum bona -e puero basium dedit. Corp. IV 2119 vici Nuceriae inalia (*i.* in alea) *denarios tot* -e bona (*i. sine fraude*). Plin. nat. 2, 155 quam bona -e creditum fenus *terra* reddit. 7, 94 concremasse ea (*scrinia*) optima -e atque non legisse. 14, 146 optima -e non respirasse in hauriendo neque expuisse. Lex Malac. (Corp. II 1964) 2, 15 se rationem suffragiorum -e bona habiturum. Stat. silv. 5 praef. qui bona -e deos colit, amat et sacerdotes. Qvint. inst. 7, 4, 34 uter id (*sc. accusare*) -e meliore facturus *sit*. 10, 3, 23 neque enim se bona -e in multa simul intendere animus totum potest. decl. 269 p. 99, 9 neque ego dubito, quin prius istud ⟨bon⟩a -e feceris. 296 p. 172, 2

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sed ne dimisisti quidem bona -e. FLOR. epit. 2, 1, 1 populus R. ... cum bona -e adolevisset. 2, 3, 1 bona -e cessantium armorum. TERT. anim. 23 p. 336, 16 doleo bona -e Platonem omnium haereticorum condimentarium factum (*sc. ea quae Plato quamvis falsa bona tamen -e scripsit, ab haereticis mala -e recepta. an* bona -e *exclamatio ut l. 12?*). AMM. 20, 8, 11 condicionum aequitatem ... bona -e accipito. CLAVD. MAM. anim. p. 126, 12 si quid umquam bona -e scire volumus. *singulariter*: PS. QVINT. decl. 12, 1 quoniam semel consueramus (*sc. corporibus nostrorum pasci*) et bona -e (*i. confidentia*) ferarum esse civitas coeperat. *usurpatur in exclamatione aeque atque* per -em (*cf. p. 667, 49*): TERT. adv. Hermog. 10 magna, bona -e, caecitas haereticorum pro huiusmodi argumentatione (*cf. supra l. 5*). *opp.*: mala -e: GLOSS. *κακῇ πίστει*. NEP. Dat. 6, 6 in opinionem adducuntur perfugas mala -e compositoque fecisse, ut recepti maiori essent calamitati. APVL. apol. 83 cum primum epistolam ... mala -e excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret.

b *in formula iudiciali, de iudiciis (arbitriis) quae bonae -ei dicuntur* (*cf. Girard-Mayr, Gesch. u. Syst. d. röm. Rechts p. 1112; Leonhard, PW. III 696, 48 sqq.*): CIC. off. 3, 61 iudiciis, in quibus additur: ex -e bona (top. 66 in omnibus his iudiciis, in quibus 'ex -e bona' est additum). 3, 66 arbitrum illum adegit 'quidquid sibi dare facere oporteret ex -e bona' (LEX Rubr. [Corp. XI 1146 = I² 592] 27. 36 q(uic)q(uid) eum ... d(are) f(acere) oporteret ex f(ide) b(ona). VAL. MAX. 8, 2, 1). 3, 67 ergo ad -em bonam statuit pertinere notum esse emptori vitium, quod nosset venditor. 3, 70 Q. quidem Scaevola, pontifex maximus, summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur 'ex -e bona', -eique bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis societatibus (*sequitur enumeratio*). Att. 6, 1, 15 extra quam (*exceptionem*) si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat ex -e bona. GAIVS inst. 4, 47 quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet ex -e bona. 4, 62 sunt autem bonae -ei iudicia haec (*sequitur enumeratio*). 4, 114. *ceterum v. Vocab. iurispr. Rom. I 598, 44 sq.*

c bona -e emere, possidere, vendere; bonae -ei emptor, possessor *sim.* (*credendi, firmae opinionis [sc. de re honeste parta, de iusta possessione etc.] notionem, quae a prisco atque genuino bonae -ei sensu certe aliena erat, ab eorum quoque Ictorum usu, quos classicos appellant prorsus abesse contendi non potest, id quod severius fecit Bruns l. l.; cf. ex. gr. l. 44*): PAVL. dig. 17, 2, 3, 3 -es bona contraria est fraudi et dolo. VAL. MAX. 8, 2, 1 bonae -ei venditorem nec commodorum (*sc. rei venditae*) spem augere nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. GAIVS inst. 2, 43 si modo eas *res* bona -e acceperimus, cum crederemus eum qui traderet dominum esse. 2, 45 etiamsi maxime quis bona -e alienam rem possideat (2, 51 bonae -ei possessori. dig. 9, 4, 13 adversus bona -e possessorem). 2, 49 quamquam ab eo bona -e emerit (IVLIAN. dig. 1, 5, 26 bonae -ei emptorem). 2, 252 sive quid alias bona -e dedisset. 3, 155 quod vel me tibi vel te mihi bona -e praestare oportet. 4, 84 si modo bona -e accedat ad negotium. *ceterum de numerosis Ictorum locis v. Vocab. iurispr. Rom. I 598, 8 sqq.* AVG. fid. et op. 7, 10 p. 45, 22 sicut in iure praediorum tamdiu quisque bonae -ei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum, cum vero scierit nec ab aliena possessione recesserit, tunc malae -ei perhibetur, tunc iuste iniustus vocatur.
opp.: mala -e emere, possidere *sim.*: CIC. nat. deor. 3, 74 inde tot iudicia de -e mala, tutelae mandati pro socio fiduciae, reliqua quae ex empto aut vendito aut conducto aut locato contra -em fiunt. GAIVS inst. 2, 49 quia ... mala -e possidet. VLP. dig. 5, 3, 20, 21 malae -ei possessor. *saepe apud Ictos.* PAVL. dig. 10, 1, 4, 2 aut enim bona -e percepit ... aut mala -e. VLP. dig. 26, 8, 5, 2 si mala -e emptio intercesserit. *singulariter: ad malae -ei possessionem referendum est, quamquam mala -es audacter non possessori, sed rei possessae tribuitur:* PETRON. 12, 1 rerum venalium, non quidem pretiosarum, sed tamen quarum -em male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret.

d *notione paulum debilitata, fere i. q. fidelitas, honestas sim.*: VAL. MAX. 9, 6 praef. quantum salutis bona -es praestat (*opp.* perfidia). SEN. contr. 1 praef. 3 ad continenda quae acceperat solebat bonae -ei esse (*verba inde a* solebat *alio loco tradita; v. edit.*). SEN. benef. 4, 21, 6 bonam -em perfidiae suppliciis affici videt. *ibid.* ignis, per quem bona -es collucebit. 5, 12, 1. epist. 56, 11 si bona -e sumus (*i. si bonam conscientiam habemus*). 71, 7 si vis ... beatus esse, si -e bona vir bonus, sine contemnat te aliquis. CVRT. 3, 8, 6 nec tamen melioris -ei haberi, qui prudentius suaserit. QVINT. inst. 10, 7, 1 bonae -ei viro. SVET. Aug. 42, 2 *Augustus* populo promissum ... congiarium reposcenti bonae se -ei esse (*i. promissis stare*) respondit. CORP. VI 6214, 5 bonitatem suam et -em bonam secum apstulit.

4 *i. q. fidele silentium, taciturnitas* (*cf.* SIL. 2, 481 arcanis dea [*Fides*] laeta): PLAVT. Trin. 142 quod (*sc. arcanum*) meae concreditumst taciturnitati clam, -e et fiduciae. TER. Andr. 34 *opus est* eis quas semper in te intellexi sitas -e et taciturnitate. Eun. 102 potin est hic tacere? :: egone? optume. verum heus tu, hac lege tibi meam astringo -em. CATVLL. 102, 2 si quicquam tacito commissum est fido ab amico, cuius sit penitus nota -es animi. HOR. carm. 1, 18, 16 arcanique -es prodiga (*κατ' ἀντίφρασιν, perperam dixerunt [v. ex. gr. Krüger, Archiv 10, 358 sq.] -em hoc loco vocem mediam esse; sc. arcanum commissum est -ei, sed ea sibi non constitit atque πίστις ἄπιστος facta est*). PROP. 1, 10, 14 non solum vestros didici reticere dolores: est quiddam in nobis maius, amice, -e. 1, 18, 4 si modo sola queant saxa tenere -em. SEN. contr. 2, 5, 19 si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed -es. SEN. Herc. f. 301 tibi muta -e longas Eleusin tacita iactabit faces. Herc. O. 477 quidquid arcani apparo, penitus recondas et -e tacita premas. 480. 481. Oed. 799 praestare tacitam regibus soleo -em. Phaedr. 161 utque contingat stupro negata magnis sceleribus semper -es. Thy. 317 tacita tam rudibus -es non est in annis. CVRT. 4, 6, 5 Persarum arcana regum mira celantium -e. PLIN. nat. 3, 65 *Romae urbis nomen arcanum* optima ... et salutari -e abolitum. QVINT. decl. 307 p. 207, 10 quanta esset inter se quodammodo sceleratorum -es, quamdiu tacerent. TAC. ann. 15, 59 frustra silentium et -em in tot consciorum animis et corporibus sperare. GELL. 1, 23, 13 senatus -em atque ingenium pueri exosculatur. APVL. met. 3, 15 sanctam silentii -em. 3, 20 -em silentiumque. TERT. nat. 1, 7 p. 68, 22 cum vel ex forma a⟨c⟩ lege omnium mysteriorum silentii -es debeatur.

5 *poetice: i. q. firma securitas rei non animatae*:
a *de naturae partibus*: VERG. Aen. 3, 69 ubi prima -es pelago. OV. fast. 2, 454 perdidit illius temporis aura -em. 6, 715 si qua -es ventis. GERM. frg. 4, 61 tunc quoque nulla -es caelo (-um *codd. cf.* AVIEN. Arat. 311 nulla -es undis). SEN. nat. 4 praef. 7 non incertam -em (incerta -e *T*) ruris, incertiorem fori temptent. epist. 67, 1 ver aperire se coepit ... nec adhuc illi -es est; saepe enim in hiemem revolvitur. COLVM. 3, 6, 4 ubi pluribus velut emeritis annorum stipendiis -es surculo constitit. PETRON. 115, 8 maris -em (*sc. malam*). *hic subiciatur, licet paulo differat, usus poeticus*: IVV. 2, 8 frontis nulla -es (*i. fronti -es habendae non est*). *de tempore*: OV. Pont. 4, 3, 50 ludit in humanis divina potentia rebus et certam praesens vix habet hora -em. PLIN. paneg. 32, 4 fallacem ... unius anni -em. **b** *de rebus ab homine factis*: PROP. 4, 4, 87 *Tarpeia* prodiderat portae ... -em. OV. am. 3, 1, 50 decepto didicit custode Corinna liminis astricti sollicitare -em. ars 3, 377 nulla -es tabulae (*sc. lusoriae*). GRATT. 52 non est umentibus usus in armis, nulla -es. CLAVD. 18, 244 muris nulla -es (*in incendio*). CARM. epigr. 80, 4 flet pater et rogat tituli -em, ut omnis aetas optet aei terram levem (*i. petit a titulo, ut fidelis sit litterasque bene conservet; secus interpretatur Büch.*).

6 *metonymice: pro persona vel re fideli*: **a** *pro persona fideli: huc fortasse referri possit, quamvis incerta sit lectio*: ELEG. in Maecen. 2, 4 mene ... ante augustam (angustam *al.*) Drusi (Bruti *codd.*) non cecidisse -em (*i. ante Drusum, qui fidelis Caesari amicus erat, atque is quidem augustus, ego vero humilis*). VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 tantae -ei (*i. tam fideli puellae*) superesse non sustinuit. 4, 7 ext. 1 tyrannus supplicium -ei (*i. tam fideli amico*) remisit. CVRT. 6, 7, 9 quod caput suum permisisset -ei adhuc inexpertae. LVCAN. 8, 213 Eoam temptare -em populosque bibentis Euphraten. STAT. silv. 2, 6, 55 dignus et Haemonium Pyladen praecedere fama Cecropiamque -em (*i. Thesea Pirithoumque fideles*). AMM. 26, 6, 12 -em paucorum elegit. *de fide Christiana*: PRVD. ham. 853 cana -es (*i. Abraham. cf.* VERG. Aen. 1, 292 cana Fides). perist. 3, 90 gaudet et excruciare -em (*i. fideles. sed nescio an sensu proprio de fide dixerit, cf.* cath. 4, 84).
b *pro re fideli*: AETNA 411 *nulla est domus ignis magis* tenaci saepta -e (-es *pro cute, amictu fideli, cf., licet minus audacter loquatur*, PLIN. nat. 36, 62 paulum distare ab eo in unguentorum -e [*i. e. in unguentis fideliter servandis*] multi existimant lygdinos). MANIL. 2, 332 quadrati ...-em caeli (*i. fidele quadratum caeleste*). 3, 305 Chelarumque -es (*i. e. Chelae* [= *Libra*] *in quibus -es est*). APVL. met. 9, 18 -e tenebrarum contectus atque absconditus. QVEROL. p. 45, 26 perlege ... titulum funeris atque omnem scripturae -em (*de vocabuli* -es *notione cf. p. 683, 9 sqq.*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 189 astra viarum mutavere -em (*i. vias, quibus ea se tenere ad id tempus certo credi poterat*).

7 *in prosopopoeia* (*v. etiam Onomast. s. v. inter qualitatis moralis prosopopoeiam, quam vocamus nos, a quolibet poeta in certo sententiarum conexu sua sponte factam et commemorationem deae Fidei, cui aedes in Capitolio erat, saepe satis accurate distingui nequit*):
de ENNIO *v. p. 671, 2.* PLAVT. Poen. 890 -e non melius creditur. CATVLL. 30, 11 si tu oblitus es, at dii meminerunt, meminit -es. HOR. carm. 1, 24, 7 Pudor et Iustitiae soror (*iustitia et fides coniunctae ap.* VARRONEM frg. Non. p. 149, 10 CIC. de orat. 1, 86. 224 *cf. l. 84. cf.* OCTAVIA 398 illa virgo, numinis magni dea, Iustitia, caelo missa cum sancta -e), incorrupta -es nudaque Veritas (OV. met. 1, 129 fugere pudor verumque -esque. VAL. FL. 5, 498 nuda -es). 1, 35, 21 te (*Fortunam*) ... anteit ... Necessitas, ... te Spes et albo rara (*cf.* MART. 10, 78, 1) -es colit velata panno (*cf.* SERV. Aen. 1, 292). carm. saec. 57 iam -es et Pax et Honor Pudorque priscus et neglecta redire Virtus audet (*cf. p. 677, 78.* SEN. Ag. 112 periere mores ius decus pietas -es et qui redire cum perit nescit pudor. PETRON. 124 v. 252 pax ... abscondit ... victum caput ... huic comes it submissa -es et ... iustitia ac ... concordia. MART. 12, 6, 3 recta -es, hilaris clementia, cauta potestas iam redeunti. carm. 4, 5, 20 nutrit rura Ceres almaque Faustitas, ... culpari metuit -es. CVLEX 227 rure recessit Iustitia et prior

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

illa -es? Ov. am. 1, 3, 13 *at Phoebus, Musae, Bacchus, at Amor*, at nulli cessura -es, sine crimine mores nudaque Simplicitas purpureusque Pudor. trist. 5, 5, 45 nata Pudicitia est, mores (*frustra temptant editores, cf. exemplum antecedens*) Probitasque -esque. Sil. 1, 481 fer tecum castamque -em (2, 525 casta -es. 6, 548. 13, 285) servataque iura, deceptos mihi linque deos. 2, 480 ad limina sanctae . . . -ei. 2, 542. 6, 132 alma -es (*dea* -es *passim ap.* Sil.). Clavd. 3, 53 Concordia, Virtus cumque -e Pietas.

B *de* ***dictis***, *narrationibus sim.; i. q.* πιθανότης, ***probabilitas***: **1** ***generaliter:*** *de dictis vel rebus fictis (v. ex. gr. l. 66), quae ad credendum apta sunt; saepe i. q. auctoritas (hoc vocabulum haud raro cum -e coniungitur, v. ex. gr. l. 21 sqq. p. 684, 55. 82. 685, 23): de promissis sim. fere i. q. fidelitas, constantia, firmitas: posteriore aetate etiam veritatis notionem accepit (v. p. 684, 21. 22. 25)*: Gloss. veritas. Ter. Andr. 857 tristis severitas inest in voltu atque in verbis -es. Rhet. Her. 1, 8, 12 -ei . . . causa. 1, 10, 17 quae res -em abrogat orationi. 4, 23, 1 -es et gravitas et severitas oratoria (Hor. epist. 1, 1, 57 est animus tibi, sunt mores, est lingua -esque [ἓν διὰ δυοῖν, *lingua -e oratoria praedita; de viro dicit, cuius oratio -em facit; aliter Kiessling*]). Cic. inv. 1, 25 quae *suspicio* maxime orationi -em, oratori adimit auctoritatem. 1, 34 confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae -em et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio. Q. Rosc. 44 quibus abroges -em iuris iurandi. de orat. 2, 156 imminuit . . . et oratoris auctoritatem et orationis -em. 3, 104 quos *locos* ad -em orationis (*de genet. cf. p. 685, 26*) faciendam adhiberi dixit (part. 27 narratio et . . . confirmatio -em facit orationi. top. 8 argumentum . . . *esse* rationem, quae rei dubiae faciat -em. Liv. 30, 14, 2 -em criminibus . . . nuptiae . . . faciebant tamque praeceps festinatio [40, 23, 8 litterae -em Persei criminibus fecerunt]. Sen. Thy. 667 Stygis . . . unda quae facit caelo (*i. iuri iurando deorum*] -em. Cvrt. 6, 2, 17 fecerant -em rumori temere vulgato Graeci milites. Mela 1, 36 faciuntque ei fabulae aliquam -em, quod . . . celebrant. Corp. III 567 (*cf.* p. 988) 20 cui (*inscriptioni*) vetustas -em faciat). orat. 120. 209 *hoc genus orationis* tollit funditus veritatem et -em. top. 74 reliquis quoque rebus . . . interdum confirmatur -es, si aut ars quaedam adhibetur . . . aut usus. Sall. Iug. 85, 29 non possum -ei causa (*cf. p. 668, 18*) imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare. Pvblil. S 45 suspiciosus (suspicax animus *cod.*) omnium damnat -em. Lvcr. 1, 401 possum . . . -em dictis corradere nostris. 2, 479 (= 2, 523) quod quoniam docui, pergam conectere rem quae ex hoc apta -em ducat. 5, 104 dictis dabit ipsa -em res. Verg. Aen. 9, 78 prisca -es facto, sed fama perennis. 10, 791 siqua -em tanto est operi latura vetustas. 11, 511 ut fama -em missique reportant exploratores. Hor. epist. 2, 2, 10 multa -em promissa levant. ars 52 nova fictaque nuper habebunt verba -em. Prop. 3, 23, 4 *usus* non signatas (*tabellas*) iussit habere -em (*sc. eas revera poetae esse.* Liv. 2, 4, 4 datae litterae ut pignus -ei [*sc. verum, haud fictum nuntium afferri*] essent. Pavl. dig. 22, 4, 2 si contractus -es possit ostendi [*opp.* calumniosam scripturam]. Scaev. dig. 22, 3, 29, 1. 31, 89 pr. si -es epistulae relictae constaret. Firm. math. 6, 24, 7 hi scripturarum -em pro arbitrio suo falsa litterarum mutatione convertunt [1, 2, 10 mutare tabularum -em. *al.*]). Ov. am. 1, 3, 16 tu mihi, siqua -es (*sc. dicto meo*), cura perennis eris (1, 8, 11 sanguine, siqua -es, stillantia sidera vidi. 2, 6, 51 siqua -es dubiis. epist. 17, 119 siqua -es verost [Mart. 5, 19, 1 siqua -es veris]. met. 9, 55 siqua -es [*sc. verbis meis*]. Pont. 3, 5, 53. Sen. contr. 1, 1, 18 siqua est -es. 7, 6, 9. 9, 6, 19 contr. exc. 5, 1 Lvcan. 2, 550 Petron. 63, 1. 65, 1. 79, 10. Calp. ecl. 7, 56 mihi crede, Lycota, si qua -es. Stat. silv. 5, 2, 117 siqua -es dictis). Ov. am. 2, 2, 38 et veris (*Ehwald*, in verum *codd.*) falso crimine deme -em. epist. 2, 26 verba carere -e (16, 40). 12, 194 adde -em dictis. 20, 136 *mens* -em dictis (*sc. iuri iurando*) addere sola potest. ars 1, 612 est tibi agendus amans imitandaque vulnera verbis: haec tibi quaeratur qualibet arte -es. 2, 314 *ars deprensa* adiuit merito tempus in omne -em (*sc. verbis tuis*). 3, 792 arti . . . credite! praestabunt carmina nostra -em. 3, 802 effice per motum luminaque ipsa -em (*sc. gaudiis quae fingis*). rem. 290 deme veneficiis carminibusque -em. met. 11, 107 polliciti . . . -em tangendo singula temptat. fast. 4, 204 acceptam parce movere -em (*i. famam, cui -es habenda est*). 6, 609 certa -es facti. trist. 4, 5, 14 *vellem* raram famae conciliare -em. Pont. 4, 7, 6 accedet voci per te non irrita nostrae . . . -es. Liv. 1, 16, 5 consilio . . . unius hominis addita rei dicitur -es. 1, 32, 6 verbis . . . meis -es sit. 1, 54, 2 dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana accresceret -es. 3, 5, 12 difficile ad -em est (*i. difficile factu ut -es addatur narrationi; cf. vol. V p. 1090, 45*) in tam antiqua re . . . affirmare (5, 21, 9 haec ad ostentationem scaenae . . . aptiora quam ad -em [*cf.* Plin. epist. 7, 17, 3 historiam debere recitari, quae non ostentationi, sed -ei veritatique componitur]. Qvint. inst. 1, 8, 10 *oratores* veterum poemata vel ad -em causarum vel ad ornamentum eloquentiae assumunt. 4, 2, 107 ad celeritatem plurimum et ad -em confert. 7, 2, 28 minus . . . hoc ad -em valeat). 7, 6, 6 certam derogat vetustas -em (8, 18, 3 ne cui auctorum -em abrogaverim. 42, 13, 2 -em abrogarem mihi). 9, 2, 4 -em auxere captivi. 40, 29, 8 vulgatae opinioni . . . mendacio probabili accommodat⟨a⟩ -e (*sc. narrationis*). Lygd. 4, 4 desinite in votis quaerere velle -em.

6, 49. Manil. 2, 769 per partes ducenda -es (*i. vera explanatio*). Cels. 1 pr. 29 neque disputationi neque auctoritati cuiusquam -em derogari oportuisse. Sen. contr. exc. 4, 6 ignorantis -em. suas. 4, 3 ex -e scientiae. Sen. nat. 4 praef. 21 ne forte magnam historiis esse -em credas. 6, 26, 1 si Homero -es est. 7, 10, 2 -em non habet turbinem . . . pervenire. Qvint. inst. 2, 17, 15 Agnon . . . detraxit sibi inscriptione ipsa -em (Vlp. dig. 48, 18, 1, 25 nec tamen . . . detrahenda erit -es quaestionis [*dubitans recep. Momms., -oni edd., sed cf. p. 686, 36*]). 5, 10, 8 per ea quae certa sunt -em dubiis afferens. 6, 5, 9 expositionem, qua matri . . . abstulit -em. decl. 338 p. 333, 27 in voce una manserat -es (-es *fere i. q. verax loquendi ratio, cf. p. 683, 15*). Tac. Germ. 37 quorum (*castrorum*) ambitu nunc quoque metiaris . . . tam magni exitus -em. 39 -es antiquitatis religione firmatur. Plin. epist. 10, 65, 3 *scripta* et parum emendata et quaedam non certae -ei videbantur (Gell. 13, 31, 6 librum veterem -ei spectatae). paneg. 74, 3 dabat vocibus nostris -em apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Svet. Cal. 8, 5 versiculorum . . . -em eadem haec elevant. Flor. epit. 1, 12, 11 laborat annalium -es, ut Veios fuisse credamus. Gell. 1, 4, 4 ut sententiae -es salva esset. Apvl. met. 10, 7 veritatem criminum -emque probationibus certis instrui. Vlp. dig. 48, 18, 1, 4 non utique in servi unius quaestione -em rei constituendam, sed argumentis causam examinandam. Mod. dig. 44, 7, 54 cum -es facti simulatur non intercedente veritate. Avr. Vict. Caes. 33, 26 ni -es gestarum rerum obstitisset. Florent. Lucif. epist. 3 p. 321, 21 id . . . , quod in -e veri est. Amm. 21, 9, 3 *fama* mille . . . linguis rerum mire exaggerat -em. Veg. mil. 3, 26 p. 124, 17 quae nobilissimi auctores diversis probata temporibus per experimentorum -em memoriae prodiderunt. Avg. civ. 14, 2 p. 6, 21 D. cur ergo haec . . . in -e et veritate opera carnis appellat? 15, 11 p. 78, 15 derogare -em codicibus. gen. ad litt. 1, 1 p. 3, 12 secundum -em rerum gestarum. Physiogn. 74 p. 96, 4 qui cinaedi quidem certa -e (*i. re vera, opp.* speciem) sunt. Cod. Iust. 2, 4, 10 contra -em sanguinis itemque placitorum. *ut de re relata sic de homine referente*: Sall. Iug. 101, 7 magis atrocitate rei quam -e nuntii terrentur. Liv. 1, 54, 6 *nuntius* dubiae -ei videbatur. 7, 14, 5 affirmata . . . eo casu Tulli apud dictatorem -es est. 36, 38, 7 ut in numero scriptori parum -ei sit. Val. Max. 7, 4, 2 -ei . . . nuntii parum ⟨credens⟩ (*cf. p. 671, 82*). Sen. epist. 30, 9 plus . . . -ei haberet apud te (*cf. p. 686, 8*), plus ponderis, si quis revixisset et in morte nihil mali esse narraret. Plin. nat. 2, 248 alia Dionysodoro -es. Qvint. inst. 10, 1, 75 Clitarchi probatur ingenium, -es infamatur. Tac. ann. 4, 10 quae plurimis maximaeque -ei[s] auctoribus memorata sunt. 4, 34 Titus Livius, eloquentiae ac -ei praeclarus in primis. Arnob. nat. 5, 8 p. 181, 20 cum quo (*Varrone*) s⟨i⟩ stat -es.

metonymice: a narratione vel traditione, cui -es est, transfertur ad ipsam rem narratam: Stat. silv. 1, 3, 20 ipse Anien (miranda -es) infraque superque . . . ponit (*sc. res mira quidem, sed vera*). 3, 3, 21 mira -es (4, 4, 81. 5, 1, 33. Ach. 1, 880 [*cf.* Ivvenc. 1, 113 sed, pro mira -es, tabulis cum scribere temptat *eqs.*]. *cf.* Tac. ann. 6, 30 haec, mira quamquam, -em ex eo trahebant quod *eqs.*).

2 ***speciatim:*** *de teste sive testimonio*: Cic. Q. Rosc. 45 eius testis ad iudicem -em infirmabit, cuius propter -em et religionem iudicis testis compararit (-abat *codd.*). Verr. 1, 19 in testium -e. Font. 30 ille Iuppiter (*sc. Capitolinus*) cuius nomine maiores nostri vinctam testimoniorum -em esse voluerunt. Scaur. 38 venio nunc ad testis, in quibus docebo . . . nullam -em et auctoritatem esse . . . etenim -em primum ipsa tollit consensio (Sull. 10 nec testimonio -em tribui convenerit nec defensioni auctoritatem). Caecin. 3 de adversarii testium -e derogatur. part. 117 si obscuri testes erunt aut tenues, dicendum erit non esse ex fortuna -em ponderandam. Ov. am. 3, 10, 23 magna -es testi. epist. 20, 234 is quoque (*Apollo*) nescio quam . . . neclectam queritur testis habere -em (*sc. quod sibi non satis creditum sit*). Sen. benef. 6, 8, 2 veris testibus abrogavit -em. Qvint. inst. 5, 7, 8 debet enim vel fieri vel detrahi testibus -es oratione perpetua. decl. 269 p. 101, 7 non est . . . aequum comparari -em tormentorum. Ivv. 3, 144 quantum quisque sua nummorum servat in arca, tantum (*sc. testis adhibitus*) habet et -ei. *adde de auribus et oculis*: Liv. 33, 32, 7 suarum aurium -ei minimum credentes. Petron. 12, 6 cum Ascyltos timeret -em oculorum. Stat. silv. 3, 1, 8 vix oculis animoque -es. Paneg. 10 (4), 16, 1 coniectura mentium tenebamus, etsi nondum ad -em patebat oculorum. *similiter*: Garg. Mart. med. 1 quibus erat studium scrutari corpora mortuorum et valitudinum causas oculata -e recognoscere.

3 *de vaticiniis, praedictionibus sim. (cf. p. 673, 29)*: Cic. epist. 6, 6, 7 debebit habere -em nostra praedictio (*syn.* auctoritatem). Verg. Aen. 3, 434 vati si qua -es, animum si veris implet Apollo. Prop. 4, 1, 92 dixi ego . . . *eos redire non posse*, nempe meam firmant nunc duo busta -em. Ov. met. 3, 341 prima -e (*v. p. 662, 11*) vocisque ratae (*sc. oraculorum Tiresiae*) temptamina sumpsit caerula Liriope. 7, 323 promissa . . . postquam exhibuere -em. 15, 283 nisi vatibus omnis eripienda -es. fast. 4, 814 magna -es avium est: experiamur aves. Liv. 25, 12, 4 ex . . . Marcii duobus carminibus alterius post rem factam editi comprobata (*Ussing*, cum rato *P*) auctoritas eventu alteri quoque, cuius nondum tempus venerat, afferebat -em. Val. Max. 1, 8, 10 veridica Pythicae vaticinationis -es. 1, 8 ext. 8 delusa sacrarum sortium

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e. CVRT. 4,7,29 vera et salubri aestimanti ratione (aestimatione *codd., alii aliter*) -em oraculi. 6, 10, 28. MELA 1, 39 Hammonis oraculum -ei inclutae. 1, 82. LVCAN. 1, 636 fibris sit nulla -es (TAC. hist. 2, 3 certissima -es haedorum fibris). PETRON. 89, 2 vatis -es Calchantis atro dubia pendebat metu. STAT. Theb. 1, 396 mox adaperta -es (*sc. oraculi*). 1, 509 salve prisca -es tripodum (8, 176 tripodum). 5, 650 ecce -es superum. 10, 640 responsis ut plena -es (*sit.* Ach. 1, 681 responsi . . . -em). TAC. hist. 2, 78 victoriae decus implesse -em ominis videbatur. ann. 6, 37 eorum quae terra caelove portenderentur, certior -es. AMM. 15, 7, 8 fatidicarum sortium -em. CLAVD. 15, 499 certa -es caeli, sed maior Honorius auctor. *de somniis*: VAL. MAX. 1, 7 ext. 2 versu Graeco, qui -em somniorum elevat. SVET. Claud. 37, 2 quasi plane repraesentaretur somnii -es (*cf.* Nero 7, 1 -em somnio . . . fecit). TERT. anim. 46 p. 377, 19 ad -em somniorum. *al. metonymice: de oraculo, cui -es est*: LVCAN. 5, 83 ut vidit Paean vastos telluris hiatus divinam spirare -em (*i. oraculum, cui -es est*). 6, 433 *S. Pompeius noverat* umbrarum Ditisque -em. *de ipso vate*: VAL. FL. 1, 383 vates Phoebique -es non vana parentis Mopsus.

4 *de probabilitate earum rerum, quae quales esse videntur tales sunt, praecipue in philosophorum de rerum cognitione doctrinis*: CIC. ac. 1, 41 visis non omnibus adiungebat -em, sed iis solum quae *eqs.* (2, 36 iis visis, inter quae nihil interest, aequaliter omnibus abrogatur -es. div. 2, 113 auctoritatem . . . nullam debemus nec -em commenticiis rebus adiungere). ac. 1, 42 sensibus etiam -em tribuebat *Zeno* (div. 1, 5 Cratippusque . . . isdem rebus -em tribuit). 2, 19 aspectus ipse -em faciat sui iudicii. 2, 27 quae esset conclusi argumenti -es. top. 8 rationem, quae rei dubiae faciat -em. LVCR. 1, 423 cui (*i. communi sensui*) nisi prima -es fundata valebit. 4, 480 maiore -e debet reperirier illud, sponte sua veris quod possit vincere falsa. 4, 482 quid maiore -e porro quam sensus haberi debet? (4, 463 miracula . . . quae violare -em [*cf.* 4, 505 violare -em primam] quasi sensibus omnia quaerunt. GRATT. 172 quanta -es . . . et sollertia naris [*sc. canis*]). 5, 102 via qua (*sc. per visum aut per tactum*) munita -ei proxima fert humanum in pectus templaque mentis. AETNA 226 nosse -em rerum. OV. epist. 18, 200 nantem delphina per undas cernere non dubia sum mihi visa -e. met. 7, 833 indicio . . . -em negat. 15, 567 vidit enim, falsamque in imagine credens esse -em, digitis . . . quae vidit tet git. VAL. MAX. 1 praef. cetera divinitas opinione colligitur, tua praesenti -e paterno avitoque sideri par videtur. PLIN. nat. 7, 7 naturae . . . rerum vis atque maiestas in omnibus momentis -e caret, si quis modo partes eius ac non totam complectatur animo.

locutiones ad II A et B: *ea -ei notio, cuius exempla inveniuntur sub II A et B, subest his structuris*: -es est *alicui* (apud *aliquem*), -em habeo *alicui; nam huius quoque locutionis, quae sane significat i. q.* '*confidere alicui*', *genuinam vim non esse* '*fiduciam sentire erga aliquem*', *sed* '*alicui fidelitatem (vel alicui rei probabilitatem) attribuere*' *in propatulo est* (*ad structuram cf.* '*honorem alicui habere*'): **1** -es est *alicui vel alicui rei*: **a** *de animantibus* (*saepe accedit praep.* apud): PLAVT. Amph. 80 si illis -es est, quibus est ea res in manu. 555 ut tuis nulla apud te -es sit. Bacch. 570 si pergis parvam (parum *codd., v. Leo ad l.*) mihi -em arbitrarier (APVL. apol. 51 *Platoni* ego -em arbitratus). Pseud. 467 parvam esse apud te mihi -em ipse intellego (477 quom apud te parvast [parum ste *codd., cf. l. 51*] ei -es. TER. Phorm. 810 itan parvam mihi -er esse apud te [*cf.* Hec. 750 si aliud scirem qui firmare meam apud vos possem -em]). TER. Andr. 425 nullane in re esse cuiquam homini -em. Hec. 474 eo pacto maxume apud te meo erit ingenio -es. CATO ad fil. frg. 1 ut -es iis (*sc. medicis*) sit. LVCIL. 669 cui -em esse existimet. SALL. Iug. 24, 4 parum -ei miseris esse (OV. met. 9, 371 siqua -es miseris). *pendet acc. c. inf.*: TER. Haut. 571 mihi -es apud hunc est nihil me istius facturum. **b** *de rebus*: PLAVT. Capt. 893 si parva iuri iurandost -es. Merc. 378 siquidem isti dicto solida et perpetuast -es. CELS. 2, 6, 18 sed tamen medicinae -es est. LVCAN. 2, 628 ubi nulla -es rebus post terga relictis.

2 -em habere *alicui* (*nota haud raro coniungi cum verbo credendi*): **a** *animantibus*: PLAVT. Asin. 458 -em non esse huic habitam. 583 quod . . . mihi -em habere noluisset. 636 non habeam tibi -em tantam. Pseud. 899 ut mihi caverem a Pseudolo servo suo, ne -em ei haberem. TER. Andr. 586 nam propemodum habeo tibi (*codd., editores pronomen inducunt, sed dativus neque alias deest et flagitatur obiectiva vocabuli -ei vi; potius delendum* iam) iam -em. :: tandem cognosti qui siem? Haut. 1002 seni nostro -ei nihil habeo. Eun. 197 forsitan hic mihi parvam habeat -em. CIC. Caecin. 3 eis sive creditur . . . sive -es non habetur (LIV. 3, 16, 3 cui *servo* nec credere nec non credendo . . . -em abrogare satis erat tutum). Font. 15 eis, quibus neque propter iracundiam -em . . . habere debetis (*antecedit synonymum* credere). Cluent. 159 non solum sibi (*iudici*) potestatem datam, verum etiam -em habitam esse. Flacc. 60 Asiaticis testibus. off. 2, 21. 33. Tim. 38 difficile factu est a deis ortis -em non habere (*θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν*). epist. 7, 18, 1 ignavissimo cuique maximam -em habeo. CATVLL. 30, 6 eheu quid faciant, dic, homines, cuive habeant -em? CAES. Gall. 1, 41, 4 ex Gallis ei maximam -em habebat (CVRT. 4, 6, 12 cui maxima -es habebatur. 7, 5, 21). civ. 3, 71, 4. NEP. Dion 5, 6 Apollocrates, cui maximam -em uni habebat. Dat. 11, 2. LIV. 22, 22, 14 volt sibi quisque credi et habita -es ipsam plerumque obligat -em. 24, 45, 7 Altinio -ei quicquam . . . habendum. 42, 14, 3. SEN. dial. 2, 6, 2 cuius *promissi* tibi, si parum -ei habeo (*i. q. antiquiore sermone sic dicerent*: si mihi p. f. habetur), sponsorem dabo. 9, 2, 2 ut -em tibi habeas et recta ire te via credas. CVRT. 3, 13, 4 ne sibi -es habita non esset. COLVM. 2, 2, 7 Graecis camenis. QVINT. inst. 6, 3, 50 (*verba Neronis*) nulli plus apud se (*cf. p. 685, 53*) -ei haberi. AFRIC. dig. 46, 3, 39 quod *emptor et venditor* invicem parum -ei haberent. *accedit genetivus quasi obiectivus*: PLAVT. Persa 785 quia ei -em non habui argenti (*cf.* POMPON. dig. 18, 1, 19 *si* -em habuerimus emptori sine ulla satisfactione. VLP. dig. 40, 5, 4, 8 si ei -es habita fuerit promittenti sine satisdatione). CIC. Verr. 3, 131 populus, cui maximam -em suarum rerum habeat, maxima cura deligit. CAES. Gall. 1, 19, 3 cui summam omnium rerum -em habebat (*cf.* 6, 23, 8 omniumque his rerum postea -es derogatur). *accedit* in *c. abl.* (*sc. cum -ei notio ea sit, de qua v. caput alterum III 1 a, p. 689, 45*): HIER. in Matth. 13, 12 p. 87[A] apostolis in Christo habentibus -em (*seq.*: Iudaeis . . . qui non crediderunt in filium dei). PASS. Tarach. 8 -em et caritatem, quam habemus in domino (*τὴν εἰς θεὸν πίστιν καὶ εὔνοιαν*). in *c. acc.*: VVLG. sap. 1, 2 eis qui -em habent in illum (*τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ*). **b** *rebus*: PLAVT. Bacch. 629 criminin me habuisse -em? TER. Hec. 871 dixit iure iurando meo se -em habuisse. RHET. Her. 2, 8, 12 ei rumori nos -em habere (*opp.* argumentando famae -em poterimus abrogare). 4, 12, 18 ei rationi. CIC. inv. 1, 71 eorum orationi -em habere non debemus. Verr. 6, 148 -es huic defensioni non haberetur. Rab. Post. 20 si defensioni Gabini -em non habes. div. 2, 122 insanorum visis -es non est habenda. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 3 ipsa chirographa omnia, et quibus credidi et ea quibus -em non habendam putavi . . . dabo. LVCR. 4, 498 aequa -es quoniam debebit semper haberi (*sc. sensibus*). LIV. 3, 40, 14 sin -es et nuntiis et legatis habeatur. 22, 1, 13 prodigiis. SEN. Herc. O. 1745 vix habent flammae -em. epist. 104, 10 ne tutis quidem habebitur -es consternata semel mente. LVCAN. 7, 139 nec gladiis habuere -em. QVINT. inst. 3, 5, 10 testibus an argumentis maior -es habenda? decl. 351 p. 381, 10 fabulis. TAC. ann. 6, 9 ficto habita -es. *accedit genet.*(*?*): PAVL. dig. 3, 2, 21 -e non habita testationis (*dubitans recep. Momms.*, -oni *edd., cf. p. 684, 8*). *pendet enuntiatum* (*de -ei notione v. caput alterum III*): VVLG. act. 14, 9 quia -em haberet, ut salvus fieret (*ὅτι ἔχει πίστιν τοῦ σωθῆναι*).

posteriore aetate, cum -em habere *iam non satis intellegeretur, interdum eadem vi ac structura* -em adhibere *usurpatur* (*longe aliter ex. gr.* PLAVT. Rud. 1043 si *arbiter* adhibebit -em. *v. p. 675, 14*). ***huius locutionis ratio cognosci potest e verbis Augustini p. 662, 63 exscriptis.*** VLP. dig. 48, 18, 1 pr. neque adeo -em quaestioni adhibendam. 48, 18, 1, 23. RVFIN. hist. 6, 9, 1 ex quo ceteris, quae de eo narrantur, merito -es possit adhiberi. AVG. civ. 18, 10 p. 267, 19 D. fabulosis adversus deos . . . figmentis. SVLP. SEV. Mart. 1, 9 ut -em dictis adhibeant. 11, 2. 23, 3 (*dativo non adiecto*). ROMVL. fab. Aesop. 89 pr. Th. malo homini nunquam -es adhibenda est. MART. CAP. 5, 473 quibus *argumentis* . . . -es valeat adhiberi.

opp.: -em abrogare (*ex. gr.* PLAVT. Trin. 1048 illis quoque abrogant etiam -em, qui nil meriti; *cf. sub II B 1, p. 683, 17. 23 et vol. I p. 137, 19 sqq. 139, 28*), derogare (*cf. vol. V p. 639, 57 sqq.*).

caput alterum

FIDES EST ACTIO SIVE FACVLTAS CONFIDENDI

praeter locutionem '-em facio orationi' *sim. (i.* '*orationi probabilitatem addo*'; *v. p. 683, 26) dicitur etiam, et saepius quidem, levi quadam improprietate sermonis* '-em facio auditori', *i.* '*eum induco, ut mihi credat*'. *illam priorem tantum notionem nativo vocabuli -ei sensui (cuius exempla in capite priore invenias) respondere apparet, contra hanc alteram vim, qua -es idem vult quod credendi sive confidendi actio vel facultas, ex hac demum iunctura* ('-em facio *alicui*') *fluxisse nobis persuasum est.* *nota iuncturam* -em facio *primum usurpari in doctrina rhetorica* (RHET. Her., CIC.), *deinde etiam a* CAES. (*quater*), *merum vocabulum -ei ea vi qua τὸ πιστεύειν a Cicerone ibi tantum adhiberi, ubi de artis oratoriae effectu disputat, sc. tamquam t. t. (v. p. 687, 56 sqq.), Caesari deesse, latiore sensu primum apud poetas aevi Augustei (v. p. 687, 62. 77 al.) inveniri.*

I -em facio (*nonnumquam pendet genetivus obiectivus, ex. gr. p. 687, 14. 18. 19. 22. 24; dativus saepe deest*): RHET. Her. 1, 6, 10 si persuasus auditor fuerit, id est si oratio adversariorum fecerit -em auditoribus. *ibid.* quibus rebus -es fieri soleat. *ibid.* si -em factam putabimus. 1, 9, 16. CIC. inv. 1, 25 sin oratio adversariorum -em videbitur auditoribus fecisse (*haec anaphora est verborum* [23]: *si* ab iis qui ante dixerunt iam quiddam auditori persuasum videtur. part. 5 quem ad modum -em faciat iis, quibus velit persuadere). Catil. 3, 4 quoniam auribus vestris . . . minorem -em faceret oratio mea (Brut. 187 credit eis quae dicuntur qui audit oratorem, vera putat assentitur probat, -em facit oratio). Pis. 59 dices . . ., ut es homo factus ad persuadendum . . . non facies -em scilicet, cum haec disputabis (Brut. 197 haec et multa eiusmodi dicens -em faciebat. part. 5 quibus rebus -es fit?). Scaur. 40 -em maiorem varietas ipsa faciebat. Mil. 66

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vita talis . . . viri -em non faciebat. part. 40 maximam . . . -em facit ad similitudinem veri primum exemplum, deinde introducta rei similitudo. top. 74 facit enim necessitas -em (SALL. Iug. 24, 9 miseria mea -em verbis faceret). Att. 16, 8, 2. de orat. 2, 121 ad eas tris res, quae ad -em faciendam (*haec genuina collocatio verborum, cf.* 3, 104 Brut. 142 part. 71 top. 73. 77 off. 2, 34 *init.* LIV. 33, 41, 5 FRONTIN. strat. 2, 5, 27) solae valent. part. 5 ad faciendam -em (*in clausula, cf.* 33 top. 73. 78. off. 2, 34 *med. bis* QVINT. inst. 5, 8, 1). CAES. Gall. 5, 41, 4 addunt etiam de Sabini morte; Ambiorigem ostentant -ei faciendae causa. civ. 2, 37, 1 nuntiabantur haec eadem Curioni, sed aliquamdiu -es fieri non poterat. 3, 101, 7 de proelio . . . cognitum est, ut ipsis Pompeianis -es fieret; nam ante id tempus fingi a legatis . . . arbitrabantur. Ov. met. 6, 566 lacrimae fecere -em (*sc. fictae narrationi*). LIV. 1, 16, 8 facta -e immortalitatis (*Romuli*). 21, 47, 5 ea peritis amnis eius vix -em fecerint. 22, 41, 9 crebri relicti in castris ignes, ut -es fieret. 26, 50, 5 *cum* forma (*virginis*) faceret -em. 39, 49, 7 tandem facta -es. SEN. contr. exc. 4, 6 nulli -em facit. SEN. dial. 3, 20, 7 facient magnitudinis -em. epist. 41, 3 illa proceritas silvae . . . -em tibi numinis faciet (facit et *codd.*). CVRT. 10, 2, 11 tum demum -e facta professi sunt (professio est *codd., receper. editores sensum corrumpentes interpolatione* ⟨cum⟩ -e). FRONTIN. strat. 2, 13, 7 -em . . . stativorum fecit. PLIN. epist. 9, 21, 1 fecit mihi -em paenitentiae. HIER. epist. 54, 8, 3 *pudicitia* sine . . . continentia et parcitate -em sui facere non potest. AVG. civ. 10, 32 p. 459, 32 D. ad eorum -em faciendam, quae mortalium sensibus non poterant intimari. *pendet acc. c. inf.*: CIC. inv. 1, 39 quae iam diu gesta et a memoria nostra remota tamen faciant -em vere esse tradita. leg. agr. 2, 22 fac -em te . . . quaerere. ad Q. fr. 2, 5, 3 -em mihi faciebat se velle nobis placere. BALB. et OPP. Cic. Att. 9, 7ᵃ, 2 tibi -em faciemus nos ea suadere, quae *eqs.* CAES. Gall. 6, 41, 2 ut . . . -em non faceret adesse . . . Caesarem. NEP. Ages. 8, 3 his quaerentibus Agesilaum vix -es facta est unum esse ex iis, qui *eqs.* LIV. 25, 8, 6 ut -em popularibus facerent praedandi causa se urbe egressos. 25, 38, 2 vel mea . . . pietas vel . . . fortuna -em cuivis facere potest mihi hoc imperium . . . sollicitum esse. 26, 19, 6 hic mos . . . vulgatae opinioni -em apud quosdam fecit stirpis eum divinae virum esse (33, 28, 8 multa . . . probabiliter argumentatur, quibus -em apud quosdam fecit numquam . . . oblaturum se multitudini). 30, 28, 5 quas *res* vix -es fiat homines passos. SEN. dial. 5, 41, 3 aequalitas vitae -em fecit non segnitiem illam animi esse. epist. 112, 4. TAC. Agr. 11 Silurum colorati vultus torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos . . . eas . . . sedes occupasse -em faciunt. *structura notanda:* LIV. 33, 31, 9 si -em (*i. confidentiam*) facere ad liberandam Graeciam *vellent* (*cf.* LVCAN. 1, 467 ut immensae . . . vires audendi maiora -em fecere).

II ***generaliter:*** *i. q. actio vel facultas credendi sive confidendi* (*cum Romani actionem credendi, quae ad iudicium de veritate rerum pertinet* [ʻglauben'], *ab actione confidendi, quae magis ad securitatem spectat* [ʻvertrauen'], *minus accurate distinguant quam nos solemus, hic quoque utramque significationem misceri non est quod mireris. in plerisque igitur exemplis sive duplicem illam sive credendi notionem invenies; nonnumquam tamen eminet confidendi vis* [*ex. gr. infra l. 66. p. 688, 58. 62. 68. 76 sq.*]). *haud raro a vocabulo -ei pendet genetivus quasi obiectivus, cuius tamen ratio grammatica in diversis exemplis varia est, v. infra l. 79. p. 688, 41 sqq. 64. 74. 75. 80.* GLOSS. fiducia. CIC. part. 9 -es est firma opinio (BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 950ᴰ *videtur esse* -es opinio vehemens), motus autem animi incitatio. *ibid.* est in proposito finis -es, in causa -es et motus. 13. 15 firmamenta ad -em posita. 27 ad -em quoque vel plurimum valet. 53 est igitur amplificatio gravior quaedam affirmatio, quae . . . conciliet in dicendo -em. 55 illa quae dicta sunt ad -em. orat. 208 non vereatur (*auditor*) ne compositae orationis insidiis sua -es attemptetur. VERG. Aen. 4, 12 credo equidem, nec vana -es (SIL. 3, 17 nec cassa -es. *utrumque poetam imitatus* SYMM. epist. 1, 15, 2 credo plane, nec -es cassa est, rhetorum hanc esse prosapiam), genus esse deorum *Aeneam.* 9, 278 tibi maxima rerum verborumque -es (*i. fiducia.* LIV. 29, 6, 6 -emque sibi rerum omnium inter Carthaginienses esse. VITR. 6 praef. 6 *i. viris bonis* tantarum rerum -ei pecuniae [-ei *tamquam genet. qualitatis apposit. ad* pecuniae] sine dubitatione permitterentur). HOR. epist. 1, 17, 57 uti mox nulla -es damnis verisque doloribus assit. 1, 18, 17 ut non sit mihi prima -es? PROP. 3, 13, 61 certa loquor, sed nulla -es (Ov. epist. 15, 60 vera loquor veri [*Heins.*, vero *codd.*] vix habitura -em. PHAEDR. 1, 10, 2 etiam si verum dicit, amittit -em). Ov. epist. 6, 38 alternant spesque timorque -em (6, 30 vix mihi teste deo credita vita tuast). 16, 130 nec tu succense nimium mihi creditus aegre: tarda solet magnis rebus inesse -es. ars 3, 674 efficite . . . ut nos credamus amari: prona venit cupidis in sua vota -es. met. 3, 106 inde — -e maius — glaebae coepere moveri (3, 660 *iuro* tam me tibi vera referre, quam veri maiora -e [*i. facultate credendi ea vera esse; genet. obi.* veri *pendet a* -e, *cf. l. 72.* trist. 4, 1, 66 vera quidem, veri (vidi *codd. plerique*, vera *Marc.*) sed graviora -e. SEN. epist. 94, 46 -es veri et fiducia. QVINT. inst. 9, 2, 19 -em veritatis]. 4, 394 resque -e maior. 7, 648 speque -eque . . . maiora videbis. 12, 545. 13, 651. fast. 2, 113 [*cf.* Pont. 4, 10, 36 qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicunt; quam miser est qui fert asperiora -e]. VELL. 2, 41, 1 animo super humanam et naturam et -em evectus [2, 130, 1. PLIN. nat. 34, 38 evecta supra humanam -em ars est. VELL. 2, 51, 3 excedente humanam -em temeritate. 2, 56, 1. VAL. MAX. 3, 2, 24 ultra -em veri excedere. 5, 7 ext. 2 SEN. epist. 97, 3. 114, 1. CVRT. 3, 13, 11 incredibili et -em excedente fortuna. 5, 6, 8. SVET. Claud. 29, 3 illud omnem -em excesserit]. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 10 supra -em atque opinionem. QVINT. inst. 2, 10, 5 haec supra -em et poetica . . . themata [decl. 388 p. 441, 9 supra -em. AVG. civ. 3, 17 p. 124, 6 D.]. 8, 6, 73 quamvis est . . . omnis hyperbole ultra -em. SVET. Iul. 57 laboris ultra -em patiens. GELL. 3, 16, 23 extra -em esse videri potest. 10, 18, 1 ultra . . . affectionis humanae -em). Ov. met. 7, 166 excessitque -em meritorum summa tuorum. 9, 706 -emque res habuit (*i. credita est.* trist. 1, 5, 50 multaque credibili tulimus maiora ratamque, quamvis acciderint, non habitura -em [*cf. p. 687, 72*]. 3, 10, 36 vix equidem credar, sed cum sint praemia falsi nulla, ratam debet testis habere -em. LIV. 2, 10, 11 rem ausus plus famae habituram ad posteros quam -ei. 8, 27, 10 repentina res quia quam causam nullam tam ne -em quidem habebat. SEN. contr. 1, 7, 15 non habiturum -em, si negasset. SEN. epist. 110, 5 res falsa et inanis habet adhuc -em, quia non coarguitur. SCRIB. LARG. 122 *medicamentum* primo tempore ne -em quidem habet. PETRON. 97, 9 ut -em haberent fictae preces. QVINT. inst. 4, 2, 93 non est habiturus in negando -em). Ov. met. 9, 792 nec timida gaudete -e. 10, 302 desit in hac mihi parte -es nec credite factum. fast. 2, 498 haesissetque animis forsitan illa -es. 3, 662 nec a veri dissidet illa *fama* -e. trist. 4, 3, 14 deque -e certa (*i. fideli uxoris animo*) sit tibi certa -es (*similem in modum vocabulo et obiectiva et subiectiva vi in eodem versu posito ludit* MANIL., *v. supra p. 672, 72*). Pont. 3, 7, 24 bene desperare salutem seque semel vera scire perisse -e. LIV. 1, 15, 6 quorum (*i. rerum gestarum Romuli*) nihil absonum -ei divinae originis divinitatisque post mortem creditae fuit. 1, 16, 8 mirum quantum illi viro nuntianti haec -es fuerit (3, 43, 6 -es nuntiantibus fuit. 21, 35, 4). 2, 41, 11 invenio apud quosdam, idque propius -em est (*cf.* ultra, supra -em; *l. 4. 7 sqq. 10*), . . . diem dictam (4, 17, 5 propius est -em . . . populum . . . voluisse). 3, 10, 6 bovem locutam, cui rei priore anno -es non fuerat, creditum. 8, 24, 15 ultra humanarum irarum (*gen. obi.*) -em. 9, 36, 6 abhorrebat ab -e quemquam . . . intraturum. 10, 30, 4 superiecere quidam augendo -em. 21, 28, 6 magis constat ratibus traiectos; id . . . acta re ad -em pronius est (*cf.* PLIN. nat. 5, 12 haut alio -ei proniore lapsu quam ubi falsae rei gravis auctor existit). 23, 12, 1 ad -em . . . tam laetarum rerum (*eandem rem narrans* VAL. MAX. 7, 2 ext. 16 inque tanti successus -em. LIV. 26, 24, 2 in -em in Italia ⟨Sicilia⟩que rerum secundarum. 38, 51, 1 ad -em praesentium criminum. 38, 58, 12 ad criminis -em. FRONTIN. strat. 1, 5, 17 ad -em remanentium. 1, 11, 2 ad eius rei -em. 2, 7, 7 in -em eius rei. SVET. Nero 1, 1 in -em maiestatis. MIN. FEL. 21, 9 *reges* consecrantur non ad -em numinis). 24, 1, 6 Bruttiis . . . nullius rei primo -es est. 24, 32, 1 huic non aput volgum modo -es fuit, set senatum quoque . . . movit. 27, 50, 7 ipsa celeritas -em impediebat (*syn.* satis credere). GRATT. 401 non illa metus solacia falsi tam longam traxere -em (*cf. infra l. 69*). MANIL. 4, 911 hinc (huic *codd.*) in tanta -em petimus, quam saepe volucres accipiunt. 5, 638 hic stadium fraudare -e (*Bentl.*, -em *codd.*) *poterit* (*sc. -e spectatorum*). RVT. LVP. 2, 18 non -es, sed odium iudicum consequatur (*sc. παῤῥησίαν oratoris*). VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 veritas -e caruit (PLIN. nat. 16, 6 alia omittantur -e caritura. 25, 14 *al.*). 8, 1 absol. 3 defensionis praesidia invalida -e nitebantur. 9, 13, 3 o iurandi stolidam -em! 9, 13 ext. 2 *Masinissa* parum -ei (*i. fiduciae*) in pectoribus hominum reponens. MELA 1, 32 si -em res capit (2, 31 capit opinio -em, quia *eqs.* [= SOL. 11, 33 opinio in eo -em concipit, quod]. GELL. 3, 17 tit. pretiis -em non capientibus. ARNOB. nat. 2, 22 p. 66, 1 capiatne res -em. PS. QVINT. decl. 17, 10 -em non capit, ut *eqs.*). 3, 49 propriarum rerum -em. SEN. apocol. 15 *tali* decepere -em. Herc. f. 316 prona est timoris semper in peius -es. 651 vix adhuc certa est -es vitalis aurae. Phaedr. 826 quaerit crine lacerato -em (benef. 7, 30, 2 cum magnitudine mendacii -em quaerat). Tro. 169 vix capiunt *monstra* -em. OCTAVIA 275 utinam *fama* falso credita perdat . . . -em. SEN. dial. 12, 12, 5 *Caesar* rectorem Romano imperio filium longa -e (*i. fiducia*) approbet. nat. 2, 34, 3 fulminis ictus . . . ad se -em traxit (*cf. l. 51*). epist. 76, 25 contra -em est feliciores esse liberis et in universum datis clausas et obsessas (*animas*). 92, 20 quid tam extra -em quam esse aliquam vitam nec appetendam nec fugiendam? LVCAN. 8, 870 veniet felicior aetas, qua sit nulla -es saxum monstrantibus illud. 9, 204 olim vera -es Sulla Marioque receptis libertatis obit, Pompeio rebus adempto nunc et ficta perit. 9, 1063 acquisitque -em simulati fronte doloris. PETRON. 89, 22 ictusque resilit et dolis addit -em. PLIN. nat. 10, 7 secura caeli -e. 10, 136 nec Sirenes impetraverint -em (QVINT. decl. 377 p. 418, 18 quaedam crimina ipsa magnitudine -em non impetrant). 28, 10 viritim sapientissimi cuiusque respuit -es. VAL. FL. 4, 541 siqua -es curae superum. STAT. silv. 3, 81 laesi . . . -es reditura (*ἐναλλαγή*) sereni. Theb. 2, 695 fata monentem privavere -e. 3, 239 adde (*cf.* 3, 236 ipse dedi) -em (*i. fac, ut homines Tydeo credant*). 3, 343 prona -es populis. deus omnia credere suadet armipotens. 8, 257 necdum tota -es (*i. necdum plane credere audet*). 9, 37 cunctata -es (*sequitur* credi). 9, 338

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ire putes clipeo fluctusque secare iuvencum: adiuvat unda -em pelago nec discolor amnis. QVINT. inst. 4, 2, 119 credit facilius, quae audienti iucunda sunt, et voluptate ad -em ducitur. 5, 13, 51 quae statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis praeparationibus -em perdunt (*saepius in* inst. decl. 328 p. 289, 24 propter hoc ipsum perdam necesse est -em, quod mihi dicere licet quidquid voluero). 8, 3, 75 utilia ... ad conciliandam -em. 9, 2, 30 a -e non abhorreant. *al.* IVV. 6, 560 inde -es artis (*Chaldaeorum. de eadem re* TAC. ann. 6, 22 ita corrumpi -em artis). TAC. Agr. 1 nec id (*sc. suam vitam narrare*) Rutilio et Scauro citra -em aut obtrectationi fuit. Germ. 3 ex ingenio suo quisque demat vel addat -em. ann. 1, 70 -es salutis (15, 58 quo -em inscitiae pararet. *al.*). 4, 59 cum -e audiebatur *Seianus a Tiberio*. PLIN. epist. 3, 14, 2 -em peractae mortis implevit. APVL. Socr. 14 p. 148 religionum ... observationibus et ... suppliciis -es impertienda est (PS. APVL. herm. p. 276 -emque illis ex se impertiant). TERT. nat. 1, 7 p. 68, 16 ad mali -em opportuni estis. adv. Marc. 4, 2 p. 427, 2 *euangelio* -em dedit (*i. q. habuit, saepius sic* -em dare *apud Christianos*). AMM. 31, 4, 4 pubescente iam -e gestorum. AVG. civ. 15, 13 p. 83, 33 D. ne homines tamdiu vixisse recipere in -em nollent. *nota*: VIRG. gramm. epit. 7 p. 58, 13 quidam quidem hoc in -e (fine *al.*) habent, quod ... vocetur.

pendet acc. c. inf.: LIV. 3, 10, 11 quia ... Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse iam -es abierit. MANIL. 1, 729 an melius manet illa -es ... equos ... isse. LVCAN. 2, 186 vix erit ulla -es tam saevi criminis unum tot poenas cepisse caput. 10, 219 vana -es veterum Nilo ... Aethiopum prodesse nives. PLIN. nat. 37, 153 si modo est -es praesagire eas habitum maris. STAT. Theb. 7, 578 ipsumque -es intrasse Lyaeum. 11, 215 nec te vana -es iterum Cadmeia adeptum conubia *eqs.* TAC. Germ. 45 quo (*mari*) cingi cludique terrarum orbem hinc -es, quod *eqs.* SVET. Vesp. 7, 3 cum vix -es esset ... rem successuram. CLAVD. carm. min. 26, 80 non sine consilio (*te*) currere certa -es.

speciali quadam notione significat credendi continuam actionem, consuetudinem, fit fere i. q. fama, memoria, traditio (*cf. capitis prioris I B 3 b, p. 672, 13*): SIL. 14, 351 non illum (*Archimeden*) mundi numerasse capacis harenas una (vana ς) -es. STAT. Theb. 2, 269 Lemnius haec, ut prisca -es, ... struxerat. MART. epigr. 6[b], 3 prisca -es taceat. SOL. 33, 13 *Phoenicis* vita magni anni fieri conversionem rata -es est inter auctores. HIL. in Matth. 15, 3 fuisse ... penes Israel proselytorum plebem -es certa est. AVIEN. orb. terr. 1117 vera -es illic ... disrupisse Iovem *eqs.* ora 256 eamque pridem, influxa (*cf. p. 676, 18*) et est satis (influxe satis est *codd.*) -es, tenuere Cempsi. SEDVL. carm. pasch. 1, 93 indicio est antiqua -es.

III ***speciatim:*** -es *Christiana* (*hic pro exilitate schedularum pauca tantum et casu selecta exempla praebemus*): **A** *proprie*: **1** *generaliter, i. q. actio sive facultas credendi in deum religionisque Christianae doctrinas, etiam credulitas* (*cf.* AVG. grat. 14, 28 de -e, hoc est de voluntate credentis. ISID. diff. 1, 486 -es est credulitas, qua deum confitemur. orig. 8, 2, 4 -es est qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus): MIN. FEL. 27, 7 prout -es patientis adiuvat. 31, 8 consortes -ei. TERT. spect. 30 haec ... quodammodo habemus per -em spiritu imaginante repraesentata. idol. 7 zelus -ei. 11 *cupiditate* quidam irretiti circa -em naufragium sunt passi. scorp. 1 p. 145, 7 cum ... -es aestuat (*sc. propter haereticos*) et ecclesia exuritur de figura rubi. p. 146, 9 infirmitas ... sauciatam -em vel in haeresin vel in saeculum expirat. 7 p. 159, 15 per martyria -ei examinatoria. orat. 2 p. 181, 21 -em commendamus (*i. credendi in deum vim atque facultatem*). 29 p. 199, 29 oratio murus est -ei. bapt. 13 p. 212, 25 fuerit salus retro per -em nudam ante domini passionem et resurrectionem; at ubi -es aucta est credendo (-ndi *cod.*) in nativitatem passionem resurrectionemque eius. adv. Prax. 16 ut nobis -em sterneret, ut facilius crederemus ... descendisse. adv. Marc. 1, 2 neque mens vel -es bona malas edat operas neque mala bonas. 4, 4 in primo calore -ei. 5, 11 cum transierit in -em Christi (VVLG. Rom. 3, 22 per -em Iesu Christi. *al.*). praescr. 36 inde *ecclesia Romana* potat -em; eam aqua signat, sancto spiritu vestit, eucharistia pascit. ITALA cant. 4, 8 (Cypr. epist. 75, 14) pertransibis a principio -ei (LXX *ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως textus hebraici* אֱמוּנָה *falso pro appellativo interpretati; recte* VVLG. de capite Amana). HIL. trin. 7, 2 dei ex deo -em. PACIAN. sim. carn. p. 110, 21 cum haec opinio etiam -em deitatis excludat. VVLG. Matth. 8, 26 quid timidi estis, modicae -ei? (*ὀλιγόπιστοι.* 14, 31 *al. cf.* Luc. 12, 28 vos pusillae -ei). act. 20, 21 -em in dominum nostrum Iesum Christum. *al.* Rom. 11, 20 tu autem -e stas (*i. per -em*; *σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας*). Eph. 6, 16 scutum -ei (*saepe laudatur ab ECCL.*). Col. 1, 4 -em vestram in Christo Iesu (PASS. Thom. p. 150, 17 -es quae est in domino meo Iesu Christo). I Thess. 1, 8 -es vestra quae est ad deum (*ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεόν*). Hebr. 6, 1 -ei ad deum (*πίστεως ἐπὶ θεόν*). 11, 1 est ... -es sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. 11, 3 -e intellegimus aptata esse saecula verbo dei (*cf. totum hoc epistulae caput*). AVG. civ. 8, 24 p. 359, 10 D. -es redarguit incredulitatem. *cf.* p. 359, 34. **2** *speciatim: religionis Christianae confessio*: ISID. diff. 2, 139 -es est divinitatis confessio et religionis solidum fundamentum. TERT. spect. 4 p. 6, 3 cum aquam ingressi Christianam -em in legis suae verba profitemur. 24 p. 24, 14 in signaculo -ei. idol. 12 p. 42, 32 post -em obsignatam (bapt. 6 p. 206, 20 -es ... obsignata in Patre et Filio et Spiritu sancto). HIL. ad Const. 2, 4 post confessam et iuratam in baptismo -em 'in nomine patris et filii et spiritus sancti'. PRISCILL. tract. 2, 41 p. 34, 3 catholica -es dati per deum symboli. *i. q. ipsa verba confessionis* ('*credo in unum deum*' *eqs.*): HIL. syn. 54 in principio hoc -es ipsa exposuit. LVCIF. Athan. 2, 11 p. 167, 16 clamet sanctae ecclesiae -es credere se in deum verum patrem innatum *eqs.* PS. AVG. quaest. test. 97, 19 p. 184, 11 *Paulus apostolus* praeterito ordine, qui in traditione -ei est, ab spiritu sancto incipit. *inde scripta formula confessionis*: EPIST. pontif. 235 Migne 13, 356[A] (*a. 380*) -em misimus, non tam tibi, qui eiusdem -ei communionem sociaris, quam his, qui in ea subscribentem (*malim* -tes) tibi ... voluerint sociari (*cf.* HIER. epist. 17, 3, 1 cotidie exposcor -em ... confiteor ut volunt: non placet. subscribo: non credunt). HIER. epist. 17, 4 sancto Cyrillo dedi conscriptam -em. SVLP. SEV. chron. 2, 35, 4 -es plena conscribitur. 2, 43, 3. LIB. pontif. p. 141, 8 misit -em suam scripto cyrografo proprio ad sedem apostolicam. *de variis theologorum vel sectarum Christianarum doctrinis confessionibusque*: HIL. syn. 33 ceteras ... episcoporum orientalium diversis et locis et temporibus conscriptas -es. c. Const. 23 post ... -em synodi Nicaenae. *sim. passim.* op. hist. frg. 2, 1 -em rectam et catholicam. 2, 6 recta -es (2, 7 *al.*). HIER. epist. 15, 3, 1 post Nicenam -em (CARM. epigr. 787, 31 Nicena -es elata triumphat). in Ier. 1, 70 p. 52, 14 qui veram sectantur -em et habitant in ecclesia. CLAVD. MAM. anim. p. 59, 13 perditorum quorumpiam -es.

B ***translate:*** **1** *i. q. secta, communio fidelium, ecclesia Christiana*: TERT. idol. 9 p. 39, 8 Simon Magus iamiam fidelis ... maledictus ab apostolis de -e eiectus est. 11 p. 42, 12 si publicarum victimarum redemptor ad -em accedat (*cf. in proximis verbis*: retinendum in ecclesia). 19 p. 53, 13 an fidelis ad militiam converti possit et an militia ad -em admitti. scorp. 15 p. 178, 11 orientem -em Romae primus Nero cruentavit. **2** *i. q. receptio in communionem Christianam per baptismum facta* (*cf. supra l. 3*): TERT. monog. 11 p. 779 Oehl. post -em (*i. postquam Christianus factus est*). *ibid.* ante -em. *ibid.* maritus ... qui est a -e primus. pudic. 1 p. 222, 3 nec secundas quidem post -em nuptias permittitur nosse. 17 p. 256, 16 non derelinquere dominum post -em. *al.* 18 p. 261, 13 ante -em ... ante baptisma. CYPR. testim. 3, 11 tit. eum qui -em consecutus est. AVG. epist. 108, 1 eis -em quam postulaverint dare. *ibid.* nec tamen ei das quam postulat -em. *al.* *contra* -es pagana *appellatur condicio hominis, antequam in communionem Christianam receptus est*: TERT. coron. 11 p. 445, 1 *militibus baptizatis* perpetiendum pro deo, quod aeque -es pagana condixit.

3 *i. q. trinitas* (*additur etiam* trina): HIL. in Matth. 13, 6 ad -ei sacramentum (*ubi Migne adnotat: 'obiter observare licet mysterium trinitatis ab Hilario* sacramentum -ei *nuncupari: ut quos de hoc mysterio libros conscripsit, aliis* de -e, *aliis* de trinitate *inscribere vere licuerit'. haec notio illius iuncturae vulgaris quidem non est, cf. ex. gr.* TERT. patient. 12 p. 19, 12 adv. Marc. 1, 28 p. 329, 28). AVSON. 317, 22 trina -es auctore uno. CARM. epigr. 706, 9 quisque -em trinam confessus dogmate vero. SEDVL. carm. pasch. 1, 324 iste (*Arrius*) -em ternam, hic (*Sabellius*) non amplectitur unam.

iuncturae selectae: *verbales*: -es *subi. est*: extat: *v. p. 671, 29. 672, 83.* vacillat: CHAR. dig. 22, 5, 1 MOD. dig. 48, 10, 27, 1. -es *obi. est*: abrogare: *v. vol. I p. 137, 19 sqq.* accipere: *v. p. 669, 31. 671, 38.* accommodare: *i. q. dare: saepius apud ICTOS.* *i. q. -em habere*: LIV. 40, 29, 8 QVEROL. p. 4, 11. HIER. epist. 61, 1, 1 vivo sermoni. RVFIN. Adamant. 4, 2 tragoediis gentilium (*ταῖς τραγῳδίαις πιστεύειν*). hist. 5, 18, 9. accusare: *v. vol. I p. 353, 36.* addere: *v. p. 672, 81. 673, 10. 688, 76. 688, 81. 689, 11.* adhibere: *v. p. 686, 41. cf. vol. I p. 645, 20 sqq. 648, 64.* astringere: TER. Eun. 102 CIC. off. 3, 111 SEN. Med. 145 Oed. 804 FRONTIN. strat. 2, 11, 7. *de ICTORUM usu v. vol. II p. 963, 77 sqq.* colere: *v. vol. III p. 1676, 84 sqq.* complecti: CIC. Balb. 63. constringere: CIC. Balb. 12. damnare: CVRT. 3, 6, 6. 5, 12, 4. 6, 4, 9. 10, 9, 15 LVCAN. 8, 127 PLIN. nat. 25, 25. dare: *v. p. 669, 7. 670, 37. 671, 38.* decipere: SEN. suas. 7, 9 VAL. MAX. 6, 6, 4. demere: *v. vol. V p. 497, 7. 43 sqq.* derogare: *v. vol. V p. 639, 57 sqq.* detrahere: *v. vol. V p. 827, 15 sqq.* eligere: *v. p. 678, 60.* exercere: SEN. benef. 6, 35, 1. exhibere: PHAEDR. 3 epil. 9 CVRT. 5, 12, 11 COLVM. 9, 1, 7 PAPIN. dig. 19, 5, 1, 2 VLP. dig. 50, 13, 1, 10. experiri: PLAVT. Capt. 349 LIV. 30, 12, 16. 45, 8, 4 VAL. MAX. 6, 8, 5 CVRT. 8, 2, 27. explere: LIV. 23, 20, 6 MAECIAN. dig. 12, 6, 62. explicare: *v. p. 670, 32.* exuere: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 55 SIL. 15, 567 TAC. ann. 1, 35. 12, 14. fallere: *v. p. 185, 22 sqq.* firmare: *v. p. 669, 69. adde* TER. Hec. 581 LIV. 23, 34, 2. 42, 5, 12 CVRT. 8, 13, 1 TAC. Germ. 39 SVET. rhet. 25. frangere: ACC. trag. 227 CIC. Q. Rosc. 16 VLP. dig. 2, 4, 10, 1. 16, 3, 1, 4 PAPIN. dig. 13, 5, 25 AVG. civ. 3, 20 *al.* fraudare: HYG. fab. 219 p. 129, 11. gerere: PLAVT. Capt. 439 fluxam. LIV. 8, 24, 6 mutabilem. impetrare: *v. p. 688, 77.* implere: VLP. dig. 17, 1, 29, 6. 19, 2, 19, 9 *et saepius apud ICTOS.* AMM. 23, 5, 11. infirmare: CIC. Q. Rosc. 45 Att. 15, 26, 1. interponere: *v. p. 667, 75. 669, 19. 678, 51. 58.* iungere: STAT. Theb. 12, 378. labefactare: LIV. 24, 20, 15 (*cf.* 27, 1, 5 labare ... -em senserat). TAC. ann. 13, 21 SVET. Vesp. 4, 3 TERT. bapt. 2 p. 201, 17. laedere: *v. p. 670, 16* HOR. carm. 1, 33, 4. liberare: *v. p. 668, 2.* movere: LIV. 35, 33, 4.

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mutare: *v. p. 669, 71* Liv. 23, 17, 6. 24, 6, 6. 28, 13, 2. 28, 44, 6 Tac. hist. 1, 75 *et passim.* obligare: Cic. Phil. 5, 51 Liv. 29, 16, 2. 30, 12, 18 Plin. epist. 6, 18, 3 Svet. Claud. 9, 2 *v. p. 668, 25.* obstringere: Liv. 4, 17, 5. 30, 15, 1 Plin. nat. 7, 8 Sil. 10, 490 Plin. epist. 4, 13, 10. praestare: *v. p. 671, 19. 675, 33. 676, 5. 35. 683, 65.* rumpere: Prop. 3, 6, 20 Sil. 3, 1. 11, 12 Vlp. dig. 16, 3, 5. 29, 1, 11, 1 Hermog. dig. 2, 15, 16, *saepius apud Ictos.* sequi: *v. 664, 76. 674, 62. 680, 18.* servare: *v. p. 670, 66.* solvere: *v. p. 669, 77.* sternere *alicui vel alicui rei* (*fere i. q. facere*): Tert. adv. Prax. 16 p. 257, 3 adv. Marc. 1, 16 p. 311, 6. tenere: Cic. Phil. 12, 27 Tib. 1, 10, 19 Prop. 1, 18, 4. violare: Cic. Rab. perd. 28 Liv. 21, 25, 7. 30, 25, 2 Cvrt. 3, 13, 15. 6, 3, 14 Petron. 79, 11 Plin. nat. 4, 91 Ivv. 13, 6.

epitheta: casta: *v. p. 683, 5.* clauda: Sil. 13, 33. certa: *v. vol. III p. 921, 44. 923, 78 sqq.* cognita: Cic. Quinct. 75 div. in Caec. 11. 20 Liv. 7, 40, 18. 21, 20, 8 *al.* exacta: Manil. 3, 505 (ex hac *codd.*). firma: Plavt. Capt. 927 Trin. 1111 (firmata: Mil. 453 Col. frg. 2 v. 1 Leo). fluxa: *v. p. 676, 18.* frivola et frigida: Tert. fug. 3. incorrupta: Hor. carm. 1, 24, 8 Phaedr. 4, 13, 8 *al.* languida: Sen. benef. 7, 29, 2 (5, 22, 4 languentem. 5, 23, 1 -es...languet). lenonia: *v. p. 676, 26.* liquida: Val. Max. 6, 5, 1. lubrica: Cypr. epist. 67, 7 Paneg. 6, 4. nuda: Val. Fl. 5, 498 *cf. p. 689, 58.* plana: Stat. Theb. 2, 393. prisca: Verg. Aen. 6, 878 Stat. Theb. 1, 509 silv. 4, 6, 92. probata: Cic. Caecin. 78. publica: *v. p. 669, 50. 674, 34.* Punica: *v. p. 676, 31.* rara: *v. p. 682, 76.* sancta: Cic. Verr. 4, 6 (*superl.*) Catvll. 76, 3 Pvblil. V 9 Verg. Aen. 7, 365 Liv. 6, 10, 4. 8, 37, 2 Mart. 9, 84, 2. 10, 44, 8. spectata: Cic. div. in Caec. 11 Caecin. 104 Flacc. 102 (*superl.*) Sall. Catil. 20, 2 Ov. Pont. 2, 7, 82. sublesta: *v. p. 673, 57.* tacita: *v. p. 678, 57, sic saepius apud Ictos.* Qverol. p. 4, 5 parasitum ... filio coheredem instituit tacita scripturae -e.

apposita: aequitas: Cic. Cluent. 81 rep. 1, 55 fin. 2, 59. amicitia: Plavt. Trin. 153. Trag. inc. 226 petere amicitiam et -em. *v. p. 665, 27.* Cic. S. Rosc. 112 epist. 13, 16, 2 *al.* amor: Cic. Att. 2, 22, 4. 2, 23, 4. 3, 20, 2. auctoritas: Cic. Flacc. 21 Sest. 139 har. resp. 14. *cf. notam capitis primi parti II B 1 (p. 683, 11) praescriptam.* auxilium: *v. p. 667, 3. 11.* benevolentia: Cic. Verr. 3, 2 p. red. in sen. 30 Balb. 30 epist. 3, 11, 3. 4, 9, 1 *et saepius* Brvt. et Cass. Cic. epist. 11, 2, 1. clementia: Cic. epist. 13, 66, 1 Liv. 45, 4, 7. clientela: *v. p. 664, 5. 664, 27. 665, 17.* constantia: Cic. Quinct. 5 parad. 16 Phil. 12, 30 Att. 4, 19, 1 epist. 11, 29, 2 Liv. 34, 58, 11. continentia: Cic. dom. 23. dicio: *v. p. 665, 45.* dignitas: Cic. epist. 13, 32, 2. 13, 37 *al.* diligentia: *v. vol. V p. 1174, 20.* fama: Cic. Att. 11, 2, 1 epist. 13, 10, 2 Sall. Iug. 16, 3 *cf. cap. prim. I C, p. 673, 50.* fas: Liv. 1, 9, 13. 29, 24, 3 Sen. Thy. 47 Plin. nat. 30, 10 Sil. 17, 69 Tac. ann. 13, 15. fidelitas: Plavt. Trin. 1126. fiducia: *v. p. 664, 20.* foedus: *v. p. 671, 35.* gravitas: Cic. Sull. 82 Phil. 8, 19. 9, 10 epist. 1, 7, 7. humanitas: Cic. epist. 9, 9, 3. 11, 27, 8. industria: Corp. IX 2565, 9 ob insign(em) -em industriam erga se. *saepius in titulis.* integritas: Cic. Lig. 2 Liv. 25, 40, 1 *al.* ius iurandum: *v. p. 670, 84.* iustitia: *v. p. 682, 71.* misericordia: Cic. Verr. 6, 129 Planc. 26. officium: Cic. Verr. 6, 127 Mur. 65 Sull. 58 div. 1, 27 Balb. Cic. Att. 9, 7^{b}, 2 Cic. epist. 12, 25^{a}, 6. 13, 21, 2. pietas: Plavt. Rud. 11. 29 Sisenna hist. 13 Cic. carm. frg. 3 (de cons., div. 1, 21), 68 Font. 31 Phil. 14, 35 Balb. Cic. Att. 9, 7^{b}, 1 Pollio Cic. epist. 10, 31, 3 Verg. Aen. 6, 878 Liv. 23, 9, 5. 44, 1, 11 Sen. benef. 2, 31, 1 epist. 74, 12 *al.* Octavia 51 (*cf.* 64). 737. 845. 885 Lvcan. 4, 498. 5, 297. 10, 407 Sil. 9, 437. 13, 749 Stat. Theb. 2, 462. 5, 627. 7, 217. 11, 98 *saepe in titulis Christianis.* potestas: *v. caput prius I A 1 b β et γ passim* (*p. 664, 52*). religio: Cic. Q. Rosc. 7 Caecin. 103 Verr. 3, 78 (*bis*). 3, 175. 4, 144 Cluent. 129 Mur. 10 Deiot. 16. res: *v. p. 673, 82.* tutela: Gratt. 496 *v. p. 664, 63.* virtus: Ter. Ad. 442 Cic. Sest. 68 Brvt. et Cass. Cic. epist. 11, 2, 2 Tac. hist. 3, 38 *al.*

pendet a praep.: a -e: *tradita scriptura* Qvint. decl. 269 p. 99, 9 *v. p. 680, 84.* ad -em: *v. p. 683, 74; i. q. cum -e*: Veg. mil. 3, 6 p. 75, 15. Rvfin. hist. 5, 20, 2 (ἐπιμελῶς). cum -e: *v. p. 677, 10.* ex -e: *v. p. 677, 25.* per -em: *v. p. 667, 32. 674, 68. 677, 42.*

de exclamatione pro -em *v. p. 666, 31. 667, 58.*

deriv.: fidelis.

cf. Onomast. *Fraenkel.*

2. ✕fidēs (fidis?), -is *f.* [*a gr. σφίδες· χορδαὶ μαγειρικαί* (Hesych.) *tractum esse videtur, cf. σφίδη. Th.*]. *de etymologia*: Pavl. Fest. p. 64 -es genus citharae dicta, quod tantum inter se cordae eius, quantum inter homines fides concordet (*cf.* Isid. orig. 3, 22, 4). Ambr. obit. Theod. 10 arbitror, quod fila chordarum citharae ideo -es dicantur, quoniam et mortua sonum reddant. Gloss. -bus: cordis; -es autem dictae, quod fidem sibi servent nec alterius sonos imitentur. *de prosodia*: Serv. Aen. 6, 120 '-bus'... est a nominativo 'haec fidis', ut sit pyrrichius: nam '-es' iambus est. *de formis: nom. sing.*: -es: Char. gramm. I 69, 18 (*v. p. 662, 7*). I 70, 16 (*v. p. 662, 20*) Beda gramm. VII 272, 16 (*v. p. 662, 4*). *legitur* -es *inde a* Cic. (*v. p. 693, 4*). -is: Prob. cath. gramm. IV 21, 24 haec -is, huius -is. Serv. Aen. 6, 120 *cf. supra l. 76.* Prisc. gramm. II 105, 22 -is fidicula ... nam si esset -es in hac quoque significatione, quomodo Servio (*v. l. 76*) placet, non fidicula fecisset, sed fidecula. Agroec. gramm. VII 115, 9 fides de fidelitate, -is de chorda. *legitur* -is: Colvm. 11, 2, 14. 40. 43. 57. 88. 97 (11, 2, 43. 88. 97 *v. l. meliorum codd.* -es). Schol Pers. 6, 4 *v. l. 3.* Sidon. carm. 16, 5. *de numero plur.*: Gloss. II 477, 58 *χορδαὶ λύρας.* -es; singularia non habet. Schol. Pers. 6, 4 -is genus est citharae, quod tam singulariter quam pluraliter dicitur, ⟨singulariter⟩ ut Horatius (carm. 1, 17, 18), pluraliter ut Vergilius (Aen. 6, 120). *de notione*: Pavl. Fest. p. 64 *v. p. 691, 70*; Gloss. *v. p. 691, 74*; -is; *λύρα, κιθάρα, χορδαί.* -es: citharae. cordae in cithara (*vel* cenosae). -bus: filis citharae, id est chordae. *de usu: habent* Plavt. Ter. (Eun. 133) Varro Cic. Verg. (Aen. 6, 120) Hor. Prop. (4, 7, 61) Ov. Manil. Val. Max. Cvrt. (5, 1, 22) Colvm. Pers. (6, 4) Lavs Pis. Val. Fl. (4, 88) Stat. Sil. (11, 452) Qvint. inst. Flor. Ivv. (6, 388) Fronto Gell. Apvl. (flor. 17 p. 80) *et posteriores. non abiit in linguas romanicas.*

I *i. q. cithara, lyra* (*saepe inde ab* Hor. *metonymice, i. q. carmen, poesis*): **A** *plur.*: Plavt. Epid. 473 -es, ei (*fidicinae*) quae accessere, tibi addam dono gratiis. 500 veni, ut -bus cantarem seni. 514 -es non reddis? :: neque -es neque tibias. Ter. Eun. 133 *v. p. 693, 26.* Carm. Gell. praef. 19 nil cum -bus graculost. Varro frg. Non. p. 145, 28 neniam cantari solitam ad tibias et -es. Cic. de orat. 3, 216 nervi in -bus. fin. 4, 75 ut ... in -bus pluribus, si nulla earum ita contenta nervis sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint, sic peccata, quia discrepant, aeque discrepant. ... aeque ... contingit omnibus -bus, ut incontentae sint, illud non continuo, ut aeque incontentae. rep. 2, 69 in -bus aut tibiis ... concentus ... est tenendus. frg. 9 *v. p. 693, 15.* leg. 2, 22 loedis publicis ... popularem laetitiam in cantu et -bus et tibiis moderanto *publici sacerdotes* (2, 38 cavea cantu vigeat -bus et tibiis). 2, 39 illa severa Lacedaemo nervos iussit, quo (quos *Davisius*) plures quam septem haberet, in Timothei -bus in⟨ci⟩di. nat. deor. 2, 144 in -bus testudine resonatur aut cornu. Tusc. 4, 3 cum ... soliti illi (*Pythagorei*) esse dicantur ... mentes suas a cogitationum intentione cantu -busque ad tranquillitatem traducere. div. 2, 33 nervos in -bus aliis pulsis resonare alios. off. 1, 146 in -bus musicorum aures vel minima sentiunt. Brut. 200 admovere ... -bus manum. epist. 9, 22, 3. Verg. Aen. 6, 120 Orpheus Threicia fretus cithara -busque canoris (Hor. carm. 1, 12, 11 Orphea ... blandum et auritas -bus canoris ducere quercus). Hor. carm. 1, 26, 10 hunc (*Lamiam*) -bus novis ... sacrare ... decet. 1, 36, 1 et ture et -bus iuvat placare ... deos. 2, 13, 24 *v. p. 693, 21.* 3, 4, 4 *v. p. 693, 19.* 4, 9, 12 vivunt ... commissi calores Aeoliae -bus puellae. epist. 1, 3, 12 -busne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice Musa *Titius*? 2, 2, 143 est ... utile ... non verba sequi -bus modulanda Latinis. ars 83 Musa dedit -bus divos puerosque deorum ... referre. 216 -bus voces crevere severis. Ov. met. 6, 178 -busque mei commissa mariti (*i. Arionis*) moenia cum populis a meque viroque reguntur. Stat. silv. 4, 5, 4 Severum non solitis -bus saluto. Qvint. inst. 5, 10, 124 si ... tardior manus nisi inspectis demensisque singulis, quibus quaeque vox -bus (*i. quibus sonis -ium*) iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentum eo, quo simplex canendi natura tulerit (*fort. pertinet ad II*). Carm. epigr. 1113, 4 ⟨et dulces hilaris d⟩as -bus numeros. Flor. epit. 2, 8, 9 *v. p. 693, 18.* Ivv. 6, 388 *v. p. 693, 25.* Fronto p. 225 N. quis arcus perpetuo intenditus (-tur? *Plasberg*), quae -es perpetuo sono (suo *trad.*) strictae sunt? (*an ad II?*). Gell. 9, 7, 3 (Svet. frg. p. 322) nervias in -bus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. Apvl. flor. 17 p. 80 *v. p. 693, 23.* Sol. 9, 14 *v. p. 693, 27.* Ambr. bon. mort. 7, 27 anima ... in hoc corpore tamquam in -bus musicis, quae sobria est, tamen summis, ut ita dicam, digitis, velut nervorum sonos, ita pulsat carnis istius passiones. Amm. 14, 6, 18 domus ... vocali sonu, perflabili tinnitu -ium resultantes.

B *sing.*: Varivs trag. 4 primum huic nervis septem est intenta -es. Hor. epod. 13, 9 -e Cyllenea levare diris pectora sollicitudinibus. carm. 1, 17, 18 -e Teia dices laborantes in uno Penelopen vitreamque Circen. 1, 24, 14 quid, si Threicio blandius Orpheo auditam moderere arboribus -em? Prop. 4, 7, 61 *in Elysio* qua numerosa -es quaque aera rotunda Cybebes ... sonant. Ov. epist. 5, 139 me -e conspicuus Troiae munitor (*Apollo*) amavit. 15, 23 sume -em et pharetram: fies manifestus Apollo. met. 11, 167 instructamque -em gemmis et dentibus Indis sustinet *Apollo* a laeva. fast. 5, 104 (*Mercurius invocatur*) inventor curvae, furibus apte, -is. Pers. 6, 4 *Basse*, mire opifex ... marem strepitum -is intendisse Latinae. Val. Fl. 4, 88 *carmen* simul assumpta pulsum -e, luctus et irae et labor et dulces cedunt e pectore nati. Stat. Theb. 4, 358 -e sacra (*sc. Amphionis*) aequatos caelo ... muros. silv. 4, 7, 27 nostra Thebaïs ... temptat audaci -e Mantuanae gaudia famae. Sidon. epist. 9, 15, 1 vers. 23 -e, voce, metris ad fluenta Pegasi cecinisse dictus omniforme canticum *Leonis filius.* carm. 16, 5. *nota* Cic. fin. 4, 75, *qui de* pluribus *et* omnibus -bus *loquitur* (*cf. Madvig ad l.*). *v. l. 20.*

II *i. q. chorda, nervus* (*quotquot habui dedi exempla [cf. etiam p. 691, 72 sqq. supra l. 2]. sing. non legitur nisi apud* Sil.): Sil. 11, 452 centauro dilecta chelys compesceret iras, percussa -e, vel pelagi vel tristis Averni. Gell. 9, 7 tit. de ... -bus ... ictu alieno sonantibus. 9, 7, 3 de -bus rarius dictu et mirabilius est. Clavd. 28, 123 mihi ... captum ... Maurum Pieriis egit -bus chelys. Macr. somn. 2, 1, 12 *Pythagoras* ex malleis ad -es vertit examen, et intestina ovium vel boum nervos ... tetendit. ... *et* ex his concentus evenit ... adiecta dulce-

[Klee]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dine, quam natura -ium sonora praestabat. PRVD. cath. 3, 82 lyra... inclita... -bus.

III *nomen sideris*: VARRO rust. 2, 5, 12 astri..., quod Graeci vocant lyran, -em nostri. CIC. Arat 42 inde -es leviter posita et convexa videtur (nat. deor. 2, 112). 381 cedit clara -es Cyllenia (461 effert sese clara -es). MANIL. 5, 410 cum... -is magno succedunt sidera mundo quaesitor scelerum veniet (*hic* -es *ab auctore falso pro fidicula, quae est etiam carnificum machina quaedam, posita est, cf. Boll, Sphaera p. 266*). COLVM. 11, 2, 14 Kal. Febr. -is incipit occidere. III Non. Febr. -is tota et Leo medius occidit. 11, 2, 40. 43. 57. 58. 88. 97.

iuncturae et locut. ad cantum fidium pertinentes: **1** *subiectum est verbo* praecinere: CIC. Tusc. 4, 4 quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum -es praecinunt. **2** *obiectum est verbis*: concutere: CIC. rep. frg. 9 leniter atque placide -es, non vi et impetu, concuti debere. movere: LAVS Pis. 173. **3** *ablat. pendet a verbis*: **a** *canere sim.*: canere: CIC. Tusc. 1, 4 div. 2, 122 QVINT. inst. 1, 10, 14 SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 23. concinere: NEMES. ecl. 1, 25 FLOR. epit. 2, 8, 9. cantare: PLAVT. Epid. 500. dicere: HOR. carm. 3, 4, 4 seu voce... mavis acuta *dicere melos* seu -bus citharave Phoebi. personare: MART. CAP. 1, 19. 36. 2, 212. queri: HOR. carm. 2, 13, 24 Aeoliis -bus querentem Sappho puellis de popularibus. **b** *alia*: callere: APVL. flor. 17 p. 80 si -bus apprime callerem. discere: CIC. Cato 26. docere: CIC. epist. 9, 22, 3 Socraten -bus docuit nobilissimus fidicen. promittere: IVV. 6, 388 an Capitolinam deberet Pollio quercum sperare et -bus promittere. scire: TER. Eun. 133 videt... virginem... -bus scire. SOL. 9, 14.

epitheta: audax: STAT. silv. 4, 7, 27. canora: VERG. Aen. 6, 120 HOR. carm. 1, 12, 11 VAL. MAX. 8, 8, 2. curva: OV. fast. 5, 104. Cyllenea: CIC. Arat. 381 *v. supra l. 5* HOR. epod. 13, 9. Latina: HOR. epist. 1, 3, 12. 2, 2, 143 PERS. 6, 4. nova: HOR. carm. 1, 26, 10. numerosa: PROP. 4, 7, 61. Pieria: CLAVD. 28, 123. remissa: CLAVD. 22, 5. sacra: STAT. Theb. 4, 358 CLAVD. 9, 19. severa: HOR. ars 216. Teïa: HOR. carm. 1, 17, 18.

synon.: chelys, chordae, cithara, lyra (*de* CIC. *cf. Madv. de fin. 4, 75*), testudo.

deriv. et compos.: fidicula; fidicen, fidicina. *Klee.*

fidicen, -inis *m.* [*a* 2. fides *et* canere, *cf.* fidicina. *Th.*]. *de etymologia*: GLOSS. qui cum cithara canit, a fidibus dictum. *de genere: masc. solum testantur*: CHAR. gramm. I 28, 13 masculina quidem haec sola... -n, -is. 38, 7 et sunt masculina in en hic tubicen... -n ex fidibus -is. 87, 15 EXC. Bob. gramm. I 541, 24 PRISC. gramm. II 148, 20 GRAMM. suppl. 113, 5. *commune*: PROB. cath. gramm. IV 9, 8 (= SACERD. gramm. VI 474, 11) composita generis omnis hic et haec et hoc tibicen cornicen -n, tibicinis cornicinis -is; quamvis Terentius fidicinam et tibicinam posuerit. AVG. gramm. V 498, 8. MART. CAP. 3, 296 n littera terminantur... communia duobus generibus ut 'tibicen -n' quod frequentissimi auctores non probant, nam et 'tibicinam' et 'fidicinam' dicunt. CONSENT. gramm. V 362, 3. PRISC. gramm. II 142, 26 communia in easdem literas desinunt quas et masculina, ut 'hic' et 'haec advena'... 'tibicen' '-n' — ut quibusdam placet, nam usus eorum feminina in a terminat, 'fidicina' et 'tibicina'. *commune nusquam legitur. forma* fiticenis NOT. Tir. 107, 33. *de prosodia*: PS. PRISC. gramm. III 523, 19 en syllaba finita... praeposita... consonante c corripienda sunt (*sc. in paenultima*) ut liticen -n. *notatur: v. l. 67. de notione*: GLOSS. *κιθαριστής. κιθαρῳδός. λυριστής.*

CIC. nat. deor. 3, 23 concedam non modo animantem et sapientem esse mundum, sed -em etiam et tubicinem? epist. 9, 22, 3 Socraten fidibus docuit nobilissimus -n; is Connus vocitatus est. HOR. epist. 1, 19, 33 *ego* Latinus...-n. carm. 4, 3, 23 monstror digito praetereuntium Romanae -n lyrae. 4, 6, 25 doctor argutae -n Thaliae, Phoebe. OV. Ib. 583 *Amphio*. Pont. 4, 16, 28 Pindaricae -n tu quoque, Rufe, lyrae. VAL. MAX. 3, 6, 4 *Duellius* praeeunte tibicine et -e a cena domum reverti solitus est. PAVL. FEST. p. 275 rasores -es dicti. CORP. VI 2191, 2 (*a. 102*) collegio tibicinum et -um Romanorum qui s(acris) p(ublicis) p(raesto) s(unt). 2192, 3 dec(urialis) coll(egii) fid(icinum) R(omanorum). GELL. 1, 11, 7 *Alyattes* concinentes habuit fistulatores et -es. 16, 19, 1 super -e illo Arione. PORPH. Hor carm. 1, 36, 1 (*inde* SCHOL. *ad l.*) -es hodieque Romae ad sacrificia adhiberi sicut tibicines nemo est qui nesciat. carm. 3, 11, 9 (*item* SCHOL.). PS. RVFIN. praef. in proph. p. 959^{C} -n ille sacerrimus *David*.

✱**fidicina,** -ae *f.* [*a* 2. fides *et* canere, *cf.* fidicen. *Th.*]. *de terminatione: v. supra l. 46. 49. 52, adde* PRISC. gramm. II 148, 21 fidicen, tubicen, tibicen, quorum feminina quae sunt in usu e genetivo figurantur mutata is in a: fidicinis -a. GRAMM. suppl. 113, 5 hic fidicen haec -a. *de notione*: GLOSS. *ψάλτρια ἡ (ἢ?) κιθαρίστρια.* citharistria. IV 238, 48 citharista. V 295, 6 fidici⟨n⟩a citharistae graece. *legitur apud* PLAVT. TER.; *postea inde a* GELL. (CIC. *habet* psaltria).

PLAVT. Epid. 47 ab lenone ut -a, quam amabat, emeretur sibi. 90. 313 conducticiam. *passim in hac fabula*. Most. 960 -as tibicinas (Stich. 380). Stich. 542 -a et tibicina. TER. Phorm. 109 Eun. 457. 985 GELL. 1, 11 tit. PORPH. Hor. carm. 1, 17, 18 fides... chordae dicuntur, unde et -as comici dicunt citharistrias. CAPITOL. Ver. 8, 11 adduxerat secum et -as et tibicines et histriones *eqs.* HIER. epist. 54, 13, 1 -as et psaltrias. 54, 13, 6. COD. Theod. 15, 7, 10 (*a. 385*) -am nulli liceat vel emere vel docere vel vendere.

fidicinārius GLOSS. II 363, 17 *λυριστής.*

fidicinius, -a, -um. *ad fidicinem pertinens*. PLAVT. Rud. 43 e ludo -o.

fidicino, -āre [*cf. c.* fidicen. *Th.*]. GLOSS. *λυρίζω. i. q. lyrae sonum edere*: MART. CAP. 9, 929 in Actiaco litore mare citharam sonat. Megaris saxum ad ictum pulsus cuiuscumque -at.

fidicinus, -ī *m. cf. c.* fidicina. GLOSS. IV 76, 46 citharoedus.

fidicula, -ae *f.* [*a* 2. fides *deminutive. Th.*]. *numerus singularis tantum de sidere* (*soloecismus*: POTAM. tract. 2 p. 1415^{B-C}): *de forma*: PRISC. gramm. II 106, 2 *v. p. 691, 81. de notione*: GLOSS. citharoedus. *ceterum v. infra l. 31 sqq. de codicum scriptura* fiducula *v. l. 39. 44. 45. legitur inde a* VARRONE (*v. l. 27 et* CIC.

I *proprie: i. q. parva lyra vel omnino lyra*: **1** *musicorum instrumentum* (*cf.* PAVL. FEST. p. 89 fides genus citharae dicta... cuius deminutivum -a est. ISID. orig. 3, 22, 4 veteres... citharam -am vel fidicem nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordae eius, quam bene conveniat inter quos fides sit [*idem* GLOSS. V 200, 19]. GLOSS. *λύρα.* organa. -ae cordae. cordae citharae): CIC. nat. deor. 2, 22 si platani -as ferrent numerose sonantes. GELL. 1, 11, 8 -arum tibiarumque... concentu. **2** *nomen sideris*: COLVM. 11, 2, 4 -a vespere occidit. 11, 2, 5. 36 prima nocte -a apparet. 11, 2, 84 PLIN. nat. 16, 188. 18, 222 -ae occasus. 18, 234. 248. 255. 268. 271. 294 Varro auctor est, si -ae occasu, quod est initium autumni, uva picta consecretur *eqs.* (*cf.* 18, 289 Varro ea -a incipiente occidere mane determinat). 18, 309. 314. SCHOL. Arat. p. 117. 121. 134. 278. 279.

II *translate: genus tormentorum* (ISID. orig. 5, 27, 20 ungulae dictae quod effodiant. haec et -ae, quia his rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur [*idem* GLOSS. V 23, 15. 69, 17]. SCHOL. Prud. append. p. 97 -ae ungulae quibus torquentur martyres in eculeo GLOSS *βασάνου γένος*. genus tormentorum. genus tormentorum sicut lammineа. *ὄνυχες οἱ εἰς τὰς βασάνους*. catenae. V 632, 7 admotis -is ungulis. *cf. Daremberg-Saglio, II² p. 1117; Hitzig, PW. VI 2286, 60*): VAL. MAX. 3, 3, 5 *tyrannus* rupit... verbera, -as (-a *codd.*) laxavit. SEN. dial. 5, 3, 6 eculei et -ae (fiduculae *A*). 5, 19, 1 -is, talaribus, eculeo, igne. 6, 20, 3 video -as, video verbera. MART. 5, 51, 6 -ae licet cogant. SVET. Tib. 62, 2 ut larga... potione... oneratos... -arum simul urinaeque tormento distenderet. Cal. 33 exquisiturum se vel -is de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret. Ps. QVINT. decl. 7, 13 cum membra -ae (fiduc. *al.*), flagella laxaverint. *ibid.* si me forte -ae (fiduc. *al.*), flagella mutaverint. 19, 12 eculeos movebam... tendebam -as. AMM. 29, 1, 25 intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cum -is et verberibus. HEGES. 1, 44, 8 l. 203 in viscera mea pergat interrogatio veritatis, in corpus meum atque in interiora penetralia descendant -ae quaestionum. HIER. in Gal. 1, 6 p. 381 inter equuleos, -as ignesque distortus. PRVD. perist. 10, 481 ignis et -ae saeviant. 10, 550 *carnifex* sulcosque acutos et -as transferat. COD. Theod. 9, 35, 2 pr. (*a. 376*) poenarum, quas -ae et tormenta constituunt. COD. Iust. 9, 8, 4 -arum tormenta. 9, 41, 16. NOT. Tir. 65, 86 -ae.

inde deriv.: **fidiculārius,** -a, -um. FRONTO p. 146 N. verba contorta et -a. GLOSS. III 309, 55 *φορτιαφορος* (*? ex* GLOSS. III 309, 56 *φορτιαφορος* ponderum baiulus *per errorem repetitum videtur*) -us.

fidiculīna, -ae *f. a* fidicula. GLOSS. II 386, 21 *ὄργανον βασανιστήριον* -a (fidicula *ed. Stephani*).

fidifragus *v.* fideifragus. **fidilla** *v.* fitilla.

fīditās, -ātis *f. a* fidus. VIRG. gramm. epit. 4 p. 14, 22 (*in versibus Lupi Christiani*) -s fida.

me Dius **Fidius** *v. Onomast. s. v.* Fidius. *Fraenkel.*

[**fidix,** -icis] *vox ficta ab* ISID. orig. 3, 22, 4 (*v. supra l. 20*), *ut sit etymon vocis* fidicula (*cf. ex. gr. nutricula: nutrix*). *Jchm.*

✱**fīdo,** fīsus (fīsus sum *v. l. 74*), -ere [*i. q. gr. πείθεσθαι (πείθειν), cf. c.* fidus, fiducia, fides, foedus, fidustus, *fortasse c. got.* beidan 'exspectare'. *Th.*]. *de prosodia*: fī- *testantur*: TER. MAVR. 435. PRISC. gramm. II 461, 9. *de scriptura*: i *longa* CARM. epigr. 1143, 3. *de formis: praeter formas finitas activas praesentis, imperfecti, futuri I, imperativi, infinitas infinitivi praes. act. et participiorum praes. act. et perf. pass. leguntur hae formae sive rarae sive singulares*: -ere (*imper. pass. sive depon. sensu activo; nisi est inf. act. pro imper.*) ITALA Luc. 22, 32 (cod. e). -eris (*fut. exact. act.; an est fut. I pass. sensu activo?*) COMM. instr. 2, 15, 10. -sus erat (*fluxit ex grammaticorum doctrina*) CORIPP. Ioh. 8, 618. -itur (*pass. impers.*) AVG. epist. 140, 72 p. 220, 16. -endo (*gerund.*) TERT. resurr. 11 p. 40, 6. -endum (est) AVR. VICT. Caes. 20, 5 MART. CAP. 4, 331 PROSP. in psalm. 120, 5. *perf.* -si *antiquissimorum in usu fuisse docet* PRISC. gramm. II 420, 11. *formas fictas proferunt grammatici* (CHAR. gramm. I 250, 24. 357, 28 DIOM gramm. I 358, 1. 3 MART. CAP. 3, 319 PRISC. gramm. II 420, 11. 566, 27) *has: perf.* -sus sum (fui), *plusquamperf.* -sus eram (*sed v. l. 74*), *part. fut.* -urus, *inf. fut.* -sum ire, -urum esse, -sum iri. *Christianorum temporibus saepe abiit in coniugationem secundam* (CAPER gramm. VII 109, 16 -o, non -eo. *cf.* 93, 15): -es COMM.

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

instr. 2, 16, 15 *BA*. Act. Archel. 54 p. 80, 3 *C*. -et Cypr. testim. 3, 10 *WLMB* (Schol. Hor. sat. 2, 2, 108 -et *explicat per* fiduciam habet). -emus Cypr. epist. 21, 3 *T*. -ete Cypr. Fort. 7 *S*[1]. 11 p. 335, 3 *S*[1]. testim. 3, 6 *AWLM*[1]*B*. Avg. virg. 29, 29 *KBS*[2]. *de notione*: Gloss. πιστεύω. πέποιθα. θαρρῶ (*cf.* Prisc. gramm. III 319, 3. 329, 29). confido. -it cŏnfidit (Schol. Hor. sat. 2, 2, 108 habet fiduciam). -ens πεποιθώς. confidens. Gloss. IV 518, 29 fretus. -sus valde fidus. valde fidens. *de part. praes.* -ens *pro adi. v. p. 697, 12.* *leguntur formae finitae et inf. inde a* Cic. Arat. frg. 7, 1 (*dub.* de orat. 3, 229 *v. l. 24*) *apud* Lvcr. (5, 1040) Verg. Hor. Ov. Liv. Cels. (2, 18, 6) Sen. phil. Lvcan. (6, 12) Plin. nat. (7, 43) Val. Fl. Stat. Sil. Qvint. (inst. 10, 7, 18) Ivv. (7, 139) Tac. Plin. epist. *inveniuntur in* Itala, *desunt in* Vvlg.; *imper. inde ab* Itala *usurpatur. part. praes.* -ens (*quasi adi. saepe est v. p. 697, 12*) *et adv.* fidenter *legitur inde a* Plavto (*ter*) *apud* Cic. (17[ies]) Caes. Bell. Hisp. Sall. Nep. Verg. Hor. Ov. Liv. Manil. Germ. Val. Max. Phaedr. Sen. phil. Colvm. (*adv.*) Cvrt. Lvcan. Plin. nat. Val. Fl. Sil. Homer. Stat. Tac. Svet. Apvl. Vvlg. (Sirach 19, 10 II Cor. 1, 9. *de* Hebr. 2, 13 *v. infra l. 75*). *part. perf.* (*dep.*) -sus *legitur inde ab* Ov. (met. 15, 827 Pont. 4, 9, 78) *singulis locis apud* Val. Max. Sen. phil. Cvrt. Lvcan. Stat., *ter* Tac., 7[ies] Sil.; *non legitur apud recentiores nisi poetas. verbum* fidere *omnino deest apud* Ter. Catonem Varronem Rhet. Her. Catvll. Tib. Prop. Gratt. Vitr. Sen. rhet. Vell. Scrib. Larg. Melam Pers. Petron. Mart. Flor. Dig. [*loc. dub.*: Cic. de orat. 3, 229 recte -is (*codd.* vides, *cf. p. 694, 83; edd.* vides *vel* confidis).]

i. q. confidere, fidem habere, fiduciam habere, fidum putare:

I *absolute*: Plavt. Asin. 561 ubi -entem fraudaveris (Col. frg. 2, 1 qui data fide firmata -entem fefellerint). Truc. 435 sociae unanimantis -entis?.. officium. Manil. 1, 340 *Iuppiter* terga ...-enti subiecit plumea Ledae. Val. Fl. 4, 544 -ere mens...nostra nequit. Avson. 469, 4 -ere tam fas est quam dubitare nefas. *speciatim: i. q. sibi -ere, bono animo esse, sperare* (*part.* -ens *pro adi. inde a* Cic.; *v. p. 697, 12*): Itala exod. 14, 13 (Cypr. Fort. 7) -ite (θαρσεῖτε, Vvlg. nolite timere). Matth. 9, 22 (cod. k) -e (θάρσει, Vvlg. confide. Italae *alii codd.* constans esto). Ioh. 16, 33 (cod. e. Cypr. Fort. 11 testim. 3, 6) -ite (θαρσεῖτε, Vvlg. confidite. Italae *alii codd.* constantes estote, gaudete, bono animo estote).

II *pendet nomen casu vel ablativo vel dativo* (*abl. personae perrarus est, v. infra l. 59; certa ablativi exempla desunt apud* Hor. Sen. phil. Val. Fl. Tac. Plin. epist. *dativum semper pendere docet* Serv. Aen. 1, 452. 5, 800. 10, 372. *rectius* Prisc. gramm. III 319, 3. 329, 20). *Christianorum temporibus iuncturae praepositionales in usum veniunt* (*de acc. v. p. 696, 70*). **A** *fidunt animantes*: **1** *obi. est homo*: **a** *dat.* (*interdum abl. esse potest*): Cic. Att. 6, 6, 4 puer bene sibi -ens (Hor. sat. 2, 2, 108 uterne ad casus dubios -et sibi certius. epist. 1, 19, 20 Liv. 3, 61, 12. 3, 62, 6 *al. saepe*. Sen. epist. 98, 1 contra utrumque *et mortem et dolorem* sibi -it. Amm. 27, 11, 2, *opp.* paveo. *accedit ablativus* Coripp. Ioh. 8, 618 equus ... quo sibi -sus erat). Verg. Aen. 2, 402 nihil invitis fas quemquam -ere divis. Hor. carm. 3, 24, 20 nec *coniunx* nitido -it adultero. Liv. 7, 39, 9 nulli ... satis -entes. 10, 18, 6 ut nec duci milites nec militibus dux satis -ret (21, 57, 12 *sim. al. cf.* 24, 48, 12 ut ... rex non equiti magis -ret quam pediti). 24, 8, 13 cur ad maiora tibi -amus. 35, 3, 4 ut *milites* -ere alii aliis possent. Val. Fl. 1, 308 -ens superisque mihique. Sil. 10, 628 -sus avis sceptrisque superbis. Stat. Theb. 9, 624 *Parthenopaeus* nimium tibi (*Dianae*; sibi *coni. Bährens*) -sus abit. Tac. ann. 11, 33 praefecto haud satis -bant. Plin. epist. 6, 22, 7 plurimum tibi credas nec cuiquam satis -as. Tert. ieiun. 7 Daniel deo -ens (Arnob. nat. 2, 12 p. 57, 11 dis falsis). **b** *abl.* (*certa tantum exempla attuli*): Sil. 13, 138 -ens ... deā. 16, 367 Caucasus (*equus*) antiquo -bat Atlante magistro. Anth. 462, 5 deo -bat Caesare Roma. *dub.* Avg. epist. 155, 6 p. 437, 3 se ipso -ere, ut beatus sit (*al.* se confidere, in se confidere). **c** *cum praepositionibus*: de: Avg. contin. 5, 12 p. 154, 21 noli de te -ere, ut peccatum non dominetur, sed de illo *eqs.* Ps. Avg. quaest. test. 115, 38 p. 330, 17 -entes de deo et non credentes diabolo. *al.* in *c. abl.*: Itala deut. 32, 37 (Aug. loc. hept. 5, 76 p. 613, 13 *et* Lugd.) dii ...in quibus -bant (in ipsis *add. Aug.* LXX ἐφ' οἷς ἐπεποίθεισαν ἐπ' αὐτοῖς, Vvlg. in quibus habebant fiduciam). Herm. Pal. mand. 9, 6 -entes in deo (πεποιθότες ἐπὶ τὸν κύριον). vulg. mand. 11, 1 qui -unt in domino plene (τῶν πιστῶν. Pal. qui vere fideles sunt). Vvlg. II Cor. 1, 9 ut non simus -entes in nobis, sed in deo. Cypr. Gall. num. 682 nullo...in augure -it. *dub.* Carm. epigr. 1143, 3 (*ca. a. 96*) dum tibi progenies, animo (*v. p. 696, 45*) dum -is in illa. in *c. acc.*: Itala Is. 8, 17 (Cypr. testim. 1, 9) -ens ero in illum (πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ; Vvlg. praestolabor eum, *sed* Italam *sequitur* Hebr. 2, 13). Ier. 17, 7 (Cypr. testim. 3, 10) homo qui -it in deum (Vvlg. confidit in domino. *cf.* Itala Soph. 3, 2 [Ps. Cypr. ad Novat. 5]. psalm. 117, 8 [Tert. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 20] bonum ... -ere in deum quam -ere in hominem [Tert. *ibid.* 5, 6 p. 592, 10 in deo...in hominibus. Vvlg. confidere]). *sim. saepe.*

2 *obi. est res*: **a** *dat.*: Cic. Lig. 13 non tam nostrae causae -entes quam huius humanitati. Verg. Aen. 7, 290 *Troianos* iam -ere terrae (*codd. et* Arvs. gramm. VII 473, 21: terra Prisc. gramm. III 319, 8), deseruisse rates. 9, 376 -ere nocti. 11, 351 fugae (-a *R*) -ens (Serv. figurate dixit pro 'fuga -ens' [*cf. infra l. 15*]. Sil. 7, 667 nec pugnae -sus ... nec deinde fugae [*al.* fuga]). Ov. met. 15, 827 *Cleopatra* taedae non bene -sa. Liv. 3, 18, 9 nec ulli satis rei praeterquam loco *hostes* -ere (2, 65, 3 loco parum -ens. Cvrt. 4, 2, 7 loco satis -si. Sil. 12, 436 Tac. hist. 4, 70 ann. 4, 25. *cf.* Liv. 23, 26, 10 nec aut colli aut flumini satis -ens). 4, 42, 5 ubi subnixus et -ens innocentiae animus esset. 8, 22, 7 pestilentiae ... -ens. 29, 12, 1 cui uni -bant auxilio. Sil. 15, 808 agmina ... non ultra -entia Marti. Frontin. strat. 2, 3, 17 quorum pervicaciae plurimum -bat. 2, 3, 19 cum ... virtuti ... suorum -ret. Tac. hist. 3, 43 magis quid vitaret quam cui -ret certus. ann. 3, 56 modestiae Neronis et suae magnitudini -bat. Maximin. c. Ambr. 86 -ens sermoni, diffidens negotio. **b** *abl.*: Cic. Arat. frg. 7, 1 hāc (*Cynosura*) -unt duce nocturna Phoenices in alto. Nep. Lys. 3, 5 pecunia -ens. Chabr. 1, 2 victoria -entem summum ducem Agesilaum. Verg. georg. 3, 31 -entem ... fuga Parthum versisque sagittis (*cf. p. 695, 84*). Aen. 5, 398 *iuventate* exultat -ens (Stat. silv. 5, 2, 152 viridi -ens ... iuventa). 10, 344 -ens primaevo corpore. Ov. met. 7, 545 non -ere cursu cerva *meminit* (*cf.* Cels. 2, 18, 6 ex iis *avibus* quae volatu -unt). 9, 125 ope -is equina. Pont. 4, 9, 70 arcu -sos ... Getas Liv. 24, 48, 6 hostem pedestri -entem Marte. 40, 47, 7 exercitu ... egregio -entem (Amm. 21, 7, 7 peditum robore, quo -bat). Manil. 5, 83 *aurigam* nunc dextros ire per orbes -entem campo, nunc meta currere acuta. Sil. 2, 154 -sus latis humeris et mole iuventae (Hyg. astr. 2, 13 p. 49 -ens adulescentia). 7, 242 flatu ... secundo. Svet. Aug. 65, 1 laetum ... atque -entem et subole et disciplina domus. Rvfin. hist. 6, 9, 2 fide -ens. Avg. civ. 15, 21 p. 105, 31 D. libertate arbitrii. Cypr. Gall. Ios. 14 miles domini tutamine -it. Act. Archel. 28 p. 42, 12 manu ac viribus nihil -ens. **c** *utrum dat. sit an abl., dinosci non potest his locis*: Cic. Att. 10, 8, 2 -entem suis rebus, (*opp.* dubitantem. *cf.* Hor. carm. 3, 3, 59 nimium ... rebus ... -entes. Sil. 10, 379 nimium laetis ... -ere rebus). nat. deor. 1, 93 istis ... -entes somniis. Lvcr. 5, 1040 alituum ... genus alis omne videmus -ere (Germ. 694 -entem Pegason alis. *cf. etiam supra l. 18. 19*). Caes. civ. 3, 111, 1 his copiis -ens (Sall. hist. frg. 3, 98 pars sto⟨lide copi⟩is affluenti⟨bus ferocique inge⟩nio -ens. Liv. 22, 20, 12). Bell. Hisp. 25, 3 -ens viribus (Liv. 8, 8, 18. 23, 46, 10 nihil admodum viribus suis -entes. *al.*). Verg. Aen. 5, 800 meis te -ere regnis. 10, 181 Astyr equo -ens (11, 706 Coripp. Ioh. 8, 610; *dat.* Stat. Theb. 4, 328; *abl.* Coripp. Ioh. 8, 618 *v. p. 695, 48*) et versicoloribus armis (Ov. met. 8, 370). 10, 371 -ite ne pedibus (Serv. *dativum esse dicit. cf. Hom. Il. 6, 505.* Ov. hal. 63). 12, 789 hic gladio -ens, hic acer et arduus hasta. Hor. carm. 1, 14, 15 nil pictis timidus navita puppibus -it. 3, 4, 50 -ens iuventus horrida bracchiis (*cf. Hom. Il. 12, 135. an* -ens *absol.? cf.* Porph.). epist. 1, 18, 81 tuo -entem praesidio. Liv. 6, 22, 8 -entes militum numero. 21, 5, 14 pedes instabilis ac vix vado -ens. 24, 8, 4 Manlium -entem et animo (Sen. dial. 7, 8, 3. Amm. 16, 12, 47 animis. *cf. p. 695, 72 et 697, 41. abl. certus est* Homer. 712 -ens animoque manuque) et viribus. 30, 10, 9 ne mari quidem ... satis -entes. 40, 20, 5 minus ... in dies patris animo -bat (Schol. Cic. Bob. p. 143, 18 St.). Sen. benef. 7, 26, 5 incertissimis (*neutr.*) -ere. Cvrt. 3, 13, 5 parum munimentis oppidi -ens (*cf.* Lvcan. 6, 12 clauso -ere vallo). Plin. nat. 8, 57 dum fortuitis (-tus *vel* -tu *trad.*) -ens non est contra feram. Val. Fl. 8, 112 dictis. Sil. 15, 32 promissis. 17, 141 laetis (Stat. Theb. 11, 551). Qvint. inst. 10, 7, 18 nec quisquam tantum -at ingenio (Plin. epist. 4, 13, 12. 8, 21, 4). Ivv. 7, 139 -imus eloquio (*al.* ut redeant veteres. Prisc. gramm. III 329, 20 *sqq.* eloquio *ablativum esse dicit*). Itala prov. 9, 12 (Cypr. sent. episc. 5) qui -ens est falsis (ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν, Vvlg. *deest. cf.* Avg. civ. 11, 11 p. 478, 14 D. ut falsis incertisve non -rent). **d** *cum praepositionibus*: de: Paneg. 5 (8), 12, 1 licet de exitu -remus. Avg. civ. 14, 27 p. 55, 24 D. si de adiutorio dei -ret bonus homo (*ibid.* l. 28). perf. iust. 19, 42 p. 45, 5 homo ... superbe de suis viribus -ens (epist. 157, 18 p. 466, 24). epist. 140, 72 p. 220, 16 superbia ...qua -itur tanquam de operibus propriis. *al.* in *c. abl.*: Itala Is. 59, 4 (Cypr. testim. 2, 4) -unt in vanis (πεποίθασιν ἐπὶ ματαίοις, Vvlg. confidunt in nihilo). Hier. in Ier. 6, 49 in murorum firmitate (-em *P*) -entibus. Cypr. Gall. Ios. 57 curvo nec -it in arcu. Sacr. Leon. p. 362 in tua pietate -entibus. *al.* in *c. acc.*: Cypr. epist. 21, 3 orationes et petitiones, in quas nos -imus. super: Itala Is. 42, 17 qui -itis super scalptilia (οἱ πεποιθότες ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς, Vvlg. qui confidunt in sculptili). ?e *accus.*: Paneg. 10 (4), 24, 7 ut eam (*violentiam*) et vincendus -ret et superaturus timeret (*cf. Bährens ad l.*). *cf.* Ps. Hil. libell. 22 p. 749[D] qui deum diligit, numquid sperat? numquid timet? numquid -it?

B *fidunt res: animus, mens*: Cic. off. 1, 81 animi ...prudentia consilioque -entis. Sen. epist. 59, 2 animi ...suis bonis verisque -entis. Avg. civ. 1, 25 p. 41, 2 D. *mens Christiana* deo suo -it. *alia*: Manil. 5, 240 *Bacchum* (*i. vitem*) robore ...proprio -entem. Lvcan. 8, 303 spicula nec solo spargunt *Parthi* -entia ferro, sed ... saturantur tela veneno. Stat. silv. 1, 4, 49 sic mixto reverentia -it amori (-e *coni. Krohn*). Rvt. Nam. 1, 206 dum melior lunae -ret aura novae (*cf. Zumpt*).

III *pendet inf. vel acc. c. inf. vel enuntiatum secundarium: i. q. credere, sibi persuasisse, sperare: acc. c. inf.*: Cic. ac. 2, 43 -entium ...hominum illa vera ... esse. Hor. epist. 1, 19, 44 -is ... manare poetica mella te. Liv. 5, 26, 5 nulla re alia -entes ea satis tuta

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse quam difficultate aditus. 9,38,10. 22,26,7 *al. saepe. inf.*: LVCAN. 4,615 ille parum -ens pedibus contingere matrem. STAT. Theb. 9,848 ipsum ... lassa -it prosternere dextra. AVSON. 153,53 si opto magis quam -o bonus purusque probari. quod: TERT. resurr. 11 p. 40,6 -endo, quod tantum deus valeat. ut: *v. p. 695, 62. 64. i. q. audere, non cunctari*: VERG. Aen. 5,69 qui ... crudo -it pugnam committere caestu. SIL. 7, 599 -sum ... manus conferre Mahalcen.

oppos.: diffido (LIV. 22, 13, 3 MAXIMIN. c. Ambr. 33, 28), dubito (CIC. Att. 10, 8, 2 AVSON. 469, 4), timeo (PANEG. 10 (4), 24, 7 Ps. HIL. libell. 22 p. 749D).

compos.: confido. diffido.

✖*part. pro adi.* **fīdēns**, -tis. *de formis: abl.* -i: CIC. Tusc. 1,110 carm. frg. 22 (div. 2, 64), 22 NEP. Ham. 3, 1 *al.* -e: VAL. MAX. 7, 2, 5 STAT. Ach. 1,18. *gen. plur.* -ium: AMM. 21,5,7 (CIC. ac. 2, 43 *non adi., v. p. 696,83*). *de usu: v. p. 695,13. compar.* -ior *legitur inde a* VAL. MAX. 6, 3, 2 (-s magis: OV. hal. 55); *superl.* -issimus *inde ab* AMM. *i. q. sibi fidens, alacer, fortis, impavidus sim.* (*discernitur a* confidens: CIC. Tusc. 3, 14 qui fortis est, idem est -s, quoniam confidens ... in vitio ponitur. ... qui autem est -s, is profecto non extimescit). 1 *de hominibus*: CIC. Att. 14, 16, 3 non est -is hoc testimonium, sed potius timentis. VERG. Aen. 11, 370 adversum -s fer pectus in hostem. LIV. 22, 13, 3 dubium Hannibalem alternisque -em ac diffidentem. 27, 2, 5 addidit et aliam -is speciem, quod prior in aciem eduxit. APVL. met. 5, 2 *Psyche* paulo -ior intra limen sese facit (TERT. ieiun. 12 p. 290, 22 eo ... -ior processurus ad certamen e custodia. AMM. 17, 12, 9 -es ad principis venere conspectum). VEG. mil. 4,12 quodsi a -bus sive militaribus viris repellatur prima congressio. VVLG. Sirach 19, 10 -s (θάρσει), quoniam non te dirumpet. CYPR. GALL. iud. 558 *mella* -ior offert fratribus. 2 *de rebus*: CIC. Tusc. 1, 110 -i animo (NEP. Ham. 3, 1 VAL. MAX. 7, 2, 5. *cf.* 3, 7, 3 -is animi dicti[que] ... auctorem. SEN. epist. 23, 3 animus esse debet alacer et -s et super omnia erectus). carm. frg. 22 (div. 2, 64), 22 Calchas haec est -i voce locutus. VAL. MAX. 6, 3, 2 nihil ... hac severitate -ius. STAT. Ach. 1, 18 longo necdum -e paratu. APVL. Plat. 2, 20 -i et securo gradu (CYPR. GALL. Ios. 151). AMM. 18, 10, 2 impetu -i (27, 10, 12 -issimo impetu). AVG. de duab. anim. 6 p. 57, 21 *visibilium* esset nobis nullo modo certior cognitio, sed consuetudo -ior. GREG. M. moral. 1, 46 *fides, spes, caritas* bonis operibus -iores fiunt. ISID. eccl. off. 1, 35, 3 quanto ... -iori laude praedicamus ... victores. *nota: accedit genet.*: VERG. Aen. 2, 61 -s animi (animo *R, cf.* SERV. *ad l. et p. 696, 45.* TAC. ann. 4, 59). LVCAN. 9, 373 armorum -s. STAT. Theb. 6, 678 operum -s. *accedit* in *c. acc.*: APVL. met. 1, 3 ego in verba -ior ... inquam. *singulariter i. q. fidelis*: CYPR. mort. 15 (*opp.* perfidus) ACT. Petr. 32 p. 83, 21.

✖*adv.* **fīdenter** (*compar.* -ius *inde a* CIC. Att. 6, 1, 21; *fere pro positivo est apud* AMM. 14, 9, 5. 15, 8, 10 *al.; superl.* -issime *inde ab* AMM. 17, 1, 9). *i. q. -i animo* (παρρησίᾳ: ITALA Ioh. 16, 29 [cod. e]; μετὰ θάρσους: RVFIN. hist. 11, 15). *usque ad* SVET. *omnes locos attuli.* CIC. de orat. 1, 240 ille -r ... confirmare. Att. 6, 1, 21 paulo vellem -ius *te respondisse* (AVG. c. Cresc. 2, 27, 35 p. 395, 23). fin. 2, 21 sane ... -r ... inquit (nat. deor. 1, 18 VAL. MAX. 6, 4, 5. ITALA Ioh. 16, 29 [cod. e] -r loqueris [παρρησίᾳ, VVLG. palam]. *sim. saepe*). ac. 2, 24 *sapientia* suscipere aliquam rem aut agere -r audebit (SVET. Nero 3, 2 summam imperii ... neque suscipere neque recusare -r ... ausus). div. 2, 67 timide fortasse signifer *signum* evellebat, quod -r infixerat. SEN. epist. 104, 22 stare -r (AMM. 31, 10, 9). COLVM. 3, 1, 7 -r easdem *vites* tenaces ... committet. TAC. hist. 3, 9 pro causa -r ... praesumpsere (rescripsere *Freinsheim*). APVL. met. 2, 23 -r accessit (4, 1 invado. AMM. 18, 2, 3 quo -r ... digresso. *sim. saepe*). AMM. 14, 10, 9 -ius resistebant. 19, 5, 2 dimicantes ... -issime (fidendissimae *trad.*). AVG. persev. 14, 36 quod vidit fidelissime, et -issime definivit. *dub.* RVRIC. epist. 2, 17 p. 402, 5 non pontificali auctoritate, sed fraterna pietate -r (-entes *dubitanter coni. Engelbr.*) scribere.

synonyma et coniuncta: ad -s: alacer: SEN. epist. 23, 3. erectus: TAC. ann. 4, 59 (*cf.* SEN. epist. 23, 3). fortis: CIC. Tusc. 3, 14. militaris: VEG. mil. 4, 12. securus: APVL. Plat. 2, 20. sublatus: OV. hal. 55. subnixus: LIV. 4, 42, 5. *ad* -r: audacter: AVG. civ. 4, 4 p. 101, 6 D. fortiter: PASS. Mar. Iac. 12 p. 62, 4. cum hilaritate: PS. HIL. libell. 9 p. 741A.

oppos.: ad -s: timens: CIC. Att. 14, 16, 3. *ad* -r: cunctanter: AVG. pecc. mer. 3, 10, 18 p. 144, 19. timide: CIC. div. 2, 67.

deriv.: fidentia.

compos.: praefidens. *cf. Onomast.* *Bauer.*

✖**fīdūcia**, -ae *f.* [*cf. c.* fidere. *Th.*]. *de notione*: NON. p. 310, 19 -a est audacia. Sallustius lib. II (hist. frg. 2, 111) 'ita -a quam argumentis purgatiores dimittuntur'. -a confidentia. Vergilius Aen. lib. IX *v. p. 699, 39* (*cf.* VVLG. Phil. 3, 4 confidentiam, *ubi* MAR. VICTORIN. in Phil. 3, 4 p. 1218B, *secundum vetustiorem versionem, exhibet* -am). DON. Ter. Andr. 876 confidentia interdum in mala significatione, interdum in bona significatione ponitur; sed -a semper in bona significatione ponitur. SERV. Aen. 1, 132 hoc loco -am pro confidentia posuit, cum -a in bonis rebus sit, confidentia in malis (SERV. auct. Aen. 2, 61 sane veteres -am interdum pro crimine et audacia ponebant, ut Sallustius [*seq. eadem verba quae ap.* NON. *p. 697, 76*]). DIFF. ed. Beck p. 58, 24 inter -am et confidentiam: -am habet siquis honeste vivit, confidentia est cum vitio temeritatis (DIFF. gramm. suppl. 287, 26 inter -am et confidentiam hoc interest, quod confidentia est cum vitio [*Gothofredus*, convictio *trad.*] temeritatis, -am habet, siquis honesta conscientia vivit et fiducialiter vivit). ISID. diff. 1, 217 -a in bonis rebus, confidentia in malis est. *cf.* GLOSS. V 183, 5. GLOSS. πεποίθησις. -am ἄδειαν. IV 239, 4 fretus -am habens. *de usu: legitur inde a* PLAVTO; *num. pluralis tantum de iuris civilis instituto inde a* CIC. (*p. 701, 21*). [*loc. dub.*: PALLAD. 14 pr. 1 habes aliud indultae fidei (*i. erga te; sic codd. praeter H, ex quo* -ae *recep. Schmitt, vix recte, cum haec scriptura interpolata sit, ut videtur, ex* 14, 9 crescens -a carmen obtulit, *ubi sensus diversus est, sc. crescente audacia auctor post prosaicos libros carmen profert*). *loci corrupti*: TER. Andr. 613 qua -a (*codd. contra leges metricas*; audacia *Fleckeisen*) id facere audeam? CVRT. 5, 9, 8 (*v. p. 703, 15*). *ex coniectura legitur*: BELL. Afr. 19, 4 spe atque -a (*Landgraf*, ea audacia *trad.*)]

I *i. q.* ***actio confidendi*** *sive ea* ***animi condicio,*** *qua quis ad confidendum sive ad audendum proclivis est*: **A** ***generatim*****:** **1** *sine supplementis sive additamentis illis quae posui sub 2*: CIC. inv. 2, 163 fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se -ae certa cum spe collocavit. CAES. Gall. 7, 76, 5 -ae (-a β) pleni (HIRT. Gall. 8, 9, 1 plena -ae consilia. VAL. MAX. 3, 7, 1c. 3, 7, 9 SEN. epist. 64, 3. 71, 34 *al.* CVRT. 9, 2, 25. 9, 4, 25. FLOR. epit. 2, 6, 54 -a. AMM. 26, 2, 5). civ. 2, 4, 3 non minore animo ac -a, quam ante dimicaverant, naves conscendunt. 3, 72, 1 tantum -ae ac spiritus Pompeianis accessit, ut *eqs.* 3, 96, 1 nimiam (NEP. Pel. 3, 1 OV. ars 1, 707 LIV. 33, 14, 9 TAC. Agr. 37. *cf.* SALL. hist. frg. 2, 53 ubi -a nimius). HIRT. Gall. 8, 10, 1 et operum magnitudinem et timorem suum sperabat -am barbaris allaturum (BELL. Alex. 10, 5 nox ... allatura videbatur maiorem -am illis, qui locorum notitia confidebant. VAL. MAX. 2, 6, 2 ne hostibus -ae aliquid afferret). BELL. Alex. 74, 1 ad ostentationem regiae -ae (CVRT. 8, 11, 20 cum ostentatione ... -ae). SALL. Catil. 35, 1 tua fides ... -am commendationi meae tribuit. or. Lep. 22 maxumam mihi -am parit victor exercitus. VERG. Aen. 9, 124 (= 10, 276) at non audaci Turno -a cessit (*cf. p. 699, 38.* STAT. Theb. 8, 531 animo vis ac -a cessit. *cf.* 12, 703 cessat -a valli). 10, 152 humanis quae sit -a rebus admonet (*audacius dictum; sc. quam parva -a in humanis rebus habenda sit. cf.* LIV. 8, 8, 8 accensos, minimae -ae manum). CVLEX 24 tu, cui meritis (*? cf. Leo ad l.*) oritur -a chartis (*i. carmini*). OV. epist. 15, 321 fallax (met. 11, 430 *al.*). met. 9, 121 vana (PHAEDR. app. 7, 5 CVRT. 3, 8, 10 TAC. ann. 15, 10 *al.*). LIV. 10, 25, 4 *exercitu* eo plus -ae ac spei gerente, quod *eqs.* (COD. Iust. 3, 26, 9 [*a. 365*] universi -am gerant, ut, cum quis ... fuerit vexatus iniuriis, ... deferre querimoniam ... non dubitet. EVGRAPH. Ter. Haut. 160 'confido' hoc est -am gero. GLOSS. IV 344, 48. 518, 29 fretus -am gerens. *cf. p. 699, 69*). 33, 14, 9 ut fit ab nimia -a (38, 55, 13 ab eadem -a animi ... claves poposcisse). SEN. contr. 1 praef. 21 quaestiones eius quam dicturus erat controversiae proponebat, quod summae -ae est. contr. exc. 4, 6 ille ... mixtus color utrumque corrumpit, et ignorantis fidem et non indicantis -am. CELS. 3, 5, 2 die quarto demum, si corpus integrum est, *cibo* cum -a utendum. CVRT. 3, 12, 23 nec quicquam ex pristinae fortunae magnificentia captivis praeter -am defuit. 4, 2, 10 parva dictu res Tyriorum -am accendit. PETRON. 100, 2 haec ut infra -am posui ('*persuadebat sibi illa citra -am*' *Büch.*) fraudavique animum dissidentem. QVINT. inst. 4, 1, 33 -a ipsa solet opinione arrogantiae laborare. decl. 315 p. 242, 9 nullam -am ex hac ... gratia capias (SVET. Dom. 7, 3 L. Antonius ... -am cepisse etiam ex depositorum summa videbatur. APVL. met. 10, 14 PANEG. 10 [4], 19, 5 CASSIOD. hist. 6, 44 p. 1059C). IVV. 6, 553 Chaldaeis sed maior erit -a (CYPR. GALL. iud. 116 nulla meis data est -a iussis). 13, 110 cum magna malae superest audacia causae, creditur a multis -a. 15, 155 laribus coniungere nostris tectum aliud, tutos vicino limine somnos ut collata daret -a. PLIN. epist. 4, 17, 10 ne qua parte videar hanc de me -am providentissimi viri destituisse. 4, 25, 4 tantum licentiae pravis ingeniis adicit illa -a 'quis enim sciet?' APVL. met. 7, 9 -am vestri causa sollicito mihi tribuite. TERT. bapt. 6 ad -am spei nostrae (AMM. 20, 5, 8 BACHIAR. repar. laps. 10). resurr. 1 p. 25, 3 -a Christianorum resurrectio mortuorum. ITALA II Macc. 7, 11 et cum -a ait: e caelo ista possideo (Marc. 8, 32 [cod. k] cum -a sermonem loquebatur [παρρησίᾳ, VVLG. palam]. VVLG. act. 4, 29 da servis tuis cum omni -a loqui [μετὰ παρρησίας πάσης] verbum tuum. 4, 31. 19, 8. II Cor. 7, 4 multa mihi -a est apud vos [πολλή μοι παρρησία πρὸς ὑμᾶς. VAL. CEM. hom. 15, 1 multa mihi loquendi apud vos -a est]. Eph. 6, 19 detur mihi sermo in apertione oris mei cum -a. GEST. Pilat. 2, 3 quod non haberent -am in populo [διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς παρρησίαν ἐν τῷ λαῷ]. *cf.* GLOSS. παρρησία καταχρηστικῶς). PANEG. 7 (6), 10, 5 veterem illam Romani imperii -am, quae de captis hostium ducibus vindictam morte sumebat. VEG. mil. 3, 18 et tuis auges confidentiam et adversariis -am minuis (3, 22 et suis -am minuit et inimicis addit audaciam. *cum utroque loco cf. p. 697, 76*). CASSIAN. inst. 4, 32 pro illa quae nobis fuerat apud (*cf. l. 73*) ipsum in monasterio nostro -a (familiaritas *sive* familiaritate *al.; de vocis* -ae *significatione cf.* AGOR. Carm. epigr. 111, 50 quanta amicis iungimur -a).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MART. CAP. 5, 426 ecce quaedam sublimissimi corporis ac -ae grandioris . . . femina . . . ingreditur (5, 435 *Rhetorica* intrepida et -ae promptioris tam Palladis quam ipsius Cyllenii deosculata pectus). *nota:* LIV. 45, 31, 10 -ae plus animorumque esse Achaeis ad non parendum credebant.

2 *accedunt supplementa:* **a** *pronomen possessivum ad significandum eum hominem, in quo quis -am habet:* PLAVT. Aul. 586 ibo ad te fretus tua, Fides, -a. Bacch. 413 nunc propter te tuamque pravos factus est -am (*cf. p. 674, 77*). 752 mea -a opus conduxi et meo periclo rem gero. Poen. 1209 mea -a hercle haruspex . . . his (*puellis*) promisit, scio, libertatem, quia me amare hanc scit. Trin. 117 *adulescens* tuae mandatus est fide et -ae (142 quod meae concreditumst taciturnitati clam, fide et -ae. *cf. p. 701, 10. conceptis verbis* fide et -ae, fidi -ae causa *mutua ratio, quae in causa mandati, depositi sim. inter homines intercedit, clare significatur, cum* fides *spectet ad eum, cui aliquid mandatur,* -a *ad mandantem*). CIC. Verr. 6, 176 cum ea quae faciebat tua se -a facere dicebat. *huc pertinet:* PLIN. nat. 22, 15 vivimus aliena -a.

b *genetivus obiectivus* (*cf. p. 700, 74*): *α genetivus nominis sive pronominis* (*tam de animantibus quam de rebus, in quibus -a reponitur vel de quibus -a concipitur*): PLAVT. Most. 37 mei tergi facio haec, non tui -a (*i. fere i. q. periculo, cf. l. 10*). CIC. Verr. 1, 40 se (*Verrem*) habere hominem potentem, cuius -a provinciam spoliaret. 6, 167 hac una . . . -a civitatis (*Romanae*) . . . fore se tutos arbitrantur. Tusc. 5, 2 virtutis -a nitendum nobis ad spem beate vivendi. Lael. 52 *in tyrannorum vita* nulla stabilis benivolentiae potest esse -a. ad Q. fr. 2, 10, 5 arcae nostrae -a. BITHYN. Cic. epist. 6, 16 cuius (*nostrae amicitiae*) -a peto a te, ut *eqs.* BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 3, 3 quorum (*neutr.*) -a nihil est quod nos terreas. CAES. Gall. 7, 19, 2 hoc se colle . . . Galli -a loci (LIV. 27, 18, 8. 29, 33, 4 *al.* SEN. dial. 5, 22, 4 CVRT. 4, 2, 5. 7, 11, 22 FLOR. epit. 2, 8, 11) continebant. civ. 1, 20, 2 ducem suum Domitium, cuius spe atque -a permanserint. 2, 37, 1 tantam habebat suarum rerum -am. 3, 96, 1 victoriae (BELL. Alex. 32, 1 BELL. Afr. 31, 5 VELL. 2, 113, 1 CVRT. 3, 11, 14 *al.*). BELL. Alex. 74, 3 -a veterani exercitus sui. SALL. hist. frg. 3, 84 -a gnaritatis locorum. VERG. Aen. 1, 132 tantane vos generis tenuit -a vestri? 2, 162 coepti -a belli (OV. epist. 16, 19 quae sit -a coepti). 8, 395 -a cessit quo tibi, diva, mei? 9, 142 medii -a valli. 9, 188 quae Rutulos habeat -a rerum. 11, 502 sui merito siqua est -a forti (LIV. 7, 33, 5 cum -a sui sine contemptu hostium. 10, 14, 17. 25, 37, 12 *al.* VAL. MAX. 3, 7 tit. de -a sui. SEN. benef. 6, 42, 1 dial. 9, 11, 1 *al.* PLIN. epist. 4, 11, 8 paneg. 26, 6 POMPON. dig. 1, 2, 2, 49 APVL. met. 2, 25 AMM. 14, 11, 15 *al.*). PROP. 3, 24, 1 falsa est ista tuae, mulier, -a formae (OV. ars 1, 707 nimiast inveni propriae -a formae. met. 2, 731 [= 3, 270] tanta est -a formae. 4, 687 quanta . . . maternae fuerit -a formae. 8, 434 nec te -a formae decipiat. 14, 32 [*cf.* epist. 16, 123 non est tanta mihi -a corporis]. CVRT. 8, 3, 4 formae). OV. met. 1, 356 vitae . . . nostrae. 7, 309 muneris huius. 9, 120 quo te -a . . . vana pedum . . . rapit? 12, 625 tantae -a laudis. Pont. 4, 1, 27 futuri. trist. 5, 2, 71 pacis. LIV. 1, 30, 4 virium (6, 23, 2. 42, 54, 5. 42, 62, 14 VELL. 2, 112, 3 SEN. epist. 80, 8 COLVM. 6, 2, 14). 2, 52, 6 cum multa -a innocentiae gratiaeque. 35, 46, 7 alterius . . . praesidio et -a (39, 25, 12 -a et praesidio legatorum). 38, 8, 3 Antiochi. SEN. suas. 5, 2 melioris eventūs. VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 tanta -a ingenii ac morum suorum fretus (PS. AVG. quaest. test. 115, 5 p. 319, 12 hi, qui freti -a fidei spem futurorum expectant). 9, 1, 3 licentioris vitae. CELS. 2, 8, 26 secundae valetudinis. 5, 26, 34[D] redditae sanitatis. SEN. benef. 6, 33, 2 permansurae semper potentiae. epist. 74, 4 *procella* in ipsa sereni -a solet emergere. 94, 46 duae res plurimum roboris animo dant, fides veri et -a (AVG. civ. 10, 9 p. 415, 8 D. fiebant . . . simplici fide atque -a pietatis). LVCAN. 4, 538 mortis (SIL. 10, 218). 4, 685 ferri (10, 427). QVINT. inst. 2, 15, 7 orationis. 5, 6, 2 conscientiae suae. decl. 343 p. 355, 10 tui (p. 355, 23 *Gronov.*, tua *trad.*). TAC. Agr. 1 morum. FRONTO p. 171 N. amoris erga te mei. POMPON. dig. 1, 2, 2, 49 studiorum suorum. 40, 12, 43 libertatis (PAVL. dig. 40, 12, 41). VLP. dig. 47, 10, 32 magistratūs. TERT. resurr. 31 p. 69, 18 resurrectionis. PASS. Mar. Iac. 6 p. 53, 11 ad -am spei salutaris (FIRM. err. 24, 1 -am bonae spei habere). RVFIN. Basil. reg. 145 his, quorum -am quis gerit (AVG. civ. 3, 4 p. 101, 9 D. animus humanus velut divinae stirpis -am gerens. *cf. p. 698, 47*). *β genetivus gerundii sive gerundivi cum nomine coniuncti:* CIC. Scaur. 23 quae fuit ista tam ferox, tam explorata huius opprimendi -a? CAES. civ. 2, 38, 2 -a rei bene gerendae. 3, 25, 2 maioremque -am prohibendi habebant. NEP. Ages. 4, 2 *cum* maximam . . . haberet -am regni Persarum potiundi. LIV. 6, 33, 10 ex prope certa -a mox capiendae arcis. 10, 42, 6 bene gerundae rei. 33, 14, 5 -am Androstheni fecerunt acie decernendi. SEN. suas. 6, 24 certior . . . inimicis aggrediendi -a VAL. MAX. 8, 11, 1 manus cum hoste conserendi. SEN. epist. 97, 13 latendi (APVL. met. 10, 14). nat. 7, 29, 3 inveniendi. QVINT. inst. 1 prooem. 3 praestandi. 7, 2, 30 falsa obiciendi. decl. 269 p. 99, 13 negandi. TAC. hist. 5, 20 patrandi. ann. 13, 39 caput gentis Artaxata aggrediendi. PLIN. epist. 9, 1, 3 scribendi. FLOR. epit. 3, 5, 16 resistendi. PANEG. 5 (8), 18, 1 si -am pervagandi qua patebat habuisset. 9 (12), 1, 5 aemulandi. 11 (3), 18, 6 repensandi.

c *accedit ad ablativum vocis* -a *pronomen sive interrogativum sive demonstrativum* (*huiusmodi locutiones quasi adverbii vicem tenent*): PLAVT. Epid. 697 qua -a ausu's . . . dicere . . .? :: libuit: ea -a. CAES. civ. 2, 31, 2 qua . . . -a . . . castra expugnari posse confidimus (VVLG. Is. 36, 4 quae est ista -a, qua confidis?). LIV. 1, 30, 4 hac -a virium Tullus Sabinis bellum indicit. PLIN. nat. 35, 105 interrogatus . . . qua -a extra muros ageret. QVINT. decl. 278 p. 135, 18 hac -a alimenta solvisti. 328 p. 290, 24 qua -a fecit, quod me non timuit offendere. 353 p. 384, 10 ea -a esse illum infitiatum. 388 p. 438, 9 qua -a? SVET. Iul. 24, 2. Aug. 94, 2 qua -a Veliterni . . . belligeraverant. TERT. adv. Marc. 2, 13 p. 353, 13 de eiusmodi qua -a bonum sperem? PACIAN. epist. 1, 2 nos non ea -a scripsimus, qua repugnanti aliquid persuadere possimus. AMM. 17, 1, 13 hac -a tres . . . reges venerunt. HIER. epist. 54, 7, 2 qua -a erigit ad caelum vultus? SVLP. SEV. Mart. prooem. 2 ea tibi -a libellum edidi, qua nulli a te prodendum reor, quia id spopondisti.

d *pendet acc. c. inf. sive infinitivus sive* ut: *α acc. c. inf.* (*nota adamari infinitivum* posse): OV. ars 1, 269 prima tuae menti veniat -a cunctas posse capi. 2, 349 cum tibi maior erit -a posse requiri (*sc. te*). LIV. 36, 7, 11 quae igitur res mihi -am praebet coniungi nobis Philippum posse? SEN. epist. 32, 2 habeo quidem -am non posse te detorqueri. TAC. ann. 11, 28 ipsa facilitas imperatoris -am dabat, si . . . praevaluissent, posse opprimi damnatam ante quam ream. PLIN. paneg. 70, 4 hanc habere -am paratum esse sanctitati, industriae suae maximum praemium. SVET. Otho 5, 2 haud dubia -a . . . pluris affuturos. *β infinitivus:* SIL. 1, 591 haud ulli contra -a surgere vento. HIL. op. hist. frg. 2, 2 qui . . . habent -am probare ea quae absentes dicunt. AVIEN. orb. terr. 1222 veteres accedere Colchos nulla inerat menti -a. HIER. in Ier. 28, 1—3 a p. 342, 5 habetque -am in templo domini loqui contra prophetam. ut: QVINT. inst. 5, 12, 1 neque mihi -a est, ut ea sola esse contendam.

variae structurae et locutiones: **1** est *alicui* (*dativus nonnumquam deest*) -a in *aliquo sive* in *aliqua re:* LIV. 24, 5, 14 tantum illis in virtute ac fide Theodoti -ae fuit. 28, 34, 6 in causa sua -am sibi fuisse. 30, 28, 9 quibus erat ingens in Scipione -a et victoriae spes. 34, 28, 4 cum in se cuique minimum -ae esset. 34, 28, 8 mercennarios milites, in quibus omnis -a erat. SEN. benef. 7, 23, 1 quotiens parum -ae est in iis quibus imperes. LVCAN. 8, 306 o utinam non tanta mihi -a saevis esset in Arsacidis. 8, 447 in solo tanta est -a Nilo. STAT. Theb. 5, 167 *cervae* in volucri tenuis -a cursu. QVINT. inst. 7, 1, 63 si in iure minus -ae erit. decl. 246 p. 8, 20 miles, in quo plurimum -ae, in quo maximum momentum videbatur. 371 p. 408, 27 ⟨in⟩ invidia tantum criminis -a erat et in timore tuo. IVV. 10, 306 tanta in muneribus -a. TAC. hist. 2, 77 nec mihi maior in tua vigilantia parsimonia sapientia -a est quam in Vitellii torpore *eqs.* FLOR. epit. 2, 2, 4 tanta in virtute -a est. VVLG. prov. 22, 19 ut sit in domino -a tua. **2** habeo -am: **a** in *aliquo* (*aliqua re*): SEN. contr. 4 praef. 2 parum in illis habuit -am. SEN. clem. 1, 15, 5 debuisset . . . satis -ae habere in bona conscientia. QVINT. decl. 264 p. 78, 21 si in hac parte haberent -am. 265 p. 82, 23 ne ipse quidem adversarius tantum in exemplo -ae habet. 350 p. 377, 2 non tam in defensione (-em *al.*) -am habet quam in lege (-em *al.*). FRONTIN. strat. 2 praef. si satis -ae in praesentibus copiis non habe⟨a⟩mus. 2, 5, 33 eo . . . proelio -am regi, quam in equestribus copiis habebat, detraxit. LACT. epit. 48 (53), 4 habemus . . . -am in deo. IVST. 31, 7, 2 non maiorem -am se in Hannibale victo quam Romanos in victore Scipione habere. SCHOL. Cic. Bob. p. 163, 23 St. VVLG. deut. 28, 52 in quibus habebas -am (*saepissime* VVLG.). HIER. in Ier. 7, 4—7 p. 95, 15 ne -am habeamus in aedificiorum splendore. *al.* **b** ad *aliquem* (*cf. etiam p. 699, 4*): HIER. in Eph. 3, 12 p. 595[C] nihil nobis ita potest ad deum (*παρρησίαν πρὸς τὸν θεόν*) praebere -am. VVLG. I Ioh. 3, 21 -am habemus ad deum. 5, 14 haec est -a, quam habemus ad eum. AVG. c. Iul. 1, 6, 25 habebat ad deum -am. vera relig. 47, 91 non eum magis diligit, sed ad eum habet maiorem -am. **c** super *aliqua re, aliquem:* VVLG. Is. 31, 1 habentes -am super quadrigis, quia multae sunt. 36, 5 super quem habes -am, quia recessisti a me? **3** repono -am in *aliqua re:* VAL. MAX. 3, 7, 7 tantum -ae in sua innocentia reposuit. ASCON. Scaur. p. 23, 7 St. Scaurus summam -am in paterni nominis dignitate, magnam in necessitudine Cn. Pompeii Magni reponebat. PLIN. epist. 3, 9, 16 in quibus (*defensionis partibus*) omnem -am reponebat. *cf.* AMM. 14, 11, 23 -am omnem fundandae securitatis in eodem posuit abolendo. **4** facio *aliquid,* fit *aliquid* ex -a (*haud raro accedit genetivus obiectivus*): LIV. 26, 19, 2 impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani aut ratio ex -a rerum subicere solet. 32, 5, 13 ut terrorem hostibus suisque spem ex -a faceret. 42, 62, 14 Perseus hanc ipsam superbiam, quippe ex -a virium esse, timere. CVRT. 3, 1, 17 haec *turba* sollicita ex temeraria regis -a. QVINT. inst. 12, 7, 3 nec odisse improbos nec simultates provocare nisi ex -a bonae mentis videbantur. decl. 338 p. 333, 15 nec huic (*adulescenti*) libertas ex -a deerat. TAC. hist. 2, 11 quo plus virium ac roboris, e -a tarditas inerat. PLIN. epist. 4, 11, 8 ex -a sui an ex contemptu principis dixerit, dubium est. FLOR. epit. 3, 6, 13 non ex -a, sed quia oppressi

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erant, ausi videbantur. TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 646, 25 quod alii ex -a vinculorum eius audentius sermonem enuntiarent.

B ***speciatim:*** *pertinet ad iuris civilis instituta* (*cf. Manigk, PW. VI 2287 sqq.*): **1** *ad certam quorundam negotiorum condicionem definiendam usurpatur formula* fidi -ae causa (*hanc ampliorem formulam pro breviore illa, quam apud Gaium legimus, antiquitus sollemnem fuisse et forma genetivi* fidi *docet et asyndeton. de notione v. p. 699, 13*): FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 3 *Dama* fundum Baianum ... HS n(ummo) I et hominem Midam HS n(ummo) I fidi -ae causa mancipio accepit. GAIVS inst. 1, 114 aut matrimonii causa facta coemptio dicitur aut -ae. *ibid.* quae ... alterius rei causa facit coemptionem aut cum viro suo aut cum extraneo, veluti tutelae evitandae causa, dicitur -ae causa fecisse coemptionem. 2, 59 qui rem alicui -ae causa mancipio dederit (2, 220. 3, 201) vel in iure cesserit. **2** *ipse contractus, qui -ae causa fit, abscise* -a *appellatur*: CIC. Q. Rosc. 16 si qua ... sunt privata iudicia summae existimationis et paene dicam capitis, tria haec sunt, -ae, tutelae, societatis (Caecin. 7 qui per tutelam aut societatem aut rem mandatam aut -ae rationem fraudavit quempiam. nat. deor. 3, 74 inde tot iudicia de fide mala, tutelae, mandati, pro socio, -ae. off. 3, 70 *fidei bonae nomen* versari in tutelis societatibus -is mandatis *eqs.* LEX Iul. munic. [Corp. I² 593] 111 queive iudicio -ae pro socio tutelae mandatei iniuriarum deve d(olo) m(alo) condemnatus est erit. GAIVS inst. 4, 33 eiusdem naturae sunt actiones commodati, -ae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles. 4, 62 *sunt bonae fidei iudicia* mandati, depositi, -ae *eqs.* 4, 182). off. 3, 61 reliquorum ... iudiciorum haec verba maxime excellunt: ... in -a 'ut inter bonos bene agier' (epist. 7, 12, 2 ubi porro illa erit formula -ae: 'ut inter bonos bene agier oportet'?). GAIVS inst. 2, 60 cum -a contrahitur aut cum creditore pignoris iure aut cum amico, quo tutius nostrae res apud eum sint (VLP. dig. 38, 17, 2, 15 quamvis -am contraxerint). PAVL. sent. 2, 13, 6 actio -ae (FRG. Vat. 334ª -ae actionem). 2, 13, 7 iudicio -ae. MOD. coll. Mos. 10, 2, 1. CORP. XIV 3031, 12 ex causa successionis vel donationis venditionisque sive -ae.

II *i. q.* ***res fiduciaria, pignus,*** *hypotheca* (GLOSS. *ὑποθήκη, ἐνέχυρον*): **A** ***proprie:*** CIC. Flacc. 51 pecuniam adulescentulo grandi faenore, -a tamen accepta (top. 42 si *fidem praestare debet*, qui -am acceperit), occupavisti. hanc -am commissam tibi dicis; tenes hodie ac possides. FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 10 usque eo is fundus eaque mancipia -a⟨e⟩ essent. LEX de villae Magnae colonis (Bruns fontes⁷ n. 114) 4, 8 -eve (*i.* -aeve) data sunt dabuntur (PAVL. sent. 2, 13, 6 rem -ae datam. 3, 6, 16 rem legatam testator si postea pignori vel -ae dederit. 3, 6, 69 *virgines sive pueri* qui -ae dati sunt. 5, 1, 1). PAVL. sent. 1, 9, 8 distractiones eorum pignorum et -arum, quas pater obligaverat (2, 13, 1 distractis -is). 2, 13, 3 debitor creditori vendere -am non potest. 2, 13, 4 causa pignoris vel -ae. AMBR. Tob. 12, 40 p. 541, 9 *homo* hypothecas flagitat: pignus usurpat, -as vocat. SIDON. epist. 4, 24, 1 nil ... loco -ae pignorisque vel argenti sequestrans vel obligans praediorum.

B ***translate*** *de quibuslibet hominibus sive rebus, quae quasi pignoris loco periclitantibus sim. securitatem spondent*: CAES. Gall. 7, 38, 9 ostendit cives Romanos, qui eius praesidii -a una erant. CIRIS 380 tanta est *Niso* in parvo -a crine cavendi (*sc. ipso crine tamquam pignus satis cautae mentis continetur; nullis igitur filiae dolis movetur*). OV. met. 8, 10 *purpureus Nisi crinis* magni -a regni. trist. 5, 6, 1 tu quoque, nostrarum quondam -a rerum, qui mihi confugium, qui mihi portus eras, ... curam dimittis amici. SIL. 8, 607 maxima tot populis rector -a Brutus ibat. *fere i. q. testimonium, documentum*: PS. QVINT. decl. 2, 1 viderit qui -am veritatis putat quod caeco facinus obiectum est. 18, 3 quae pudicitiae prima -a est, edidit partum quem maritus agnosceret. PANEG. 11 (3), 26, 1 quae perpetuae et constantis benivolentiae prima -a est, ... veritas. COD. Iust. 1, 3, 22, 2 (*a. 445*) *clerici* litteris episcopi, cui unusquisque iter faciens obsequitur, muniti adveniant: scituri quod, si citra hanc -am accesserint, sibimet imputabunt, quod non clerici ... esse putabuntur.

apposita et opposita selecta: animus: CAES. civ. 2, 4, 3 BELL. Afr. 48, 4 LIV. 45, 31, 10. arrogantia: SEN. epist. 87, 35 QVINT. inst. 4, 1, 33 (*cf.* 12, 5, 2) TAC. Agr. 1. audacia: LIV. 25, 37, 12 (*ex coniectura* 30, 29, 4) VAL. MAX. 6, 2, 5 SEN. epist. 87, 32 QVINT. decl. 351 p. 380, 15 IVV. 13, 110. praesidium: LIV. 35, 46, 7. 39, 25, 12. spes: CAES. civ. 1, 20, 2 BELL. Alex. 12, 2 BELL. Afr. 19, 4 (*ex coniectura, v. p. 698, 17*) NEP. Hann. 8, 1 VERG. Aen. 2, 162 LIV. 10, 25, 4. 28, 34, 6 SEN. epist. 16, 2 CVRT. 4, 10, 7 *al.* TAC. Agr. 3 SVET. Claud. 10, 3 FLOR. epit. 3, 5, 4 GELL. 2, 29, 2 PANEG. 10 (4), 27, 4 *al.* spiritus: CAES. civ. 3, 72, 1 PANEG. 10 (4), 19, 5. temeritas: BELL. Alex. 75, 1 CVRT. 9, 10, 28 PLIN. epist. 6, 29, 5 (*cf.* VAL. MAX. 3, 7, 5 -am non solum fortem, sed paene etiam temerariam).

deriv.: fiducialis, fiducialiter, fiduciarius, fiducio.

fīdūciālis, -e *a* fiducia (*adiectivum a Christianis quibusdam fictum* [*cf.* fiducialiter] *ab urbano recentis quoque aetatis sermone alienum est*): **1** *i. q. plenus fiduciae dei vel fidei Christianae*: HESYCH. in lev. 25, 44—46 p. 1133ᴮ sicut qui semetipsos a libera et a -i habitatione excludentes (*cf. seq. verba* propter infidelitatem). VITA Alc. Avit. 4 quae (*cuculla*) cum tribuente deo supra virum suum -i constantia (*sc. cum regina fiduciam futuri miraculi non amitteret*) fuisset expansa. **2** *de eo quod ita comparatum est, ut in eo fiducia haberi possit*: OROS. apol. 31, 9 *infans* panem suum non in sudore suo, sed in precibus sperans alimoniam vitae simplici petitione consequitur, quam -i opere non meretur.

✖fīdūciāliter *adv.* [*a* fiducia. *Th.*]. GLOSS. V 294, 20 fretus -r gerens (*cf. infra l. 61*). *totus usus fluxisse videtur ex sacra scriptura, in cuius vetere versione Latina nec non in Hieronymiana hoc adverbium saepius invenitur. notio ubique respondet ei, qua vocem* fiduciam *a Christianis usurpari videmus. compar. v. l. 65.*

i. q. licenter, confidenter, fidēliter (*v. l. 41. 62*).

1 *de licentia dicendi* (*cf. p. 698, 71*): **a** -r agere (GLOSS. II 399, 23 -r ago *παρρησιάζομαι. cf.* IV 361, 33 liberago -r ago). ITALA prov. 1, 20 (Iren. 5, 20, 1 Ambr. in psalm. 118 serm. 12, 51, 1) sapientia in exitu canitur, in plateis (amplis AMBR.) autem -r agit (*παρρησίαν ἄγει.* VVLG. dat vocem suam. *hunc locum laudat* RVFIN. Basil. hom. 5, 4. non in fundamentis neque in initiis, sed in summa perfectione -r agere sapientia designatur). Eph. 6, 20 (Mar. Victorin. in Eph. 6, 20) ut in ipso -r agam (*παρρησιάσωμαι ὡς δεῖ με λαλῆσαι.* VVLG. audeam prout oportet me loqui). VVLG. psalm. 11, 6 -r agam in eo (*παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ*). Sirach 6, 11 in domesticis tuis -r aget (*παρρησιάσεται*). 29, 31 ubi hospitabitur, non -r aget (*deest in* LXX) nec aperiet os. act. 9, 27 quomodo *Paulus* in Damasco -r egerit (*ἐπαρρησιάσατο*) in nomine Iesu. 9, 28. 14, 3. 18, 26. CLEM. ad Cor. 53 -r agit famulus ad deum. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 11 p. 180, 11 in verbo dei -r agens. CASSIOD. hist. 4, 24 p. 251ᶜ nostris consacerdotibus -r agentibus et nimis ingemiscentibus et imminentibus atque provocantibus eos *eqs.* **b** -r dicere, loqui: ITALA Ioh. 7, 13 (cod. f) nemo ... -r loquebatur de illo (*παρρησίᾳ ἐλάλει.* VVLG. palam loquebatur). IREN. 3, 12, 2 -r illis dicit de patriarcha David. ZENO 1, 5, 1 -r loquimur. AVG. epist. 147, 47 -r ille dixit. PS. AVG. serm. 4, 2 quod valde pauci ... in ecclesia -r et cum veritate dicere possunt. CASSIAN. conl. 7, 6, 1 -r dicunt. 14, 9, 2. EPISC. Gall. Leo M. epist. 99, 2 libere ac -r ... eloquantur.

2 *de variis actionibus*: ITALA I par. 19, 13 (VVLG. cod. Tolet.) agamus -r (VVLG. agamus viriliter *ἐνισχύσωμεν.* VVLG. Is. 12, 2 -r agam [*πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ*] et non timebo. HIER. in Is. 14, 28 p. 263ᴮ *pauperes spiritu* agent -r. FLAVIAN. Leo M. epist. 26, 3 consuete -r age secundum quod sacerdotio competit. EVGRAPH. Ter. Ad. 708 frater semper -r [*i. fideliter*] agit. CASSIOD. hist. 5, 24 permissionem dedit contra ecclesias agendi -r [*i. confidenter*] quodcumque placuisset). ITALA Col. 2, 15 (Priscill. tract. 1, 18 Aug. c. Faust. 16, 29) potestates transduxit (exemplavit AVG.) -r (*ἐν παρρησίᾳ.* VVLG. confidenter). VVLG. prov. 3, 23 ambulabis -r in via tua (CASSIOD. in psalm. 118, 47 in cordis latitudine -r ambulabat). Is. 14, 30 pauperes -r requiescent (PAVL. MED. bened. 4, 2 in domino Iesu Christo -r secura pace requiescunt). Os. 2, 18 dormire eos faciam -r. IREN. 3 praef. -r ac instantissime resistes eis. 3, 15, 1 ut -r portet nomen eius. HIER. adv. Pelag. 1, 26 (*verba Pelagii*) *sacerdotem debere* -r corripere peccantes, ne pro iisdem rationem reddat. PAVL. NOL. epist. app. 1, 8 -r futurorum bonorum tibi perpetuam felicitatem ... promittas (FVLG. Virg. cont. p. 105, 11 is qui bene agit bona sibi -r repromittit). AVG. serm. ed. Mai 47, 2 -r utique exaudiri se a domino postulavit. conf. 9, 13, 34 -r speramus aliquem apud te locum. OROS. hist. 7, 2, 2 *Romam* -r assurgentem post expulsos reges liberis uti coepisse consiliis. 7, 35, 15 *Theodosius* -r arma corripuit. CASSIAN. conl. 9, 33 orationes nostras -r praesumamus. 22, 4 -r audeamus. 24, 26, 11 hoc ... sancti ministerio merito ac -r perfruentur. RVRIC. epist. 2, 40 p. 425, 17 -r credo, quod *eqs.* FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 10 cuius rei credulitatem fideliter ac -r gerens (*cf. supra l. 7*) Paulus exultat. CASSIOD. hist. 4, 38 -r (*i. fideliter*) cum muliore vivebat.

B ***rem*** -are *re, in re, in rem sim., i. per similitudinem, allegoriam, parabolam describere, allegorizare sim.* (*usus est Christianorum proprius*): TERT. nat. 2, 13 p. 124, 3 modo in pretia luxuriae eum (*Iovem*) -ando . . ., modo in similitudines actuum ipsas, in aquilam *eqs.* (adv. Marc. 1, 13 p. 307, 19 -ans Iovem in substantiam fervidam). praescr. 31 *parabola* proprie . . . doctrinarum distinctionem -at. adv. Iud. 10 cuius retro corpus in pane (-em *al.*) prophetes -vit (nuntiavit *al.* adv. Marc. 3, 19 p. 408, 21 in panem . . . -vit). resurr. 30 p. 68, 9 recidivatus Iudaici status de recorporatione . . . ossuum -atur. scorp. 11 p. 170, 23 *Christus* in parabola seminis . . . arefacti in persecutionum -at ardorem (*absolute profertur etiam* AVG. c. mend. 13, 27 p. 508, 6 *a Christo* verbis interrogantis est -atum. *edd. delent* in. *an* in persecutionem?). adv. Marc. 4, 31 terrenas promissiones . . . in spiritalia -ari a creatore. 4, 40 p. 561, 7 vinum in sanguine (-em *Kroym.*) -vit. IREN. 1, 18, 1 *Moyses* quaternationem *dei, principii, caeli, terrae* . . . -vit (διετύπωσε). NOVATIAN. trin. 7 p. 898^{A} haec (*sc. dei definitiones*) -antur potius quam ita sunt. LACT. inst. 1, 11, 2 eleganter id quidem a poeta -atum, sed tamen non multum distat a vero. 1, 11, 26 cur *dei* . . . sic -antur? 1, 11, 36 quomodo aut quare quidque -etur (*al.* fingatur. *syn.* transfero). 5, 5, 7 poetae dictum . . . accipi oportet . . . more poetico -atum. HEGES. 5, 9, 2 cocco . . igneum caelum -atur (*αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ . . . τὸ πῦρ*). HIER. epist. 64, 18, 8 id . . . sub aliis nominibus et in cherubin quattuor animalibus -atum *esse.* adv. Rufin. 1, 28 quando dico 'tropicam *intellegentiam*', doceo verum non esse, quod dicitur, sed allegoriae nubilo -atum. PELAG. in Gal. 4 p. 817^{B} 'quae sunt per allegoriam dicta' hoc est alia ex aliis -ata. AVG. c. Parm. 7, 12 p. 33, 13 istas . . . voces quas in Philadelphia -vi (*Philadelphiam loquentem fecerat. cf.* nat. et grat. 54, 64 p. 281, 19 quorum in se voces -bat apostolus). gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 11 illud (*ovis in pascha immolatio*) non tantum dicendo -batur *a Christo*, sed etiam faciendo. civ. 16, 38 p. 187, 7 D. -atum est hic aliquid, quod ad magnum pertineat sacramentum. 17, 14 p. 236, 13 *David psalmos* aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum aliquid . . . -antibus. 20, 16 p. 444, 9 *Christus hoc saeculum* maris nomine -vit (GREG. M. moral. 1, 23 p. 537^{B} bovis nomine stultorum vecordia -atur. p. 537^{C} appellatione). CASSIAN. conl. 5, 21, 1 huius vitii naturam . . . sub hoc problematis -ans colore eleganter expressit. EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 891^{C} quod . . . in specie quadam scriptura -vit (*σχηματίζει*). *al. passim. pendet acc. c. inf.*: AVG. c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 4 quae illum venturum -bant (*i. allegorice praenuntiabant; opp.* quae illum iam venisse testantur. *sic PQ*; illo venturo -bantur *O*).

C *i. q. rei speciem repraesentare, prae se ferre, esse pro re*: **1** *oculis rei speciem ostendere*: MANIL. 1, 845 in orbes hirta -antes tremulo sub lumine menta. 4, 723 Aethiopes . . . tenebris . . . -ant perfusas hominum gentes. 5, 421 *delphinus* sinibus . . . fluctum -at. SEN. contr. 10, 5, 1 *senex* ad -andum Promethea satis tristis est. PETRON. 89 v. 6 robora, minacem quae -bant (-rent *edd.*) equum. GELL. 2, 21, 9 ex *septem stellis* quasi iuncti triones -antur (HYG. astr. 2, 19 p. 59, 21 *sidere quodam* Siciliam -atam *esse*). *adde* CLAVD. carm. min. 17, 21 consanguineos eadem cum forma -et. 29, 26 ferrea Martis forma nitet, Venerem magnetica gemma -at (*cf.* CARM. poet. min. V 116, 3 *Pallada* rota nulla -at).

2 *rei speciem menti (per symbolum, allegoriam) ostendere, saepe i. q. significare. usus est Christianorum proprius* (*pass.* -ari, -atum esse *re*, in, e, de *re*, in, per *rem [rei: infra l. 32*; pro *re: infra l. 26]. usus passivi nonnulla exempla etiam ad II B pertinere possunt*): TERT. anim. 18 ut quinque stultae *virgines* sensus corporales -verint. resurr. 13 p. 42, 1 universitas resurrectionem -at. castit. 6 typi, futuri alicuius sacramenta, . . . quos nuptiae tuae -ent (*i. quibus respondeant. cf.* VEREC. in cant. 9, 8 Iahel . . . synagogae typum poterit -are. *inde pass. i. q. typum esse* TERT. idol. 24 nullum animal [*in arca*] in idololatren -atum est. AVG. epist. 93, 6 p. 450, 11 quod istae duae mulieres . . . et duo filii earum . . . pro spiritalibus et corporalibus -entur). adv. Marc. 3, 18 p. 406, 8 sacramentum istud -ari in praedicatione (*cf.* HIER. in Ier. 4, 2, 5 p. 224, 8 ut manus artificis, dum nesciret, errore suo parabolam -ret. AMBR. hex. 5, 7, 17 *in mari* Christi -antur mysteria. AVG. civ. 16, 39 p. 188, 15 D. ut *Iacob* mysterium -ret. serm. ed. Mai 94, 3 *dies* in quibus quaedam significatio -atur). AMBR. Noe 15, 50 corpus humanum, cui arca . . . -atur. AVG. civ. 11, 2 p. 462, 28 D. deus cum homine non per aliquam creaturam loquitur corporalem . . . neque per eius modi spiritalem, quae corporum similitudinibus -atur. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887^{C} voluntatis *divinae* . . . momentum . . . speciatim -are praeceptum (*ἐν εἴδει προστάγματος σχηματίζεσθαι*). *inde passim apud Christianos de hominibus vel rebus, quibus typos temporum sequentium repraesentari arbitrantur, i. q. designare, praefigurare, praesignare, typum esse*: TERT. adv. Iud. 10 Ioseph . . . Christum -vit (-atus *pars codd. eadem verba* adv. Marc. 3, 18 p. 406, 15 [*ubi* -atus *codd.*, -at⟨ur⟩us *Engelbrecht; praeferam* ⟨in⟩ Christum -atus; *cf. l. 24 sq.*]. *cf.* 2, 26 p. 372, 14 Christum . . . in persona Moysi -atum. 3, 7 p. 387, 26 *hirci* utrumque ordinem Christi -ant). bapt. 8 ecclesia arcā -ata (anim. 43 ut de iniuria . . . lateris *Christi* . . . -retur ecclesia. AVG. civ. 18, 44 p. 324, 13 D. per illam civitatem . . . ecclesia gentium prophetice -ata). resurr. 32 p. 71, 9 bestia[s] feros . . . homines . . . -vit. HIL. in Matth. 10, 4 *apostoli* in Adam in imaginem et similitudinem dei erant -ati. PRVD. psych. 67 *Iudith* tempora nostra -at. AVG. c. mend. 15, 33 p. 514, 10 mercedem, quae . . . aeternum aliquid . . . prophetica significatione -ret. civ. 10, 20 p. 433, 26 D. cum hoc unum *sacrificium* per multa -retur, tanquam verbis multis res una diceretur (*syn.* signa erant sacrificia prisca). 13, 21 p. 585, 23 duo testamenta in eis -ata *esse.* 15, 18 p. 96, 25 ex . . . illis hominibus . . . mors Christi . . . -atur. 16, 2 p. 122, 23 omnes qui Christiano vocabulo gloriantur et perdite vivunt, non absurde possunt videri medio Noe filio -ati. *al. passim.*

syn. et coni.: adumbro: AVG. civ. 17, 6 p. 218, 9 D. allegorizo: HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 760. conformo: VITR. 9, 5, 4. dispono: VITR. 9, 3, 3. 9, 4, 5. fingo: COLVM. 9, 15, 7. formo: CIC. nat. deor. 1, 110. orno: FRONTO p. 152, 11 N. praenuntio: AVG. un. eccl. 5, 10 p. 242, 8. progigno: COLVM. 3, 10, 11.

part. perf. pass. ✕**figūrātus**, -a, -um *pro adi. compar. p. 745, 6. 7 bis.*

i. q. figuram aliquam habens, figura (figuris) ornatus: **1** *de rebus corporalibus*: CELS. 2, 3, 5 venter . . . reddit mollia, -a (2, 8, 9). Ps. AVG. quaest. test. 23, 2 p. 50, 3 anima -a dicitur in corpore (*opp.* incorporea et simplex). p. 50, 4 aqua, cum sit sine effigie, missa tamen in vas -a videtur. PHYSIOGN. 47 p. 65, 12 *aures* quae videantur -ae atque formatae (*cf. Rosii adnot.*). *in metaphora*: AVG. c. mend. 10, 24 p. 500, 19 *locutiones actionesque propheticae* -is velut amictibus obteguntur.

2 *t. t. rhet. et gramm., de verbis, sententiis, oratione sim. prolatis per figuram (figuras) sententiae vel verborum* (*strictiore sensu; cf.* figuro *I B 2 c.* QVINT. inst. 9, 1, 12 intellectu priore et communi [*cf.* figuro *I B 2 b*] nihil non -um est in *oratione*): SEN. contr. 10 pr. 10 dum nihil non schemate dicere cupit, oratio eius non -a erat, sed prava (QVINT. inst. 9, 1, 13 *orationem ἐσχηματισμένην* id est -am [*opp. ἀσχημάτιστον* id est carentem figuris]. POMP. gramm. V 301, 36 quando dicimus 'arma fuit', non est simplex oratio, sed -a). QVINT. inst. 8, 1, 1 in coniunctis *verbis intuendum est*, ut *sint* . . . -a (*cf.* SIDON. epist. 8, 11, 3 vocabula). 8, 3, 59 quod male -um *est*, id *ἀσχημάτιστον* (*ἀσχήματον A*) . . . vocant. 9, 2, 7 -um (*opp.* simplex) *est rogare*, quotiens *eqs.* 9, 2, 28 quid . . . minus -um quam vera libertas? PLIN. epist. 4, 20, 2 opus . . . -um. PORPH. Hor. carm. 1, 6, 3 -a (*opp.* simplex) elocutio

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(epod. 16,35. 17,25 sat. 1,5,54. POMP. gramm. V 278,7 [*cf. p. 743,22*]. locutio: DON. Ter. Andr. 55 Ad. 807 *al.*). DON. Ter. Eun. 483 'quidam' ...et -um et aptum sententiae est. Ad. 978 elegantia. DIOM. gramm. I 417,6 'et' *coniunctio* simpliciter elata, sed -a (*i. pro* etiam). SERV. ecl. 2, 43 'orat abducere'...-um est (*sim. passim*). Aen. 4, 106 absolutior quidem est haec lectio, sed verior et -ior illa est (auct. Aen. 2, 130 est...-ius, si legatur *eqs.* 4, 529). PRISC. gramm. III 201, 20 diversi ... numeri hoc modo -i reperiuntur ut ...'pars ... secant'. SERV. auct. georg. 1, 148 declinatio. Aen. 3, 648 ordo (*cf. p. 743, 4*).

speciatim: i. q. obliquus, fictus, simulatus (*cf. infra l. 61*): QVINT. inst. 9, 1, 14 -ae controversiae (*ἀγῶνες ἐσχηματισμένοι Ps. Dion. Hal. rhet. 8, 1. cf. p. 743, 30, vol. IV p. 783, 74 sqq. de re v.* QVINT. inst. 9, 2, 65 *sqq.* IVL. VICT. rhet. 21 p. 434 tit. de -is [*sc. controversiis*]. 22 p. 435, 20 IVL. RVF. schem. dian. p. 59, 5 *sqq. cf.* HIER. epist. 81, 1, 3 c. Ioh. 2 p. 336^{B}). FORTVN. rhet. 1, 5 p. 84, 27 *ductus* -us (*ibid.* p. 85, 2 -us *ductus* qui est? cum palam dicere pudor impedit [= MART. CAP. 5, 470]. 1, 6. 7. *cf.* 1, 7 p. 86, 14 hos omnes ductus plerique ... vocant -os). NON. p. 151, 29 perplexabile, -um, quod aliud audiatur, aliud sentiatur. SERV. Aen. 5, 687 -is agit coloribus; nec enim re vera hoc agit, ut pereat. HIER. adv. Rufin. 1, 30 p. 421^{A} quem ...-a laude perstrinxerim (2, 34 p. 455^{C} ne forte queraris -a te laude percussum). MACR. sat. 7, 3, 2 scomma...paene dixerim morsum -um (7, 3, 6 contumeliam ... celatam), quia saepe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intellegas (*cf. Plut. quaest. conv. 2, 4 p. 631^{E} ὀνειδισμὸς... ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας παρεσχηματισμένος τὸ σκῶμμα*). SPART. Sept. Sev. 14, 13 damnabantur...cur pleraque -a (figurate *exc. Val.*) dixissent. VAL. CEM. hom. 6, 3 p. 710^{C} otiosa verba sunt -a convicia, stulta fatigatione composita. SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid historicus verum, satiricus -um ... condiderunt. SCHOL. Cic. Gron. p. 295, 31 St. -am esse istam orationem. p. 314, 22 noluit servare comparationem, quia scit -a (-am *vel* -um *conicitur*) esse (*sc. omnia, illa?*). *t. t. gramm. i. q. translativus*: PROB. inst. gramm. IV 116, 1 -orum nominum. 116, 3. 136, 23 verba -a vel translativa, ut ...'est'... et significat 'edit'. *in re metrica*: CLEDON. gramm. V 30, 15 *accidit unicuique pedi* figura, quia simplices pedes componuntur et -i duplices fiunt (*locus satis obscurus*).

3 *i. q. symbolicus, allegoricus, typicus, propheticus sim.*: GLOSS. III 488, 15 (507, 56) allegoria -a dictio. 523, 15 typicum -um. **a** *res (homines), actio*: TERT. adv. Iud. 9 p. 724 ense sermonis dei ... -o. *ibid.* agnosce et spolia -a, cuius et arma allegorica didicisti. resurr. 31 p. 69, 14 videretur ... deus -am desperationem -a promissione consolatus. 52 p. 108, 16 -a ... exempla animalium (adv. Marc. 2, 22 p. 365, 5 Cherubin et Seraphin ... *erant* in arcae -um exemplum). AVG. gen. ad litt. 8, 1 p. 229, 22 -arum rerum (*opp.* gestarum). 8, 4 p. 236, 2 earum ⟨rerum⟩ expressa narratio, quarum erat -a praecessio. civ. 11, 15 p. 482, 19 D. Esaias sub -a persona principis ... diabolum notans. c. mend. 10, 24 p. 500, 12 actio. 12, 26 p. 504, 22 non solum dicta, verum etiam facta...-a (17, 35 p. 518, 21 *al.*). **b** *dictio, interpretatio, sensus*: TERT. orat. 4 ex interpretatione -a carnis et spiritus nos sumus caelum et terra. resurr. 19 p. 51, 12 solemnissimam eloquii prophetici formam, allegorici et -i plerumque (26 p. 62, 4 GREG. M. moral. 16, 66. *cf.* RVFIN. Orig. in num. 13, 2 p. 668^{B} aenigma dicitur sermo -us. AVG. gen. ad litt. 8, 4 locutio *sim. al. passim*). 21 p. 54, 1 -ae significantiae (*cf.* AVG. civ. 13, 21 p. 585, 25 D. -a significatione. *al. passim*). 30 p. 67, 24 -am esse, non veram ... praedicationem (*cf.* AVG. epist. 140, 41 p. 190, 1 praedictio. de mend. 15, 26 p. 446, 24 praenuntiationem). adv. Marc. 2, 19 p. 361, 1 legis spiritalis ... et propheticae et in omnibus paene argumentis -ae (4, 9 p. 440, 26. 5, 14 p. 622, 13). AVG. spir. et litt. 8, 14 praecepta (15, 27).

4 *i. q. fictus, falsus, simulatus* (*cf. supra l. 10*): COD. Iust. 4, 35, 23, 1 per -am donationem. 8, 48, 6 venditiones in liberas personas -as.

syn. et coni.: allegoricus: TERT. resurr. 19 *al.* mysticus: LEO M. serm. 59, 5 p. 340^{A}. propheticus: TERT. resurr. 19 *al.* spiritalis: TERT. resurr. 33 *al.* tropologicus: SIDON. epist. 9, 3, 5.

oppos.: incorporeus: PS. AVG. quaest. test. 23, 2 p. 50, 3. manifestus: AVG. quaest. hept. 3, 64 *al.* perfectus: AVG. serm. ed. Mai 158, 1. secundum naturam: SERV. Aen. 7, 161. simplex: QVINT. inst. 9, 2, 7 *al.* PS. AVG. quaest. test. 23, 2 p. 50, 3. verus: TERT. resurr. 30 SIDON. epist. 4, 1, 2.

adv. ✕**figūrātē**. *compar. v. p. 746, 1. 17.* GLOSS. typice -e, formaliter. *legitur inde a* TERT. *apud* ECCL. GRAMM. RHET. [*loc. dub.: v. l. 26 et p. 746, 13.*]

i. q. per figuram: **1** *per figuram sententiae vel dictionis*: PORPH. Hor. sat. 1, 6, 25 -e per dativum casum dixit (*opp.* simplicius erat). epist. 1, 20, 28 -e pro eo, quod est *eqs.* (2, 1, 112). DON. Ter. Ad. 190 'quo coepisti' -e, rectum enim erat 'unde coepisti'. Eun. 558 facete et -e dictum est. 629 -e et nove 'inter vias'. gramm. IV 377, 33 alia *nomina* accusativum trahunt, sed -e (DIOM. gramm. I 314, 12 CONSENT. gramm. V 353, 6. 8). 391, 6 'super' et 'subter'... -e ablativo iungi. AQVILA rhet. pr. p. 23, 3 quae sunt -e enuntiata apud magnos oratores. SERV. ecl. pr. p. 2, 24 *Iuvenalis* Vergilii versum de hasta -e ad speculum transtulit. 5, 1 -e ait (Aen. 1, 18 dixit. 7, 445 communis sermo habet 'ardeo illa re', sed -ius 'ardeo in illam rem' dicimus. *sim. passim*). PRISC. gramm. II 147, 21 -e...esse apposita *nomina*. 171, 6 -e hoc esse prolatum. 195, 23 *nomina quaedam* neutro generi adiuncta, sed -e per *ἀλλοιότητα*. 315, 7 'hoc custos' raro nisi -e (*sc. dictum*) invenias. *sim. passim apud* PRISC.

speciatim: i. q. oblique, tectis verbis: PORPH. Hor. carm. 1, 6, 13 -e ... negat se posse res bellicas scribere. epod. 17, 1 in hac ecloga -e cum Canidia agit. epist. 2, 2, 41 hic figura⟨te⟩ saevitiam Caesaris ... videtur ostendere. DON. Ter. Ad. 251 -e inducta promissio praemiorum. Eun. 805 non obsequenter, sed -e dicitur. 850 hoc totum -e dicit ... et subtiliter. IVL. RVF. rhet. 27 p. 45, 15 *ἐπιτροπή*. haec fit, cum -e concedimus, quod velit quis faciat. PS. IVL. RVF. schem. dian. pr. p. 59, 7 dicitur (dicuntur *trad.*) in eum figura⟨t⟩e, qui *eqs.* (SCHOL. Cic. Gron. p. 322, 9 St. omnia in Lucullum -e dicuntur). PS. ASCON. Verr. p. 216, 23 St. -e singulis additam laudem. MACR. sat. 7, 3, 6 scomma *est*, quod -e obiectum exprobratumque est (*opp.* aperte). SIDON. epist. 5, 8, 2 -ius ... pupugisse. SCHOL. Hor. epod. 17, 46. epist. 1, 17, 46 qui petunt -e (*syn.* oblique). VITA Iuv. p. 277 L. quasi tempora -e notasset.

2 *i. q. allegorice, symbolice: dicere, intellegere, significare sim.*: TERT. resurr. 52 p. 108, 26 si non -e, satis vane mulorum ... carnes ... apposuit humanis. adv. Marc. 3, 5 alia species est, qua pleraque -e portenduntur per aenigmata et allegorias et parabolas, aliter intellegenda quam scripta sunt (4, 24 *al. cf.* 4, 1 praedicabat [4, 20 *al.*]. COMM. apol. 273 Hieremias ... crucem -e demonstrat [271 prophetat] *sim. passim*). 3, 14 -e ... et domino eiusmodi loquente et apostolo scribente (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 748 *ea* -e dicta *esse*). AMBR. Abr. 2, 6, 26 -e ... animam ... terram appellavit. AVG. civ. 17, 3 p. 200, 18 D. quae ad utramque pertinere intelleguntur, ad ancillam proprie, ad liberam -e (17, 5 p. 213, 16). de mend. 5, 7 p. 421, 9 ubi quidquid gestum est, -e accipi potest, quamvis revera contigerit (in psalm. 82, 8 Assur ... pro ipso diabolo -e intellegi solet. *sim. passim*). ISID. orig. 8, 11, 8 poetae...confingunt -e.

agitur res -e, *i. ita ut allegorice significet aliam rem* (*praesertim rem futuram*): TERT. idol. 5 omnia ...-e populo accidisse. resurr. 20 virgo concepit in utero non -e (*syn.* oblique, *opp.* manifeste). AVG. civ. 17, 7 p. 221, 2 D. populi...Israel personam -e gerebat homo iste. de mend. 5, 7 p. 421, 10 quidquid ...-e fit aut dicitur (*ibid.* l. 12. c. mend. 12, 26 p. 504, 22 *figurata facta* -e gesta sunt. spir. et litt. 16, 28 *celebratio Paschae* -e occisione ovis per Moysen fieri praecepta est).

syn. et coni.: allegorice: TERT. adv. Marc. 4, 20 *al.* ambigue: AVG. un. eccl. 18, 47 p. 294, 6. mystice: AVG. bon. coniug. 2, 2 p. 188, 18. oblique: TERT. resurr. 20 SCHOL. Hor. epist. 1, 17, 46. obscure: AVG. un. ecl. 5, 8 p. 239, 9. parabolice: SIDON. epist. 5, 17, 11. subtiliter: DON. Ter. Eun. 850. 851.

oppos.: aperte: DON. Ter. Eun. 851 *al.* manifeste: TERT. resurr. 20 *al.* proprie: AVG. civ. 17, 3 p. 200, 18 D. *al.* revera: AVG. de mend. 5, 7 p. 421, 9. secundum litteram: PROSP. in psalm. 103, 4.

adv. **figūrātim**. *i. q. figurate, figuraliter*: IREN. 4, 10, 1 *Moyses* diem passionis *Christianae* ...-m praenuntiavit. CASSIOD. in psalm. 97, 8 *de hominibus* -m dixit 'commoveatur mare'. ISID. in gen. praef. 2 quae in *historia sacra* -m dicta vel facta sunt et sunt plena mysticis sacramentis.

compos.: (affiguro?), configuro, defiguro, praefiguro, refiguro, transfiguro. *a* figuratus: infiguratus.

deriv.: figuratio. figurator. 2. figuratus. *cf.* infigurabilis. *Bauer.*

fil- *in vocibus graecis v.* phil- *et* phyl-.

? **filaicus**. GLOSS. III 602, 8 emphraxin -us (inflatio *Büch.*, oppilatio *Bauer*). 601, 16 -us quae catarticum accipit et non solvit.

fīlāmentum, -ī *n.* [*a* filum. *Th.*]. *i. q. filum*: PAVL. FEST. p. 81 infulas ... sacerdotum -a vocabant. p. 113 infulae sunt -a lanea, quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur.

fīlātim [*a* filum. *Th.*]. *i. q. per fila*: LVCR. 2, 831 purpura poeniceusque color clarissimus multo, -m cum distractum est, disperditur (dispergitur *Lachm.*) omnis.

fīlātūra, -ae *f. a* filare. *i. q. actio filandi*: SCHOL. Ter. p. 80, 27 lana ac tela: lanificio et -a. [*it.* filatura, *francog.* filure, *hisp.* hiladura. *M.-L.*]

†**filax** *ψόφος* GLOSS. II 527, 26. **filectum** *v.* filictum.

fīlētius *videtur idem esse quod gr. φιλητέος*: CORP. VI 10185 *gladiator aliquis* bonus amoratus -us usque at fossa (*i. fossam*).

filex *v.* filix.

✕**fīlia**, -ae *f.* *de originatione, radice et formis romanicis v.* filius *p. 751, 78. 753, 42.* *merus lapidarii error*: CORP. XII 6726 filia *de forma* fia *v.* filius *p. 752, 20.* *ad declinationem: nom. volgariter* filie INSCR. Rossi Roma sott. III 126 p. 29, 49. *gen.* filiai *quattuor syllabis* PLAVT. Aul. 295 (filia in *trad.*). 372 *et* 510 (*bis* filiae *trad.*). 737. filiae: PLAVT. Asin. 595 Aul. 74 Epid. 405 TER. Andr. 322 PHORM. 244 *et passim.* filies: CORP. VI 10159. filiaes: VI 29602. *dat.* filei: CORP. I^{2} 60. fileai: CORP. I^{2} 561. filiae: PLAVT. Aul. 218. 269. 275. 794 Epid. 405 Persa 148 Stich. 560 Trin. 1100 Truc. 802 TER. Andr. 571 Hec. 629 Ad. 301 LVCIL. 849 *et passim.* *volgariter*: filei: CORP. V 2096. filiai ... quai: INSCR. christ. Rossi I p. 410 (*a. 393*). *gen.*: INSCR. [*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bull. di arch. crist. 1886 p. 142, 225 INSCR. nuovo bull. di arch. christ. 1903 p. 233. φελειε: INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*). file: CORP. XIII 5843. filibe: XI 2995 (*christ.*). *acc. volgariter* filia: CORP. XIV 900. *voc.*: PLAVT. Men. 822 ⟨mea⟩ filia. 844. Rud. 742 o -a mea. 1173 -a mea. PAVLVS ap. Cic. div. 1, 103 mea -a. HOR. carm. 1, 16, 1 PROP. 4, 11, 67 OV. epist. 15, 292 met. 1, 481. 10, 467 fast. 4, 456. 483. SEN. dial. 6, 22, 6 carissima -a. 6, 26, 2 MART. 4, 9, 1 QVINT. decl. 299 p. 181, 23 *et al.* *nom. plur.*: filiae: PLAVT. Epid. 36 Poen. 84. 1103. 1116. 1136. 1166. 1256. 1261 Stich. 96. 359 Trin. 157. 1100 *et passim.* filiáe: CORP. V 41. *volgariter acc. pro nom.* filias: CORP. II 38. III 3551 (10307?). 13374. VI 17959. VIII 3783. *de dat. abl. plur. haec ap.* GRAMM.: CHAR. gramm. I 129, 13 (*ex Romano*) 'filiabus' in testamentis ob discrimen sexus ait Plinius dici consuesse. 54, 10 libertabus filiabusque, quod iurisperiti instituerunt, ambiguitatis secernendae scilicet gratia. *his simillima vide* 148, 25. DIOM. gramm. I 304, 24. PRISC. gramm. II 293, 5 (*laudat* CATONEM ENN. PLAVT. Stich.). PROB. inst. gramm. IV 84, 34 SERV. gramm. IV 434, 8 EXPLAN. in Don. gramm. IV 545, 17 CLEDON. gramm. V 11, 14. 46, 4. POMP. gramm. V 173, 28. 189, 4 CONSENT. gramm. V 354, 4 PHOC. gramm. V 427, 7 PS. PALAEM. gramm. V 533, 17 FRG. Bob. gramm. V 556, 38 SACERD. gramm. VI 427, 7 CAPER gramm. VII 109, 16. filiis *fem. legitur*: ENN. scaen. 122 PLAVT. Poen. 1128 Stich. 567 BELL. Alex. 33, 2 *v. l. 31.* LIV. 38, 57, 2 ex duabus -is. FRONTIN. strat. 4, 3, 5. HYG. fab. 190 p. 121, 23 duabus -is. AVG. civ. 15, 23 p. 109, 22 D. -is (-bus *A*) Cain. *non certa lectio* HIER. epist. 52, 2, 1. CORP. III 682. V 1583. 4682. XIII 1898 fills. *nota*: CORP. VI 8644 cum duabus filis Fortunata et Felice (*hoc viro?*). *cf. infra l. 60.* filiabus *inde a* CATONE orig. frg. 94 dotes -bus suis non dant *aut addito aut supplendo masculino*: CAES. civ. 3, 108, 4 in testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior et ex duabus -bus (*sic solus cod. Leid. saec. XII, om. codd. antiquiores*) ea quae aetate antecedebat. BELL. Alex. 33, 2 maiorique ex duabus -is (-bus *solus cod. Vind. saec. XIII*) Cleopatrae (*praecedit* pueris). VLP. dig. 26, 2, 5 -bus suis vel filiis (INST. Iust. 1, 14, 5. COD. Iust. 5, 9, 7 filiis vel -bus. 6, 20, 19, 1. 5, 27, 2 [*a. 405*] naturalibus -is seu -bus. 5, 27, 7, 1 [*a. 519*]. 6, 56, 4, 1. 2. 3). dig. 38, 17, 2, 28. SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 filiis et -bus (HIER. epist. 22, 21, 2 COD. Iust. 5, 9, 6, 5 [*a. 472*]. 6, 28, 4, 8 [*a. 531*]). ITALA exod. 3, 22 (Lugd.) deut. 23, 17 (*item* VVLG.) SERV. Aen. 6, 14 p. 6, 13 auct. 10, 497. ITIN. Alex. 14. FILASTR. 24, 2 filiis -busve. MYTHOGR. 1, 43. 2, 122 AVG. civ. 15, 16 p. 91, 25 D. INST. Iust. 2, 13, 5. COD. Iust. 5, 9, 6, 6 filiis -busque (*a. 472*). 5, 17, 8, 7 filio seu filiis, -a seu -bus extantibus (*bis; a. 449*). 9, 8, 5, 5 (*a. 397*). CORP. III 5955 filis -bus (VI 10558 fIIIs fIIiabus meis. IX 1451 et sibi filiis -bus et nepotibus. X 3119). VI 21020 filIs -busque (IX 335). X 5849 uxoribusque ⟨filiis fra⟩tribus et -bus sororibusque. PAPYR. Oxyrh. VIII 1114, 9 (*a. 237*) -bus me⟨i⟩s Aureliabus. *non addito nec supplendo masculino*: LIV. 24, 26, 2 cum duabus -bus virginibus. HYG. fab. 44 p. 71, 2. 166 p. 20, 9 AMPEL. 15, 2 FRONTO p. 38, 4 N. VLP. dig. 30, 17 pr. 40, 12, 3, 2 PAVL. dig. 30, 15, 1 IVL. VAL. 1, 44 p. 55, 4. 22. 2, 29 p. 99, 21 MYTHOGR. 1, 204. 2, 78 TERT. nat. 2, 10 cult. fem. 2, 6 ITALA (Lugd.) gen. 28, 1. 2. 6 exod. 2, 1 FIRM. math. 4, 19, 19 SERV. ecl. 8, 29 p. 97, 16. AVR. VICT. vir. ill. 20, 1 ex duabus -bus. AMBR. Iob 4, 1, 3 HIER. epist. 22, 8, 5 VVLG. gen. 24, 3. 37. 28, 2. 6. 31, 41. 36, 2 iud. 14, 1. 2. 3. 21, 1. 14. 18 *et passim in* VVLG. AVG. civ. 3, 5 p. 101, 23 D. 3, 13 p. 111, 16. 15, 23 p. 109, 21 INST. Iust. 2, 13 pr. 3, 1, 15 COD. Iust. 1, 4, 12 (*a. 428*). 1, 5, 19, 3 (*a. 529*). 6, 28, 4, 7 (*a. 531*). CORP. II 3960. 6298. III 2120. 3355. 5947. 14293[1]. VI 8859. 10518. 13073 coniugi suae ... item et -bus suabus. 34110. VIII 1181. 8676 -bus ⟨et⟩ generis. 9462. X 4289. XI 1780. 3811. *nota*: CORP. III 2684 -bus suis Stercoriae an. VIII, Iovino an. IIII, Lucio an. IIII, *ubi fraterculi sorori maiori adduntur.*

adnoto substantivum (g)nata *legi inde ab* LIV. ANDR. scaen. 11 NAEV. scaen. 125 ENN. ann. 11, *apud* PLAVT. *31ies*, *apud* TER. *19ies*, *apud* VERG. *16ies*, *apud* OV. *55ies*, *cum* filia *legatur his formis*

		PLAVT.	TER.	VERG.	HOR.	PROP.	OV.
nom.	filia	20	8	4	3	2	49
voc.	-a	4	—	—	1	1	3
gen.	-ai	4	—	—	—	—	—
	-ae	3	2	—	1	—	—
dat.	-ae	8	3	—	—	—	—
	-am	64	27	—	1	—	—
	-ā	9	2	—	—	—	—
	-ae	11	—	—	—	—	—
	-is	2	—	—	—	—	—
	-as	14	—	1 (catal. 12, 5)	—	—	—
		139	42	5	6	3	52

de alio synonymo cf. PORPH. Hor. p. 109, 26 Danai puellas: pro eo quod est Danai -as.

I ***in nomenclatione*** *(v. s. v.* filius *p. 753, 43): pater additur pleno mulieris nomini inde ab antiquissimis: ut* CORP. I[2] 75 Anicia P. f. 76 Maio(r) Anicia C. f. 89 N. Atilia P. f. 2025 Sentia A. f. Thannia. 1605 Clodia Diamer. f. *aut* I[2] 16 ⟨P⟩aulla Cornelia Cn. f. Hispalli (*uxor*). 171 Geminia C. f. Cn. Vatroni uxor. 271 Samiaria M. f. Minor Q(uinti) (*uxor*) *et passim, post etiam ordine liberiore ut* XIV 2795 Domitiae Augustae Cn. Domiti Corbulonis fil(iae). XIV 3313 Aconia Numeriana Tuschi -a. *nota* Ⅎ *inversam*: CORP. I[2] 1752 Obellia L. Ⅎ. XIII 11004. *perscripta vox*: CORP. II 38 L. -a. 4554 Corneliae L. fíliae Secundinae. III 6617 Flavia Domitia Iusti f(i)lia. IV 4034 Quartila Fuficia Tu⟨.⟩riti co(ponis?) -a. 4389. V 5072 (*v. l. 23*). XI 5188. XII 2665. 4097. XIII 5843 Rufulae Rufi file. XIV 3313 (*v. l. 6*). *tribus litteris* FIL: CORP. VI 32414 (*a. 247*) Flaviae L. fil. Publiciae. VIII 11632 *al.* f(ilia) *omittitur apud barbaros ut* CIL. III 14368[3•] (*Bedaio*) Annilio Litugenae. *nota* Spuri f. (*v. s. v.* filius *p. 754, 6*): CORP. I[2] 1263 Caecilia Spuri ⟨f.⟩. 1408 Basilia Sp. f. Posilla. 1684 Maxsuma Sadria S. f. V 381. 3505. 4049. VI 15706. 17780. IV 1136. X 3079. XI 1037 *al.* *similia in libris*: CIC. rep. 2, 46 Lucretiae, Tricipitini f., Collatini uxori. div. 1, 4. LIV. 10, 23, 4 Verginiam A. f. TAC. ann. 1, 12 Vipsania M. Agrippae f. *et passim.* *nota poetica*: HOR. sat. 2, 5, 65 -a Nasicae. SVLPICIA Tib. 3, 16, 4 Servi -a Sulpicia (*superbe dictum*). MART. 4, 9, 1 Sotae -a clinici, Labulla. 6, 69, 2 Bassi -a. 11, 2, 2 aratoris -a Fabricia (-ii *codd.*). *matris nomen additur*: CORP. I[2] 1837 Posilla Senenia Quart(ae) f. 2076 Annia Sex. f. Cassia nata. V 5072 Kaninia Quarti -a Teda matre. XIV 3607 Vibia Marsi f. Laelia nata Pulchri (*coniunx*). LAVD. Matidiae (Corp. XIV 3579) 32 ... Augustae fíliam. IVV. 14, 26 Largae -a. *nomina mythica*: LIV. ANDR. carm. 15 sancta puer, Saturni -a, regina. 16 nympham Atlantis -am Calypsonem. 25 diva Monetas -a. PLAVT. Amph. 99 Alcumena ..., Electri -a. Epid. 604 Circam Solis -am. VARRO ling. 5, 144 a Latini -a ... Lavinia (*cf.* ELOG. Corp. I[2] p. 189 n. 2 Lavinia Latini -a). CIC. Tusc. 1, 28 Ino Cadmi -a. PROP. 1, 2, 18 Eueni...-a. PRIAP. 68, 25 Alcinoi...-a. *et passim.* *graeca*: PLAVT. Aul. 476 Euclionis -am (603. 683). Epid. 635 Telestidem te, Periphan⟨a⟩i -am. Trin. 1183 TER. Haut. 1065 *passim.* *nota*: CIRIS 220 Ogygii Phoenicis -a Carme. *at graece*: VERG. Aen. 6, 36 Deiphobe Glauci (*sc. filia; v.* SERV. Aen. 1, 41).

II ***in sermone liberiore*** (GLOSS. θυγάτηρ): *exempla antiquissima*: LIV. ANDR. (*v. supra l. 26*). NAEV. carm. frg. 1 novem Iovis concordes -ae sorores. ENN. scaen. 122 ⟨a⟩ -is ... Nerei. 227 tua reconcilietur uxor, mea necetur -a? 277 ad Peliae -as. CAECIL. com. 113 -a redeat. *addo selecta*: HOR. carm. 1, 16, 1 o matre pulchra -a pulchrior! (*cf.* OV. met. 4, 210 *sq.*). 3, 27, 35 o relictum -ae nomen pietasque! PROP. 4, 11, 67 -a, tu specimen censurae nata paternae!

de matre: PLAVT. Asin. 544 audientem dicto, mater, produxisti -am. 595 acerbum funus -ae faciet. PLAVT. Cist. 163 peperit -am (569. 617 Epid. 542 CIC. Flacc. 72 *al.*). PLIN. epist. 4, 21, 1 -am enixa (SVET. Cal. 8, 3). PLAVT. Cist. 568 eam suam esse -am (762 Epid. 590 *al.*). Epid. 585 equidem hac invita tamen ero matris -a. PLAVT. Epid. 561 -am, quam ex te suscepi. SEN. dial. 6, 16, 6 habes ex illo duas -as. PLAVT. Cist. 533 carebo -a. CORP. IX 5629 (= CARM. epigr. 153) mater fecit -ae, quae nunquam laesit matre⟨m⟩. *nota praegnanter dictum*: SEN. contr. 9, 6, 1 -ae quoque noverca.

de patre: PLAVT. Aul. 23 huic -a una est (Poen. 84 *al.*). Poen. 1136 an huius sunt illae -ae? (1171 Cas. 1013 *al.* *nota*: MART. 11, 4, 1 summi -a tota patris *Minervae Iovis sine matre*). VVLG. gen. 20, 12 -a patris mei et non -a matris meae. PLAVT. Aul. 781 -am ex te tu habes (VERG. catal. 12, 5 duas habere -as Atilium. *al.*). TER. Phorm. 942 ex qua -am suscepit (Phorm. 1006 QVINT. decl. 381 p. 425, 18 *al.*). SEN. contr. 9, 6 tit. ex ea -am sustulit (PLIN. epist. 8, 23, 7 *al.*). SVET. Nero 35, 3 ex hac -am tulit (Otho 1, 3 *al.*). TAC. ann. 3, 23 qui -am ex ea genuerat. VVLG. gen. 5, 4 genuitque filios et -as (*sic passim in* VVLG.). PLAVT. Epid. 368 pater suam -am esse retur (698 Poen. 1116 *al.*). PLAVT. Cist. 605 ex priore muliere nata ... meo ero est -a (Epid. 172 prognatam. IVV. 9, 83 quod tibi filiolus vel -a nascitur ex me. TAC. ann. 15, 23 *al.*). PLAVT. Persa 341 utrum tu pro ancilla me habes an pro -a? TER. Haut. 667 nunc ita tempus est, mihi ut cupiam -am. VVLG. gen. 6, 1 cum ... homines ...-as procreassent. LIV. 38, 57, 7 de communi -a (QVINT. inst. 3, 11, 6 TAC. ann. 16, 34 AMM. 28, 4, 9 INSCR. crist. Rossi Roma sott. III tab. 22, 10 *al.*). CORP. I[2] 1215, 11 sibei esse talem ereptam -am.

fratris filia *sim.*: OV. Ib. 544 ut cui Pyrrha sui -a fratris erat. LIV. 1, 3, 11 fratris filiae Reae Silviae (42, 34, 3 SEN. apocol. 13 GAIVS inst. 1, 62 *al.*). LIV. 24, 8, 11 sororis meae -am (PAVL. FEST. p. 14 VELL. 2, 100, 4 GAIVS inst. 1, 62 CORP. VI 32414 [*a. 247*] *al.*). SVET. Claud. 26, 2 consobrini sui -am. AVSON. 187, 5 p. 46 -a nam fuit haec amitae.

nota poetice vel liberius dicta: EPICED. Drusi 303 tu (*Antonia*) -a ('*Nichte*') Caesaris. QVINT. inst. 8, 4, 22 *Priamus Helenam* -am appellans *pro nuru. cf.* SVET. Claud. 39, 2 ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione '-am et alumnam et in gremio suo natam et educatam' praedicare. VVLG. Ruth 1, 11 -ae meae (*loq. socrus ad nurus; item* 1, 12. 13. 2, 1 -a mea *et al.*). *cf.* AVG. quaest. hept. 1, 149.

de numero: PLAVT. Poen. 84 duae...-ae (Stich. 539. CIC. parad. 44 duas ..., plures. *al.*). CIC. Cato 37 quinque (VAL. MAX. 8, 13, 5). fin.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 82 tris (VAL. MAX. 7, 1, 1 PHAEDR. 4, 5, 3 *al.*). TER. Phorm. 645 -am ... unicam (CIC. Verr. 2, 104 rep. 3, 17 LIV. 3, 45, 9 *al.* CORP. II 129). VVLG. iud. 11, 34 unigenita.

de aetate et corpore: PLAVT. Aul. 172 -am virginem (*cf.* Trin. 110 suamque -am esse adultam virginem. TER. Ad. 466 NEP. Att. 19, 4 LIV. 1, 11, 6 *al.* VAL. MAX. 1, 5, 4 adultae aetatis virgini). Truc. 821 -am meam quis integram stupraverit. PLAVT. Poen. 1156 maiorem (1278 Stich. 66 CIC. Brut. 101 *al.*). CAES. civ. 3, 112, 9 minor (BELL. Alex. 4, 1 LIV. 6, 34, 5 *al.*). TER. Haut. 602 reliquit -am adulescentulam. CIC. Cluent. 11 reliquit... grandem... et nubilem -am. Quinct. 98 -ae nubili (OV. rem. 571 SEN. contr. exc. 6, 6, 6. VAL. MAX. 6, 1, 4 nubilis iam aetatis -ae. *et al.*). Tusc. 5, 58 adultae. div. 1, 36 adulescentem. NEP. Them. 8, 4 -am ... parvolam (AMM. 18, 10, 1. 26, 7, 10 *al.*). TIB. 1, 10, 24 parva (EPIST. Sapph. 70 OV. fast. 2, 652 *al.*). MART. 7, 10, 14 poscit iam dotem -a grandis. GAIVS inst. 1, 32[A] ⟨annicula⟩.

de condicione civili (*definitiones v. s. v.* filius *p. 756, 30*): PLAVT. Aul. 74 erilis -ae (275 Cist. 550. 749 *al.* TER. Ad. 301 mihi eraeque -aeque erili). Poen. 1344 hasce aio liberas ingenuasque esse -as ambas meas. SEN. dial. 11, 14, 3 -a familiae (PAVL. dig. 2, 14, 21, 3 -a familias. 47, 10, 18, 2 nupta -a familiae. GAIVS inst. 3, 104. 114 *al.* *nota* GAIVS dig. 15, 27 pr. -arum familias). SCAEV. dig. 32, 41, 11 naturalis -ae (PAVL. dig. 40, 5, 40 pr. COD. Iust. 5, 27, 2 *al.* CORP. II 1213. VI 7788. 18837. 21458. 35523. VIII 3909. 3910. XIV 381). PLIN. epist. 8, 23, 8 -am pupillam. GAIVS inst. 3, 40 adoptivus filius -ave (CORP. III 1182 fil(iae) *illius* et adoptiv(ae) *alterius*. GAIVS inst. 1, 59 eam quae mihi per adoptionem -ae aut neptis loco esse coeperit). *verba*: PLAVT. Aul. 172 eius cupio -am virginem mihi desponderi (205. 255 mihi despondes -am? 271. 782 Cist. 600 Poen. 1166. 1278 CIC. Cluent. 179 *al.* *cf.* VARRO ling. 6, 70. 71. PLAVT. Trin. 1183 haec tibi pactast Callicli ⟨huius⟩ -a. TAC. ann. 1, 55 -am ... alii pactam. 2, 43. TER. Haut. 714 non [*mihi*] committet -am). SEN. benef. 4, 35, 1 promisi tibi in matrimonium -am. PLAVT. Aul. 219 -am tuam mi uxorem posco. PLAVT. Aul. 228 si -am locassim meam tibi (TER. Phorm. 645. CIC. inv. 1, 91 collocasset. Vatin. 28 *et passim*). Aul. 384 quam minimo sumptu -am ut nuptum darem (NEP. Paus. 2, 3 *al.*). Cist. 499 tibi uxorem -am dedero meam (Trin. 1162). Rud. 1213 daturum meam illi -am uxorem. TER. Andr. 148 *et sim. passim.* *nota*: 830 ut homini adulescentulo ... -am ut darem in seditionem atque in incertas nuptias. SEN. contr. exc. 7, 6 tit. ille manumisso -am iunxit (collocavit SEN.). PLAVT. Aul. 258 ne quid dotis mea ad te afferret -a. 269 meae me -ae daturum dotem? (Stich. 560 Trin. 157. 1100. CATO orig. frg. 94 dotes -bus suis non dant. *al.*). Aul. 289 cuius ducit -am? (479 pauperiorum -as ut indotatas ducant uxores domum. 613 CIC. Sest. 6. 7 *al.*). PLAVT. Aul. 295 hic non poterat de suo senex obsonari -ai nuptiis? (372. 540. 797 *al.*). TER. Andr. 534 hodie -am meam nubere tuo gnato. Hec. 538 nuptam ... -am. LVCIL. 849 repudium ... -ae remisit. CIC. Cluent. 14 cupiditate matris expulsam ex matrimonio -am. LIV. 4, 4, 7 vestras -as sororesque enubere... e patribus. 26, 34, 3 -as, quae enupsissent, priusquam. PLIN. epist. 8, 18, 4 emancipatam -am (MOD. dig. 27, 1, 15, 16 *al.*). GAIVS inst. 1, 175 sibi remancipatam -am. LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 4 omnes filios aeque fecit heredes, partitione -ae data. SEN. contr. 2, 2, 4 pater dum nimis amat -am abdicat (QVINT. decl. 259 p. 35, 18 *al.*). VARRO frg. Gell. 18, 12, 9 duas -as regum (SEN. dial. 5, 39, 4 regis -am. PLIN. nat. 7, 132 VAL. FL. 1, 61 *al.*). CIC. Phil. 3, 17 ex libertini -a. NEP. Att. 12, 1 equitis R. -am. SEN. contr. 1, 3, 4 tot principum -ae. LEX Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) senatoris -a. SEN. contr. 1, 6 tit. archipiratae -a. VAL. MAX. 9, 1 ext. 2 -as dominorum. QVINT. decl. 252 tit. pauperis et divitis -ae (*sic saepe*). SVET. Vit. 6 consularis viri -am. CORP. II 1174 consularis ⟨f(ilia)⟩.

educare *sim.*: PLAVT. Cist. 172 eaque educavit eam sibi pro -a. Epid. 561 -am ... eductam perdidi. TER. Phorm. 943 eam clam edūcat. Eun. 116 mater ... coepit studiose omnia docere, educere ita ut⟨i⟩ si esset -a. QVINT. decl. 270 p. 107, 4 alteram -am eduxi.

translate de aetate minoribus non progenitis: OV. met. 10, 467 forsitan aetatis quoque nomine '-a' dixit, dixit et illa 'pater'. Pont. 4, 8, 11 nam tibi quae coniunx, eadem mihi -a paene. ITALA Is. 32, 9 (Tert. adv. Marc. 4, 19) -ae in spe, audite (-ae confidentes VVLG.). ITIN. [Silv.] 20, 9 dic, -a, quodvis (*loq. episcopus*). *item* 20, 12 *al.* VVLG. Ruth 3, 10 psalm. 44, 11 *al.* Matth. 9, 22 *sim. al.* HIER. epist. 6, 2, 1. 22, 26, 1 *al.* 54, 6, 1 in Christo -a. EPIST. pontif. 382 (Coelestin.) Migne 50, 565[A] ne quis sacerdos cum -a spiritali fornicatus fuerit (*cf.* 383 p. 565[B]).

sententiae: PLAVT. Stich. 96 numquam ... nimis curare possunt suom parentem -ae. LYGD. 4, 51 tantum cara tibi, quantum nec -a matri quantum nec cupido bella puella viro. OV. ars 1, 285 Myrrha patrem, sed non qua -a debet, amavit. SEN. contr. 9, 5, 15 in paternis tabulis -ae (-o *trad.*) locus aut suus debetur aut nullus. SEN. benef. 1, 3, 9 tamquam matri post -as soleat nomen imponi. SEN. dial. 11, 2, 4 omni obsequio et pietate, quanta vel in -a conspici potest. PETRON. 67, 10 plane si -am haberem, auriculas illi praeciderem. LAVD. Matidiae (Corp. XIV 3579) 9 verendo ut -a. APVL. met. 6, 4 nurus, quam -ae semper dilexi loco. VVLG. Ezech. 16, 44 sicut mater, ita et -a eius.

Christiana: TERT. orat. 22 angeli propter -as hominum desciverunt a deo (adv. Marc. 5, 18 p. 642, 21). VVLG. gen. 6, 2 videntes filii dei -as hominum (6, 4 *et passim*). 24, 3 de -bus Chananaeorum (24, 37 *et sim. passim*). 28, 6 de -bus Chanaan (28, 8 *et sim. saepe*). II reg. 1, 24 -ae Israel (*saepe*). IV reg. 19, 21 -a Sion ... -a Ierusalem (*et haec crebra*). OPTAT. 5, 4 p. 128, 6 deus lavat filios et -as ecclesiae. TERT. cult. fem. 2, 6 absit a sapientiae -bus stultitia tanta. DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. p. 421[B] nefanda diaboli -a (*Herodias*). PASS. Paul. 14 vale, Plautilla, aeternae salutis -a! HIER. epist. 54, 3, 3 anima, quae dei -a nuncupatur. AVG. gen. ad litt. 7, 23 p. 222, 13 angeli aut angelorum -am dicere esse animam (*cf.* 10, 2 p. 298, 4. 10, 3 p. 298, 12). *nota*: AVG. civ. 16, 40 p. 190, 14 D. scriptura consuevit, quae unam quoque -am Ioseph -as nuncupavit. EVCHER. form. 5 p. 32, 1 -a: anima fidelis vel ecclesia.

non de hominibus: HOR. carm. 1, 14, 12 Pontica pinus, silvae -a nobilis. MART. 14, 90 nec silvae -a Maurae (*sed* acer). SYMPH. 286, 54 (*navis*) formosae -a silvae. VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 mirificas -as Leuctram et Mantineam relinquo (*verba morientis Epaminondae*). MART. 13, 35 -a Picenae venio Lucanica porcae. 13, 103 Antipolitani ... sum -a thynni (*loquitur muria*). AVSON. 11, 3 p. 323 P. (*echo*) aeris et linguae sum -a. 393, 74 p. 248 Cadmi nigellas -as (*litteras v. s. v.* filiola *p. 751, 54*). AVG. civ. 3, 14 p. 113, 15 D. -a civitas cum civitate matre pugnavit. *ibid.* ab urbe -a. 5, 25 (*Constantinopolim*) ipsius Romae -am (*sim.* quaest. hept. 7, 9 *ad* iud. 1, 27). *de bestiis*: OV. met. 10, 326 fit equo sua -a coniux. ITALA Is. 43, 20 (Tert. adv. Marc. 3, 5) bestiae agri, sirenes et -ae passerum (θυγατέρες στρουθῶν, VVLG. struthiones. -ae struthionum HIER. in Is. 43, 20 p. 520). *cf. Onomast.*

fīliālis, -e *a* filius. *i. q. fili proprius, filium decens*: PS. AVG. serm. 64, 4 -i ... amore (*in deum*). PS. RVFIN. in psalm. 33, 1 ad -em timorem.

fīliālitās, -ātis *f. a* filialis. *significat 'substantia filialis' 'ein Sohneswesen'*: CANDID. gen. div. 8 *Christus dei* opus, non generatio neque -s, neque filius, neque unigenitus. 9 ab istius modi motione (*spiritus*) -s quaedam repente erumpit.

fīliaster, -stra *m. f.* [*a* filius, -a. *Th.*]. *de forma* filiatr- *v. l. 48. 56.* [*val.* fiastru, *francog. vet.* filastre, *hisp.* hijastro; *fem. val.* fiastră, *hisp.* hijastra. *M.-L.*]. *i. q. privignus (-a) v.* GLOSS. II 580, 21 privignus. IV 442, 28 privignus, qui ante natus est. *contaminatae* II 329, 41 θυγατριδης neptis -r. III 254, 14 ἡ θυγατριδῆ neptis -r. *v. Ruggiero, Diz. epigr. III p. 88 sq.* PS. QVINT. decl. exc. Mon. 2 p. 359, 5 (Leh.) noverca, quae nunquam -um diligit naturaliter, sed odit. SCHOL. Hor. carm. 3, 24, 17 (II p. 384 K. *codd. saec. X et XI*) apud nos quidem odiunt novercae filios alienos, apud illos vero eos ita nutriunt et diligunt ut filios, non -os. CORP. III 9500 (*cf.* add. p. 2139). V 2998 sibi et ... uxori et Saufeio Nigrino -o posterisque suorum. VI 3447. 6713. 7527. 8533. 9041 Naevio Telesphoro filio et Naevio Successo -o. 9475 -o bene merenti. 11791. 14047. 15993. 17423. 32880. 34064. VIII 2848 filiatrum (*errore lapicidae*). IX 4653. X 590. 5454 (= XIV 712). 7526. XIII 2073 *pater* -o et *mater* unico filio. *fem.*: EPIST. canon. (Migne 56, 891) 4 qui incestas nuptias contrahunt, id est matrinam, cognatam vel socrum aut -am ... in coniugio sibi sociant. EVANG. de nativ. Mar. (Tischendorf[1] p. 104) Cleophas cedit fratri suo Ioseph in uxorem Mariam matrem Christi, quae -a sua fuit. CORP. VI 5600 -ae b(ene) m(erenti). 13101. 13317. 13441. 14050 (= X 2201). 15585. 16934. XIII 1829 pateratus (*i.* patraster *i. q. vitricus*) fIliast⟨rae⟩ suae. XIV 3744. INSCR. Muratori 1958, 6 (*Romae, christ.*) patrater filiatrae (*sic trad.*).

[**fīliater, -tra**] *v.* filiaster, -stra *l. 48 et 56.*

✖**fīliātio,** -ōnis *f. a* filius. *de relatione inter deum patrem et Christum*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 24 p. 1057[C]. 1, 31 p. 1064[B]. MAR. MERC. Nest. serm. 2 *et saepius.* AVELL. p. 274, 5. 9. 16. 276, 2. 3. 4. 9 *bis.* 277, 6. 7. 8. 9. 12. 705, 16 CASSIOD. hist. 1, 14 p. 907[D]. 910[A]. 910[B] PS. PRIMAS. in Hebr. p. 732[A]. 689[B]. *Vollmer.*

filica, -ae *f. v.* filix *p. 759, 39.*

filicātus, -a, -um [*a* filix. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 86 -a (fel- *pars codd.*) patera dicta, quod ad filicis (*al.* felicis) herbae speciem sit caelata. CAPER gramm. VII 106, 1 felicem, non filicem dicere debemus. unde et felicata (*sic M*; feliciata *B C*) opera priores dixerunt caelata. *de scriptura*: fel- *scripsisse videtur* FEST., *ut probat ordo litterarum apud* PAVL. FEST. (*l. 66*); *item* CAPER (*l. 68*). *in codicum varia memoria fere ubique idem vel traditum est vel latet.*

i. q. figuris filicum speciem praebentibus ornatus (*v. l. 66 et 67; cf. Mau, Privatl. p. 696*): CIC. Att. 6, 1, 13 in -is (felicitatis *trad.*) lancibus et splendidissimis canistris holusculis nos soles pascere; quid te in vasis fictilibus appositurum putem? parad. 11 quid? a Numa Pompilio minusne gratas dis immortalibus capudines ac fictiles urnulas fuisse quam -as (*sic* $A^2B^2V^1F'^1$; felicatas A^1V^2; felicitas B^1; delicatas F'^2) aliorum (Saliorum *Baiter; v. Thes. gloss. s.* capedo) pateras arbitramur?

?**filicicula,** -ae *v. p. 751, 15.*

filicīna, -ae *f.* (*de -ī- non constat*): PS. APVL. herb. 83 herba radiolum, quam alii -am vocant. GLOSS. III 542, 29 radiolum id est felcina. 574, 67 radiolus id est -a.

filico, -ōnis *m.* [*a* filix. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 86 -es mali et

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nullius usus, a filice dicti (felicones *et* felice *codd. plurimi*. FEST. *sic scripsisse videtur, v. p. 750, 71*).

filicteron (felicteron). *est vox gr. θηλυπτερίς, transformata in similitudinem vocis, quae est filix (felix); de* ct *pro* πτ *cf. etiam* DIOSC. 4, 182 briocteris = *gr. δρυοπτερίς*. DIOSC. 4, 180 de -on. -on aut nimfon aut epion dicunt (*hic et in indice libri* fel- *scriptum*). *cf.* filix *p. 759, 55*.

fīlictum, -ī *n.* [*a* filix. *Th.*]. *scriptura* fel- COLVM. 2, 2, 8 *SA.* filectum *codd.* PALLADII (*l. 11 sq.*). [*raetor.* felet, *hisp.* helecho. *M.-L.*]

i. q. locus filicibus vestitus: COLVM. 2, 2, 8 *locus incultus* -is aliisve frutectis impeditus. PALLAD. 8 tit. 1. 8, 1 tit. de exstirpandis vepribus et -is. 9 tit. 3. 9, 3 tit. de . . . exstirpandis carectis atque -is. 9, 3.

fīlicula, -ae *f.* [*a* filix *deminutive. Th.*]. fel- *scriptum in codd.*: CATO agr. 158, 1. COLVM. 6, 27, 11 *pars codd.* felicla GLOSS. III 542, 9. filcicula *vel* felcicula GLOSS., filiciculae MARCELL. med. 25, 37 (*L*, filicula *P*). 28, 13 *bis* (*PL*). *cf. gr.*: DIOSC. 4, 131 *RV φιλίκλα*. 4, 135. 187 *φιλίκλαμ*. 4, 186 *φιλίκουλα*. *de nomine*: PLIN. nat. 26, 58 polypodi, quam nostri -am vocant. MARCELL. med. 25, 37 herbae pteridis, id est -ae, quae ratis gallice dicitur. GLOSS. adiantus id est -a vel polopodia, qui in arbore nascit. pulitricon id est adiantus id est felce, quae in arbore est. III 542, 9 polypodion id est -a: folia habet simile quomodo †corbuspede. 563, 43 filicroram pollipodia. *cf.* filix *p. 759, 61*. DIOSC. 4, 135 *RV ἀδίαντον ἕτερον . . . Ῥωμαῖοι καπιλλάρεμ, οἱ δὲ πίννουλαμ, οἱ δὲ φιλίκλαμ*. 4, 186 *πολυπόδιον . . . Ῥωμαῖοι φιλίκουλα λουκιτάλις*. 4, 187 *δρυοπτερίς . . . Ῥωμαῖοι φιλίκλαμ*. 4, 131 *κατανάγκη . . . Ῥωμαῖοι ἕρβα φιλίκλα*. [*catal.* farigola. *M.-L.*]

describitur -a, *quae est πολυπόδιον*, PLIN. nat. 26, 58. *in usu est medicinae*: CATO agr. 158, 1 -ae pullum. CELS. 2, 12, 1. COLVM. 6, 27, 11 -a. MARCELL. med. 25, 37 -ae . . . radices. 28, 13. *Bauer.*

✖**fīlietās,** -ātis *f. a* filius, *cf. υἱότης*. *de relatione inter deum patrem et filium* (GLOSS. -s ad habendos filios. *male versa*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 27 p. 1060^{D}. 1, 51 p. 1079 (*opp.* paternitas). gen. div. verb. 30 generationis sive -is. HIER. Didym. spir. 31 p. 130^{B} *spiritus sanctus* habens filii proprietatem secundum quod deus est, non tamen -em (*male editur* filieitatem), ut filius eius sit. MAR. MERC. eph. synod. p. 191 (*bis*) *et alibi*. CASSIOD. hist. 1, 14 p. 909^{C}.

fīliola, -ae *f. a* filia *deminutive.* [*it.* figliuola, *francog.* filleule, *hisp.* hijuela. *M.-L.*] *i. q. filia hypocoristice*: PLAVT. Cist. 571 quae educaret eam pro -a sua. 665 nostram -am. Rud. 39 huic -a virgo periit parvola. 106 -am ego unam habui. CIC. Mur. 23 mihi videris istam scientiam iuris tamquam -am osculari tuam. div. 1, 103 -am suam . . . osculans (VAL. MAX. 1, 5, 3). Att. 1, 18, 1 cum uxore et -a et mellito Cicerone. 5, 19, 2. 6, 1, 22. 7, 2, 4 -a tua te delectari laetor. 14, 4, 6 mea carissima -a. IVV. 6, 241 utile porro -am turpi vetulae producere turpem. SVET. Tib. 53, 1 nurum . . . manu apprehendit graecoque versu 'si non dominaris' inquit, 'filiola (*fuerit θυγάτριον*), iniuriam te accipere existimas?' AVR. Fronto p. 91, 12 N. AMM. 18, 5, 4 qui divitias solas ut -as iucundissimas amplectuntur. MAX. epist. p. 3 -as meas . . . intra id monasterii ovile constituas. ENNOD. opusc. 5, 22 p. 399, 11 parvulam -am. CAES. AREL. testam. 61 domnae -ae. CORP. X 4030 (*in cippo*) -a vivit. CARM. epigr. 1070, 1 (= CORP. II 3501) filiola⟨m⟩ amisit pater. 1076 eripuit matri . . . crudelis cassus -am e manibus. *nota: pro filio effeminato*: CIC. Att. 1, 14, 5 duce -a Curionis. *translate*: AVSON. 396, 52 (p. 252 P.) Cadmi -is atricoloribus (*litteris v. s.* filia *p. 750, 21*).

fīliolus, -ī *m. a* filius *deminutive.* [*it.* figliuolo, *francog.* filleul, *hisp.* hijuelo. *M.-L.*] *de accentu volgari cf.* COMM. *l. 69.* GLOSS. *υἱάφιον ὑποχοριστικῶς*. PLAVT. Capt. 876 qui tibi surripuit quadrimum puerum -um tuom. Truc. 640 -um peperit *mulier*. 805 supposivit. :: cui? :: sibi. :: pro -on? :: pro -o. CIC. Att. 1, 2, 1 -o me auctum scito salva Terentia. VAL. MAX. 8, 8 ext. 1 Socrates . . . cum parvolis -is ludens. IVV. 6, 390 quid faceret plus aegrotante viro, medicis quid tristibus erga -um? 9, 83 quod tibi -us vel filia nascitur ex me. AVR. Fronto p. 101, 19 N. vidi -os meos. CORP. V 1113 ⟨filio⟩lo infelicissimo. 1808 -o suavissimo. *apud Christianos, praecipue vocative, de minoribus docendis*: ITALA Matth. 9, 2 (Afr.) bono animo esto, -e (*τέκνον*, VVLG. fili). I Tim. 1, 18 (Tert. praescr. 25) -e Timothee (VVLG. fili). COMM. instr. 2, 26, 6 reddite vos Christo similes, filióli magistro. VVLG. Marc. 10, 24 -i, quam difficile est. Ioh. 13, 33 -i, adhuc modicum vobiscum sum. Gal. 4, 19 -i mei, quos iterum parturio. I Ioh. 2, 1 (*iam apud* TERT. pudic. 19). 2, 12. 18. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21 HIER. in Gal. 6, 10 p. 529 vir. ill. 16 p. 18, 9 Rich. RVFIN. Greg. Naz. orat. index p. 252, 11 Eng. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369^{A} PALLAD. hist. mon. I 2, 6 PASS. Petr. Paul. long. 63. *Vollmer.*

? **filiosemen** malabracio (*μαλάβαθρον, v. Thes. Gloss. em. s.* folium?) GLOSS. III 568, 51.

? **filistrus** (filtrus? *Götz*) fimbria GLOSS. V 295, 4. *Jchm.*

✖**fīlius,** fīlī *post* fīliī *m.* [*i. q. falisc.* file (*fem.* filea), *umbr.* fel...; *cf. esse videtur cum umbr.* (sif) feliu, filiu 'sues lactentes', *lett.* dīle, dēle 'vitellus lactens', *lituan.* pirmdelys 'primus genitus' *et cum* fellare, *ita ut primo lactentem significaverit (cf. W. Schulze, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 27, 425), nisi conectere mavis cum messap.* biliva, bilia 'filia'. *Th.*]. *vera scriptio* fil- *cum sescenties tradatur in Plauti et Terenti codd. et in titulis, etiam in antiquissimis ut* CORP. I^{2} 555 (*speculum Praenest.*) Tasei filios. I^{2} 9 *elog. Scip.* filios Barbati. I^{2} 37 fi(lios) *bis*. I^{2} 60 filea. I^{2} 561 fileai. I^{2} 1216 filius. I^{2} 1328. 1529, 14. 1744. 1751. 1760. 1771. 2215. LEX repetund. (Corp. I^{2} 583) *ter* filius; CORP. XI 1420, 7 (*a. 4*); *passim in* MON. Ancyr. CORP. I^{2} p. 189 filia — *male scriptum est* feil-: CORP. I^{2} 1799 (*nom. plur.*) feilei. I^{1} 623 = III 582 (*a. 44 a. Chr.*) *gen.* feili. I^{2} 1215 v. 1 feilia (*at* v. 11 filiam), *item* 1253. IX 5629 (= CARM. epigr. 153). *porro* XI 4805 fei⟨l⟩ieis. XII 2600 (*post a. 27 a. Chr.*) feil(io). 2665 feilio *et* feilia. 5095 feilius; *semel etiam in* PLAVTI *Ambrosiano scriptum est* feilias Poen. 1239. [*vix recte* RHET. Her. 1, 12, 20 *Marxius scripsit* feilius]. *nota etiam* i *longam*: MON. Ancyr. 6, 10 CORP. X 3734. XIV 3608, 19 *et passim in* CORP., *etiam* I *cum apice.* — *scriptio* fel- *sequioris est aevi*: INSCR. Jahreshefte d. österr. arch. Inst. 11 (1908) p. 80 feliae. INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*) *φελειs i.* felie. CORP. III 15035. XIV 1011. *item male scriptum*: fill- CORP. III 14092. XII 2246. XIII 6114. 6125 INSCR. christ. Brit. 13. FĪLIO CORP. X 6100 *in titulo ubi male ponuntur apices, item* XII 4097 filiá. *cf.* VIRG. gramm. epist. 1 p. 113, 15 multi dicunt 'fillius' pro eo quod sit 'filius' sicut Maceronto graecus discipulus. *nota etiam in carmine inerti* CORP. III 4487 fīlio. *inepte* GRAMM. suppl. 213, 2 'fidius' pro 'filius'. *de formis Etruscis(?)* fius, fia *v. Lattes, Archiv 13, 377 sq.* ***de formis*** *praemittendum gen. plur.* filiorum *non legi ante* CIC. (*primum* S. Rosc. 64, *praeterea* 7^{ies}), *poetis autem in versibus dactylicis componendis formas creticas* filio, filium, filii, filiis, filios *non idoneas aut molestissimas fuisse ideoque factum esse ut vocabulum* filius *omnino ex epicorum sermone fere pelleretur. cum enim apud* PLAVT. *legatur* filius 66^{ies}, *apud* TER. 17^{ies}; fili: PLAVT. *quater*, TER. *bis*; filio: PLAVT. 66^{ies}, TER. 12^{ies}; filium: PLAVT. 82^{ies}, TER. 41^{ies}; filii: PLAVT. 6^{ies}, TER. *quater*; filiis: PLAVT. *ter*, TER. *bis*; filios: PLAVT. 7^{ies}, *in dactylicis versibus legitur* filius: CATVLL. 78, 2 VARRO Men. 226, 2 VERG. 15^{ies}, HOR. 10^{ies}, TIB. *semel*, LYGD. *semel*, PROP. *bis*, OV. 19^{ies}, MANIL. *bis*, PERS. *semel*, PETRON. *semel*, VAL. FL. *semel*, HOMER. *semel*, STAT. *semel*, MART. *bis*, IVV. 11^{ies}; *gen.* fili: EPICED. Drusi *semel*; *voc.* fili: POMPIL. epigr. 1, 2, *omnino deest vocabulum apud* LVCR. GRATT. SEN. trag. LVCAN. CALP. SIL. *in versibus iambicis vel logaoedicis extat* filius *apud* CATVLL. *semel*, VARRO Men. *semel*, PVBLIL. *semel*, VERG. priap. *semel*, HOR. carm. *quater*, PHAEDR. *semel*, MART. *ter*; *gen.* fili: CATVLL. *semel*; filio: PRIAP. *semel*, PHAEDR. *semel*; filium: ENN. scaen. *semel*, HOR. carm. *semel*, PHAEDR. 5^{ies}, MART. *ter*; *voc.* fili: CATVLL. *bis*; *nom.* filii: VARRO Men. 271, 2; filios: PACVV. trag. *semel*, MART. *ter*. *addo quod* COMM., *securus ille quantitatis, exhibet* filius 8^{ies}, filio *ter*, filium 7^{ies}; *voc.* fili *ter; plur.* fili *quater*, filiorum *semel*, filiis *semel*, filios 7^{ies}. *substituerunt poetae voci* filius *varia* (*de nomenclatione v. p. 754, 40; de vocativo* gnate *p. 753, 8*): (g)natus *inde ab* ENNIO (scaen. 82), creatus (ENN. ann. 627 *al. v. vol. IV p. 1160, 8*), cretus (*inde a* VERG.; *v. vol. IV p. 1184, 34*), puer (ENN. scaen. 44 *al.*), sanguis (ENN. ann. 113 *al.*), genus, progenies, stirps, propago, partus, pignus, proles, suboles. *al.* *de terminationibus:* ***nom. sing.*** *in* -os *praeter titulos antiquissimos legitur etiam* CORP. VIII 132 filios *iuxta* filius. 21792 (*a. 458*). filius *primum* LEX repetund. (Corp. I^{2} 583) 2. 3. 17. filis: CORP. IX 2124 (*legit Dressel*). ***gen. sing.*** filī *metro constat* PLAVT. Capt. 98 Epid. 289. 388. 704 TER. Phorm. 244 Haut. 908 CATVLL. 39, 4 EPICED. Drusi 6 VEN. FORT. carm. 9, 7, 73 *et legitur in titulis his*: CORP. II 1460. 2774. 3265. 3453. 3570. 3728 filI. 5026. III 582 (*a. 44 a. Chr.*) feili suei. IV 3884 *bis* fIII. 6931. VII 191. IX 23. 2229. 2875. 3314 (*a. 271*). 5167. X 1804. XI 1420 (*a. 4 p. Chr.*). 4582. XI 5749, 17 (*a. 261*). XII 118. 120. XIV 353. *formam* filii *in schemate declinationis dat* GRAMM. suppl. 104, 29, *item puer pinxit in pariete Pompeiano* IV 1852^{a} filius filii; *tituli pauci habent* CORP. XI 6225 (*ineunte saec. I*) filiI, *item* II 46. *ausus est praeterea auctor argumenti Epidici Plautini in* v. 3. ***restituendum igitur etiam apud prosarios bonae aetatis utique*** fili. ***dat.*** filiu *in titulo barbaro* CORP. VIII 3899 filiu nostru Iovinu. ***abl.*** filiod *habes in titulo* CORP. I^{2} 42 = XIV 4270. *de* ***vocativo*** *ambigunt grammatici:* ***plene*** PRISC. gramm. II 305, 5 in '-us' desinentia . . . in '-e' faciunt vocativum . . . excipitur unum, quod tam in '-e' quam in '-i' facit vocativum, quamvis sit appellativum, 'o filie' et 'o fili'. Livius Andronicus in Odisia: 'pater noster, Saturni filie' (frg. 2), Catullus autem (37, 17) 'tu praeter omnes une de capillatis *cuniculosae Celtiberiae fili'. Terentianus de syllabis (283): 'haec prius, [tu] Bassine fili, et tu, gener Novate mi'. *eadem (exemplis omissis)* III 448, 1. GRAMM. suppl. 104, 29 'o filius' et 'o fili' vel 'filie', 99, 31 'o filius' vel 'o fili', *cum ceteri grammatici solum* 'o fili' *admittant*: SERV. gramm. IV 409, 16 EXPLAN. in Don. gramm. IV 497, 5 FRG. Bob. gramm. V 556, 15. *nom.* filius *pro vocativo solet agnosci* HOR. sat. 1, 6, 38 tune, Syri Damae aut Dionysi filius, audes *et* carm. 1, 2, 43 almae filius Maiae, *utrubique malo attributum causale statuere. exempla formae* fili *in carminibus praeter a Prisciano allata non vidi nisi* POMPIL. epigr. 1, 2 CATVLL. 33, 2 *et* 33, 8 COMM. instr. 21, 1 apol. 379. 449, *in titulis solum* CORP. XII 4938, *apud prosarios inde a* CATONE: Marce fili (frg. 1. 6, 14) *haud pauca, ut* CIC. off. 1, 1 te, Marce fili (1, 15. 78. 2, 1. 3, 1. 121, *at* 1, 3 mi Cicero). LIV. 23, 9, 2 te, fili. 24, 44, 10 SEN. contr. 1, 4, 10. 11. 1, 7, 10. 2 praef. 3 Mela, fili carissime. 2, 6, 13 contr. exc. 3, 4. 8 contr. 9, 4, 2 *bis*. 9, 4, 3. 5 *bis*. 9, 4, 16 VAL. MAX. 2, 2, 4. 7, 2 ext. 10 QVINT. decl. 315 p. 242, 27. 335 p. 320, 11. 321, 7. 349 p. 374, 8 FRONTO p. 191 N. p. 192

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

have mi domine, fili carissime. APVL. Plat. 2, 1 Faustine fili. met. 4, 12. 6, 22 tu, domine fili (*Iupp. ad Cupidinem*). 9, 27 *al. nusquam ante* FRONTONEM p. 194, 3 N. *et* AVG. *legi* mi fili (mea filia *v. p. 747, 4 sqq.*). *crebrum in* VVLG. *est* -i mi: gen. 22, 8. 27, 1. 8. 13. 20 (-i mi David *ex. gr.* I reg. 24, 17 *al.*) *et passim, praecipue in* prov., *at* -i *nudum apud* Sirach; *nota* II reg. 18, 33 -i mi Absalom, Absalom -i mi, *ubi bis* -us meus *habet* Hier. epist. 39, 4, 1, AVG. civ. 2, 1 p. 54, 5 D. mi -i Marcelline. *in comoedia antiqua semper* (g)nate mi: PLAVT. Asin. 830. 882 Aul. 694 Capt. 1006 *bis*. 1021 Merc. 367 Trin. 282. 353. 1180 TER. Hec. 456. 577. Haut. 1060. mi (g)nate: PLAVT. Asin. 829 TER. Hec. 605 Haut. 1028 NOV. com. 3. 17. o mi gnate: TER. Hec. 352. (g)nate: ENN. scaen. 291 PLAVT. Pseud. 243 *ter.* TER. Haut. 843. 1065 PACVV. trag. 67. 282. 400 CATVLL. 64, 215. 216 CIC. carm. frg. 33, 23. 28 VERG. georg. 4, 396 *et saepe*; OV. *alii.* o (g)nate VERG. Aen. 6, 868. ***nom. plur.*** filīī: NAEV. carm. frg. 20, 3 PLAVT. Bacch. 1204 Capt. 7 Men. 18. 1118 Mil. 717. 1081 TER. Phorm. 819 Ad. 46. 807. 867 VARRO Men. 271, 2 ARGVM. Plaut. Men. 1, *nullum praeterea in versibus exemplum.* *in titulis vetus forma* feilieis: CORP. I² 1536 M. C. Staidieis M. feilieis. I² 2105. filis: IX 1705 (*post imp. Claud.*). 2617. 3816. 3978. filiei: CORP. I² 1612. 1751. X 1153. filii: CORP. VII 409. IX 2437. XIII 6806 INSCR. christ. Rossi I p. 564 (*a. 406*). filei: CORP. I² 1760. feilei: I² 1799. fili *vel* filI: II 408. 659. 670. 904. 2805. 3085. 3166. 4982. 5072. 5433. III 5961. VI 9661. VIII 341. 2185. 3889. IX 217. 290. 994. 1327. 1442. 1506. 1511. 1705. 2485. X 5939. XII 1816. 3466. 3635. XIII 4167 *alibi.* COMM. instr. 2, 17, 8 apol. 674. 732. 735. *volgariter* filios *pro nom.*: CORP. VIII †21540 cui -os et nepotes obitum fecerunt. ***dat. abl. plur.***: filiis: NAEV. com. 111 PLAVT. Bacch. 1206. 1210 Capt. 367 TER. Haut. 991 Phorm. 71 COM. inc. 50 COMM. instr. 2, 16, 7, *nullum praeterea in versibus exemplum nisi* fIlieis: CARM. epigr. 154 (= CORP. XI 6413). *in titulis*: filiei⟨s⟩: CORP. III 6573 (= INSCR. Baiu. 401). filiis: CORP. II 748. 3297. 6253, 2. X 6503 INSCR. christ. Rossi I p. 385 (*a. 390*). fileIs: CORP. IX 5185. fileis: CORP. X 6258 INSCR. Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1906 p. 22. filis *vel* fills: CORP. II 1569. 2538. 3877. 6253, 1. III 6147. 10347. V 2982, 6. 4762. 4886. VI 16483 ACT. Arv. a. 80, 10 CORP. VII 100. 266. VIII 319. 2762. 3036 *et saepius*; IX 1938. X 563. 3011 *bis.* 3335, 8 (*dipl. a. 247*). 3734 (*saec. I*). 5609. 7621. XI 3276. 5548. 6146, 15. 6168, 10. 6929. XII 388. 911. 2734. 3699. XIII 3545. 7678. 8268. XIV 645. 2547 INSCR. Röm.-Germ. Korr.-Bl. 1912 p. 77 Class. Rev. 1904 p. 73. *volgariter*: filibus: CORP. III 7535. 15159. VI 13176 filibus suibus. 18107. VIII 9101. 21533 (*a. 434*). IX 2082ᶜ. XIV 849. [*val.* fiñ, *it.* figlio, *francog.* fils, *hisp.* hijo 'filius', *val.* fie, *it.* figlia, *francog.* fille, *hisp.* hija 'filia'. *M.-L.*]

I ***in nomenclatione:*** *patris nomen additur* (*cf.* LEX repetund. [Corp. I² 583] 14. 17 quos legerit, eos patrem tribum cognomenque indicet. LEX Iul. munic. [Corp. I² 593] 146. PLIN. nat. 22, 38 cui et quorum -o) *inde ab antiquissimis monumentis*: CORP. I² 18 P. Corn⟨elios⟩ L. f. *vel* I² 20 ⟨M. Aim⟩ilio(s) M. f. *vel addito cognomine* I² 6 ⟨L. Corneli⟩o(s) Cn. f. Scipio: *hoc ordine* (*sc. postposito* -us, *quia primitus deerat: cf. Mommsen, Röm. Forsch. 1 p. 6 et v. infra l. 64 sqq.*) *et per notam* F. *milies in titulis et codd. antiquis; perscriptum* FILIVS *ter in elogiis Augustei aevi* CORP. I² 1 p. 189 *ut* Romulus Martis -us, *praeterea* II 3606 (*sed testimonium non fidum est*). VII 191 Sacri, Brusci -i. X 1564 (*schedae*) M. Nemoni M. -i Tugurinus et Sabinus Felix. XIV 2522 L. Sextilio L. f. Proculo -o Satyri. 3607 P. Plautius Pulcher, triumphalis (*sc.* Plautii) -us. II 3688. III 7654. 8203. XII 2277. 2473ᵒ. 5804. *cf.* X 1564 M. fili(us); *tribus litteris* FIL *crebro, ut* V 875 (*a. 105*) C. Minicio C. fil. Vel. Italo *vel* XI 5395 (*saec. II*) C. Alfio C. fil. Ser. Clementi *vel* XIII 5708 II 3 Sex. Iul. Sex. Iuli Aquilini fil. XIV 1801 (*ex. gr.* V 829 *in nomine graeco*); *duabus litteris* FI: CORP. I² 37 M. Mindios L fi. P. Condetios Va. fi. *et in faliscis* XI 3159 Tito Acarcelinio Ma. fi. 3162, 1 Voltio Folcozeo Zextoi fi. *una littera* F *est etiam pro duali vel plurali*: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 1 Q. M. Minucieis Q. f. Rufeis, *item* CORP. I² 664. 1527. 1531. 1814. 2323 *al.* *de usu antiquiore et Graecorum et Oscorum, quo genetivo patris non additur* f(ilius), *v. Bücheler, Rh. Mus. 39 (1884) p. 410 sq.; Mommsen, Staatsr. III p. 207: exemplum unum antiquissimum* CORP. I² 400 (= X 4719) V. Autrodiu(s) C. *et* S. Racectiu(s) S(puri) (*falso huc rettulerunt* I² 2131). *praeterea* IV 595 Q. Spedius Q. X 4014 Anthus Suetti. 8323 Germanus Nepotis. *saepe in provinciis, v. indices Corp. II p. 1200. III p. 2598. 2681. XII p. 962.* *non desunt exempla ordinis mutati; velut* XIV 1568 M. Salinator Sabinus M. f. 1801 C. Voltidi Aemiliani C. fil. 2973. 3473 *vel* XIV 2105 A. Castricius Myrio Talenti f. 2522 L. Sextilio L. f. Proculo -o (Sextilii) Satyri. 3607 P. Plautius Pulcher (Plautii) triumphalis -us. *vel ex provinciis* II 680 L. Coiutius Camali f. 750 Popillio Flavo Campani f. (*plura exempla v. ind. p. 1200*) *vel pleno patris nomine* II 1177 ... Caecilio C. Caecili Silvani -o Virgiliano. 2446 Quartus L. Tusci Valentini f. 4200 *al.* 934 M. Palphurius Lamiinus M. Palphuri Iasi f. 4201. *hic illic* -us *et* filia *nominibus additur, ut distinguantur homines cognomines*: CORP. I² 216 *et* 217 L. Oppi(us) L. f. Flacus patr *et* L. Oppi(us) L. f. Flacus -us. 1744ᵃ·ᵇ L. Scribonius L. f. Lib(o) pater, L. Scribonius L. f. Libo f. *vel* fil. 1924 C. Turpidi(us) P. f. Hor., ⟨C. Tu⟩rpidius C. f. Severus f. IX 1042 Cn. Mucio C. f. Ste., C. Mucio Cn. f. f(ilio) Ste. Rufo, Cn. Mucio Cn. f. f(ilio) Ste. Basso (*in his nota ordinem*), Perenniae Maximae uxori M. Mucius C. f. Ste. frater fecit. II 1129 L. Raio L. f. Serg. Plebeilo f.... ex testamento Plebei patris. 1356. 3269. IX 1697 *et alibi in serie nominum eiusdem gentis.* *non additis aliis nominibus, ex. gr.* V 2852 ...ulcio L. f. fi⟨l⟩io. IX 2135 M. Munatius M. f. -us. 4288. 6394. XI 2303 C. Cavius L. f. -us. *al. cf. etiam* X 1453 M. M. Remmios Rufos patr(em) et fil(ium). *crebra est formula* Sp. f. (*perscriptum hic illic, ut* V 6118 Spurii fil⟨i⟩. IX 2996), *qua denotantur qui patre legitimo carent* (*cf.* GAIVS inst. 1, 64): *ut* CORP. I² 1888 M. Vergilius Sp. f. Rufus. XIV 1808 Q. Volusi Sp. f. Lem. Anthi ... Q. Volusius Q. l(ib). Anthus pater fecit. V 3804 (*protome mulieris*) P. Valerius Spuri f. Montanus vivus fecit matri et patri Ilarioni. X 1138 C. Mamercio Sp. f. Ianuario ... P. Paccius Ianuarius -o naturali et ... mater ...-o. V 2523 T. Aretio Proculo spurio Modestae lib(ertae) f(ilio). *v. Mommsen, Corp. V ind. p. 1213 et ind. X p. 1187. XIV p. 599 multa exempla; etiam* III 11562—64. *de tribubus eorum v. Mommsen, Staatsr. III p. 443; Ruggiero, Diz. epigr. III p. 89 et 87.* *matris nomen (cf. Bücheler, Rhein. Mus. 31 [1876] p. 344; 39 [1884] p. 413) non additur nisi (apud Tuscos cf.* CORP. I² 2023 C. Proeni(us) Titiae nat(us) *et) in servis*: CORP. IX 2398 Iucundus, Piladis ser(v)us, Quartas -us, *vel humilibus*: II 3688 Sergius Ingenus Sergiai Caesulai -us. III 4733 Cupitianus Cupitines f. Cupitine et Asellioni parentibus. *more Gallico*: INSCR. Raetiae 260ᴬ Gemellus Gemelle -us. CORP. XII 1626 Iuliani Verinae fil. 2726 Marcellino Marcellae -o. 2873 Iullini Mariae -i. *nota in devotione* XI 1823 qui est fi⟨liu⟩s Sallusties Veneries. *raro parentum nomina coniunguntur*: CORP. II 866 Eligius Flavius Flavini et Flaccillae f. III 6816 C. Novio C. Novi Prisci cos. et Flavoniae Menodorae fil. 7564 Ti. Claudio Tertullo Claudi Tertulli et Laberiae Chrysaidis -o. 8203 Sex. Caelidius S. C. Lupi et Mataurae Cominiae fili⟨us⟩. XII 2277 Q. Iuventio Victoris et Paulinulae -o Cassiano bimo. 2473ᵒ (*saec. I*) L. Pompeio Campano Campani et Sentiae -o. 5804 L. Annio Tullo c(larissimo) p(uero) L. ⟨Anni⟩ Tere⟨tina⟩ Longi c. v. et Vibiae Se⟨...⟩ c. f. -o. *alia est formula apud Tuscos antiquior ut* CORP. I² 2016 (*bilinguis* = XI 2299) C. Caesius C. f. Varia nat(us) *vel* I² 2019 (= XI 2385) C. Petronius C. f. haruspex CrispInia natus (*item* I² 2021. XI 2260. 2472 *al. nota* 2485 L. Venetii Vel. f. Arria n.). I² 2030 L. Veisinnius L. f. p(ater) Titia gnatus *sim.* *nota* CIC. p. red. in sen. 37 Scipiones, Metellarum (-orum *trad.*) -ii. Brut. 212 istius Liciniae -um. Att. 5, 21, 14 Postumiae -o. 12. 24, 2 P. Crassus Venuleiae -us. epist. 9, 21, 3 de hoc amico meo, Rubriae -o *et alia.* *ad poeticas nominum circumscriptiones excerpsi haec*: CORP. I² 7 Cornelius Lucius Scipio Barbatus Gnaivod patre prognatus. I² 9 Luciom Scipione -os Barbati. I² 10 te in gremiu, Scipio recipit, terra, Publi, prognatum Publio, Corneli. ENN. ann. 303 orator Cornelius ... Cethegus Marcus ... Marci -us. POMPIL. epigr. 1, 2 te..., -i Potoni. CATVLL. 33, 2 Vibenni pater et cinaede -i. VERG. catal. 9, 36 Tarquinii ...-us atque pater. HOR. sat. 1, 6, 38 tune, Syri, Damae aut Dionysi -us. ars 327 dicat -us Albini. *nomina graeca latine formata*: PLAVT. Asin. 344 -um Stratonis ... Demaenetum. 522 Argyrippum -um Demaeneti. *et passim, etiam in Punicis* Poen. 997 Hannonem ... Carthaginiensis Muthumbalis -um. 1072. *exempla nominum mythicorum sunt*: LIV. ANDR. Od. frg. 2 Saturni -e. 23 -us Latonas. NAEV. carm. frg. 20 Runcus atque Porporeus -ii Terras. PLAVT. Amph. 30 qui Iovis sum -us. LVCIL. 1313 Neptuni -us (*Polyphemus, at* VARRO Men. 226 *Busiris*). VERG. Aen. 1, 325 Veneris ... -us (*Aeneas*). 9, 199 Mantus et Tusci -us amnis. *et passim similia.* *ex oratione prosaria*: CRASSVS ap. Cic. de orat. 2, 223 ego et M. -us. CIC. Cluent. 141 ego et Brutus -us. VARRO rust. 1, 2, 22 Sasernarum patris et -i. CIC. Phil. 11, 31 regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum -um. Sull. 19 Marcellis, patri et -o. Arch. 6 cum Q. Catulo et patre et -o. *ibid.* Metello illi Numidico et eius Pio -o. Brut. 99 duo C. Fannii C. M. -ii. epist. 13, 8, 1 L. Sestius ...-us P. Sesti. 13, 40 L. et C. Aurelios L. -os. 14, 14, 2 Quintus pater et -us (16, 3 tit. 16, 6, 7). *talia passim.*

II ***in sermone liberiore*** (GLOSS. *viός, τέκνον*, nati, liberi): *exempla antiquissima aliquot*: LEX XII tab. (Cic. leg. 4, 2) si pater -um ter venum duvit, -us a patre liber esto. FORMVLA ap. Gell. 5, 19, 9 potestatis ... uti patri endo -o est. LIV. ANDR. carm. frg. 2. 23 ENN. ann. 305 scaen. 420 NAEV. com. 96. PLAVT. Aul. 16 -us ..., pater. 21 -um pariter moratum ut pater avosque huius fuit. Bacch. 1175 -um concastigato. 1210 ut apud lenones rivales -iis fierent patres. Capt. 316 quam tu -um tuom, tam pater me meus desiderat. Cas. 51 pater -usque. 289 uxor -usque. Pseud. 422 iam illi fe⟨tet⟩ -us. Trin. 1075 -um atque filiam. *et milia.* *non certa doctrina*: DIFF. Suet. p. 277 '-ii' omnis condicionis intelleguntur tam servi quam ingenui, 'liberi' autem non dicuntur nisi qui ab ingenuis nascuntur. *nota*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13, 1 sororis meae liberos obliviscaris esse Lepidi -os.

A ***ad matrem,*** *quae lactavit, et res naturales non multa referunt vestigia* (*Bücheler, Rhein. Mus. 39 [1884] p. 412*): PLAVT. Amph. 1136 (*loq. Iupp.*) concubitu gravidam feci -o. Curc. 221 (*per iocum*) geminos in ventre habere videor -os. Asin. 931 (*mater loquitur*) bellum -um. Cas. 314 era ... tu -usque tuos. Poen. 1144 matrem hic salutat suam, haec autem hunc -um. TER. Haut. 1025 mater ... dictus -us tuos vestra voluntate. Ad. 974 tuo nepoti huius -o hodie prima mammam dedit haec. CIC. inv. 1, 18 non ... abs te -o matrem necari oportuit. 1, 31 (*inter probabilia*) si mater est, diligit -um. SEN.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contr. 1, 4, 9 utrimque -i nomen audio; pater... mater. PHAEDR. app. 3, 3 una in cunis parvom habebat -um. CVRT. 5, 2, 22 scio apud vos (*Persas*) -o in conspectu matris nefas esse considere. VVLG. gen. 21, 7 quod Sara lactaret -um (I reg. 1, 23). Ruth 1, 11 num ultra habeo -os in utero meo. II reg. 16, 11 -us meus qui egressus est de utero meo. *similia passim. nota*: VVLG. IV reg. 19, 3 venerunt -ii usque ad partum, et vires non habet parturiens. Iob 19, 17 -os uteri mei. HOR. sat. 1, 3, 46 -us... abortivos. *verba de matre*: PLAVT. Amph. 480 illa pariet -os geminos duos. 718 istam tibi parituram -um (720. 1070. 1088 Truc. 522 TER. Haut. 1022 VVLG. gen. 3, 16 *et passim*). CIC. Tusc. 1, 102 idcirco genueram (*mater de filio*). QVINT. inst. 6 pr. 4 duos enixa -os (SVET. Tib. 4, 3). APVL. met. 5, 29 te meliorem -um alium genituram (VVLG. gen. 30, 20 *et passim*). VVLG. gen. 30, 10 qua ... edente -um. VARRO rust. 2, 10, 9 *virginibus* vagari liceret et -os habere. LIV. 2, 40, 8 nisi -um haberem (*praecedit* nisi peperissem). 40, 4, 2 filiae singulos -os parvos habentes. SEN. contr. 9, 6, 20 si proprios habuisset -os noverca. QVINT. inst. 7, 6, 3 quae -um habebat, prostare coepit. CORP. III 872 Aclia ... creavi⟨t fili⟩os VII. *nota griphum*: CARM. epigr. 42 mater ferebat -um similem sui. OV. am. 1, 13, 33 erat tibi (*o mater*) -us ater. CIC. inv. 2, 144 -um suom, quem ex tyranno habebat. Cluent. 22 *Dinaea* -os habuit M. et N. Aurios et Cn. Magium. SAB. Gell. 7, 7, 8 in illius locum Romulus Accae sese -um dedit. *verba de patre*: PACVV. trag. 403 -os sibi procreasse eundem per Calypsonem autumant. CIC. rep. 2, 34 cum de matre familias ... duo -os procreavisset (VAL. MAX. 7, 7, 3 procreato -o. GAIVS inst. 1, 29 *et passim*). LIV. 1, 34, 2 uxore ducta duos -os genuit (VAL. MAX. 5, 6, 6 *et alibi*). FEST. p. 269 quod ex Rhome suscepisset -os. SEN. contr. 1, 8, 14 negabat patri abscidendam spem -i in perpetuom. 2, 1, 3 dives sustulit unum -um. 2, 4 tit. ex illa (*meretrice*) sustulit -um (*et alibi*). VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 ut post sextum et octogesimum annum -um generaret (PLIN. nat. 7, 61). SEN. benef. 3, 35, 1 pater dedit -o vitam (3, 35, 5 *et al.*). SVET. Otho 1, 3 ex Albia Terentia ... duos -os tulit (Dom. 3, 1 *al.*). *ille* est *illius* filius: PLAVT. Amph. 30 qui Iovis sum -us. Poen. 1072 ut tu sis Iahonis -us. CIC. Verr. 4, 162 si est tuos natura -us, consuetudine discipulus. Phil. 13, 13 est eius patris -us, qui. CVRT. 10, 6, 11 esse a Barsine regis -um. *et passim*. PLAVT. Cas. 35 senex..., ei est -us. TER. Haut. 181. 217. VERG. Aen. 7, 50 -us huic ... prolesque virilis nulla fuit. HOR. sat. 1, 3, 46 si cui -us est. *sim. passim*. TER. Haut. 93 -um ... habeo. CIC. S. Rosc. 42 cum duos -os haberet. *et passim* (*nota* MART. 1, 84, 1 uxorem habendam non putat Quirinalis, cum velit habere -os). PLAVT. Truc. 865 tibi esse ... -um ex sponsa tua. VARRO rust. 1, 17, 5 conservas e quibus habeant -os. 2, 5, 5 -os Neptuni a Menalippa. CIC. Caecin. 11 quem habebat e Caesennia -um. Cluent. 27 cum haberet ex Novia ... -um (*sic passim*). LIV. 45, 15, 1 cos, quibus -us ... ex se natus esset. QVINT. decl. 300 p. 182, 15 apud communem -um iudicem ream adulterii fecit maritus uxorem (319 p. 252, 10 TAC. ann. 1, 40 *et alibi, ut* SCAEV. dig. 35, 2, 25 pr. *etiam in titulis ut* CORP. III 6147. 10347. 10505). *de generatione passive dicta*: PLAVT. Capt. 7 seni huic fuerunt -ii nati duo (Men. 18 *et passim*). TER. Hec. 832 Philumenam compressam esse ab eo et -um inde hunc natum. Ad. 46 uxorem duxit, nati -ii duo (867 *et passim*). VARRO Men. 543 si ... mihi -us unus pluresve ... gignantur. CIC. inv. 2, 122 si mihi -us genitur unus pluresve. Q. Rosc. 30 ex improbo patre probum -um nasci. de orat. 1, 183 ex utraque -us natus esset. NEP. Iph. 3, 4 -um reliquit ex Thraessa natum. CVRT. 10, 7, 8 -o ex Roxane futuro.

fratris -us *sim.*: PLAVT. Poen. 125 sui fratris -um. 952 mei fratris -um. 1257 hic est cognatus vester, huiusce fratris -us. 1325 TER. Phorm. 253. AFRAN. com. 162 *et passim*. CIC. Rab. perd 8 sororis -um (Flacc. 89 Phil. 2, 14 Sest. 111 *passim*; *nota* TAC. Germ. 20; GLOSS. ἀδελφιδοῦς). Mur. 76 cum esset Tubero eiusdem Africani sororis -us. FEST. p. 230 propius sobrino mihi est consobrini mei -us et consobrinae meae -us (-a *trad.*); *cf.* p. 297. SVET. Nero 35, 5 Tuscum nutricis -um. GAIVS inst. 1, 156 patrui -us. 1, 156 materterae -us non est mihi agnatus, sed cognatus. -us *nude dicitur pro genero*: SVLP. SEV. chron. 1, 35, 8 epist. 3, 3. *pro privigno*: CORP. X 3013 patraster -o ben. mer.

B *epitheta de numero*: PLAVT. Amph. 480 -os geminos duos (1070. 1088 Men. 18). Capt. 7 -ii ... duo (Men. 1118 TER. Ad. 46 *passim*). Curc. 221 geminos ... -os (Men. 1120 Mil. 717). Mil. 717 trigemini. Bacch. 407 -um uni⟨ce⟩ unicum. Cas. 264 ille unicust mihi -us. TER. Haut. 93 -um unicum ... habeo. CIC. inv. 2, 122 unus pluresve *v. l. 53*. Cael. 79 hoc unico -o (S. Rosc. 41 Phil. 9, 12 Att. 10, 9, 2 *passim*). PROP. 2, 18ᵇ, 34 et tibi sim -us unus ego. VAL. MAX. 9, 1, 9 -um ..., quem ... solum ... habebat. VVLG. gen. 22, 12 unigenito -o tuo (*Isaac*; 22, 16 *et passim*). LIV. 40, 4, 2 filiae singulos -os parvos habentes. CIC. Brut. 81 cuius IV -ii consulares fuerunt. SEN. dial. 5, 16, 4 Pythio quinque -orum patri. LIV. 42, 34, 4 sex -ii nobis, duae filiae sunt. LIV. 23, 30, 15 -ii tres, L. M. Q. PLAVT. Men. 1118 vos tum patri -ii quot eratis? TERT. anim. 6 Graeca quaedam quinionem enixa -orum. *per iocum*: PLAVT. Bacch. 973 Priamus hic multo illi praestat: non quinquaginta modo, quadringentos -os habet (*sc. nummos*).

epitheta de aetate: PLAVT. Capt. 952 meo minore ... -o (TER. Eun. 209 LIV. 39, 35, 2 *et alibi, etiam in titulis ut* CIL XIV 2523). *nota* HIER. epist. 21, 8, 1 iunior (21, 13, 1 minor) *al.* PLAVT. Men. 1119 uter eratis, tun an ille, maior? :: aeque ambo pares. TER. Ad. 462 maior -us tuos Aeschinus. CIC. rep. 2, 46 maior eius -us. CAES. civ. 3, 108, 3 ex duobus -is maior (LIV. 29, 29, 7 VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 *al.* VVLG. Luc. 15, 25 senior *et* 15, 13 adulescentior). NEP. Dat. 7, 1 maximo natu -us (LIV. 45, 6, 9). SCIP. min. or. frg. Macr. sat. 3, 14, 6 -um non minorem annis XII. VVLG. II par. 22, 1 minimum. RHET. Her. 4, 39, 51 -ii parvi. CIC. Phil. 1, 31 tuos parvos -us (*passim*). Catil. 4, 3 parvolus -us. Verr. 5, 61 -os pueros. Att. 6, 6, 4 -us puer (*et passim*). LIV. 29, 29, 7 puero admodum. CIC. Verr. 6, 125 ex complexu matris ereptus innocens -us. Cluent. 27 infantem -um. Catil. 4, 13 impuberem. HOR. serm. 2, 8, 59 immaturus. OV. fast. 4, 512 tener. LIV. 21, 46, 7 tum primum pubescentis -i. 45, 15, 1 -us quinquenni maior. VAL. MAX. 2, 1, 7 cum -o pubere (9, 1, 9 PLIN. nat. 35, 28 *al.*). 9, 3 ext. 2 quattuor ... puerilis aetatis -os. CVRT. 3, 11, 24 -um nondum sextum annum aetatis egressum. GAIVS inst. 1, 29 -us anniculus (1, 32 *et passim*). PLAVT. Merc. 1021 adulescentem -um. TER. Haut. 93 adulescentulum (CIC. Phil. 8, 14). Phorm. 1041 -us homo adulescens. CIC. p. red. in sen. 37 adulescentes -ii; *passim* (-us ... non puer, sed adulescens Verr. 3, 161). CVRT. 9, 1, 28 cum duobus adultis -iis. LIV. 7, 4, 4 -um iuvenem (23, 8, 2 *et alibi*). CIC. Verr. 4, 23 praetextato praetoris -o (3, 80. 6, 137 Mur. 11 *passim*). VVLG. gen. 27, 32 ego sum -us tuus primogenitus Esau (35, 23 primogenitus Ruben. *et passim*).

epitheta ad corpus spectantia: PLAVT. Sitell. frg. 2 ea mihi insignitos pueros pariat postea aut varum aut valgum aut compernem aut paetum aut brocchum -um. *cf.* HOR. sat. 1, 3, 44 strabonem ... paetum ... pullum varum ... scaurum.

C *de condicione civili: definitiones*: GAIVS inst. 1, 99 qui in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est -us et filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos, proneptis. 1, 127 mortuo patre ... omni modo -ii filiaeve sui iuris efficiuntur. FORMVLA Gell. 5, 19, 9 uti L. Valerius L. Titio tam iure legeque -us siet quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset.

epitheta ad condicionem civilem spectantia: erilis -us: PLAVT. Bacch. 233. 351. 366. 931 Cas. 1014 Epid. 28 *et passim*. familiaris -us: PLAVT. Asin. 267. 309. Capt. 273 nec mihi secus erat quam si essem familiaris -us. COM. pall. inc. 97 VARRO Men. 8 *passim*. CIC. Cael. 36 -um familias. SALL. Catil. 43, 2 -ii familiarum. FEST. p. 289 -o familiae (SEN. contr. 1, 1, 14 *et passim, imprimis in* DIG. -us familias. *definitio*: VLP. dig. 1, 6, 4 -i familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate: nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est. MOD. dig. 1, 7, 1, 1 -os familiarum non solum natura verum et adoptiones faciunt. *quo in* ICTorum *usu est etiam nude* -us *ut* VLP. dig. 2, 14, 7, 18. 2, 14, 17, 7 *et passim*. GLOSS. ὑπεξούσιος; ὑποπάτριος; -us sub patre degens). PLAVT. Bacch. 238 noster filius. Trin. 602 nostrum erilem -um (Truc. 297 TER. Eun. 962). PLAVT. Poen. 75 emit hospitalem is -um ... senex. SEN. contr. exc. 6, 3 -um legitimum (QVINT. inst. 3, 6, 96 *et passim, praecipue apud* ICTOS, *ut* SCAEV. dig. 36, 3, 18 pr.). CIC. Brut. 195 -o non nato. SCIP. min. or. frg. Gell. 5, 19, 16 -um adoptivom (SVET. Tib. 52, 1 *et passim, praecipue apud* ICTOS, *ut* GAIVS inst. 2, 136. 3, 40. *adde titulos ut* CORP. III 1181. XIII 3632). LIV. 40, 9, 2 unum Demetrium -um te habere, me subditum et paelice genitum appellant. SALL. hist. frg. 2, 71 falsum -um arguituri. GAIVS inst. 1, 77 is iustus patris -us est (1, 99 *et passim*). SVET. Tib. 52, 1 naturalem (55 GAIVS inst. 2, 136 SCAEV. dig. 32, 41, 2. 36, 1, 80, 2 PAVL. dig. 35, 2, 63 pr. *et passim in* INSCR. *ut* CORP. V 3417. 4762. VI 18658. 34048ᵃ. IX 888. 1887 fil. et... fil. natur. X 1138. XII 731. 3479. 5194. XIV 1565. *definitionem v. ap.* AVG. c. Iul. 3, 20, 40). CIC. inv. 2, 62 -i pupilli (Verr. 1, 131 *al.*). CIC. Caecin. 53 mortuo postumo -o (GAIVS inst. 2, 131). PAVL. dig. 35, 2, 63 pr. qui -um alienum possidet. PAVL. dig. 1, 7, 34 pr. nec enim moribus nostris convenit -um temporalem habere. APVL. met. 4, 26 adulescens... quem -um publicum omnis sibi civitas cooptavit.

verba: PLAVT. Men. 61 adoptat illum puerum ... sibi -um. Poen. 76 eum ... adoptat sibi pro -o. 119. 1059 is me sibi adoptavit -um. TER. Ad. 114 tuom -um dedisti adoptandum mihi. *et saepius v. vol. I p. 810, 36* (*spiritaliter* COMM. apol. 735). CORP. XII 122 -us adoptatus. CIC. dom. 36 haec simulata adoptio -i. Tusc. 1, 31 adoptationes -orum. TAC. ann. 15, 19 orbi fictis adoptionibus asciscerent -os (PLIN. paneg. 7, 4). PLIN. epist. 4, 15, 9 quem more maiorum in -i locum assumas. paneg. 7, 5 -um assumi (8 *et passim*). CIC. Rab. Post. 45 tune es C. Curti -us, C. Rabiri iudicio et voluntate -us, natura (Verr. 4, 162 *cf. etiam p. 758, 60*) sororis? Phil. 2, 71 cuius tu imperatoris ... fueras ... testamento ... -us. dom. 35 factus es eius -us contra fas. 37 ut ille -us instituatur. QVINT. decl. 358 p. 390, 8 quem in locum -i sustulerat (372 p. 409, 7 sustulit, pro -o educavit). 372 p. 410, 14 -ii loco habui. RHET Her. 1, 12, 20 cum -um heredem faceret (*passim*). VAL. MAX. 5, 9, 2 -um heredem reliquit. CIC. Cluent. 135 se exheredasse -um (*passim*) de orat. 1, 175 testamento exheres -us. QVINT. decl. 306 p. 205, 1 ⟨si⟩ nollet -um mater agnoscere (SVET. Claud. 15, 2 *et al.*). CIC. inv. 2, 52 in -um ... quam habebam potestatem, ea sum usus (*similia*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe). Liv. 7,16,9 emancipando -um (Gaivs inst. 2,141 ex emancipato . . . -o. 2,245 *et passim*). 45,40,7 -iis . . . duobus datis in adoptionem (Sen. contr. 2,1,20 *et alibi*). Sen. contr. 2,1,1 petit a paupere unicum -um in adoptionem. Sen. contr. 1,1,13 an abdicatus non desinat -us esse. 1,1,14 non posse -um ob id abdicari. *et alibi*. Gaivs inst. 1,132 mancipat pater -um alicui. 1,134 -*us* patri remancipatur.

D *filium perdere vel recuperare*: Plavt. Capt. 759 perdidi unum -um (Cic. epist. 4, 6, 1 M. Cato . . . -um perdidit. Sen. contr. 2, 1,7 aliquem tres -os perdere. *et passim*). Ter. Haut. 480 abs te amittas -um. Cic. Verr. 6,120 patres . . . amissis -is irati. Tusc. 3,70 duobus amissis -is. epist. 4, 6, 1 Q. Maximus . . . -um . . . amisit. *et passim*. Sen. contr. 2,1,9 ne auferam patri -um, -is patrem. Cic. Cluent. 45 orbata -o *mater* (200). off. 1, 32 Theseus Hippolyto -o non esset orbatus (Cvrt. 6,9,27 *et al.*). Sen. contr. 2,1,20 -o carere unico. contr. exc. 4, 6 eo crudelius -o caret. Cic. Verr. 2,7 e complexu parentum abreptos -os. Cluent. 28 sibi . . . -um . . . ereptum (Sen. contr. 9,6,18 -um mihi eripuit. *et alibi*). Val. Max. 5,10 ext. 1 -is spoliatus. Qvint. decl. 277 p. 131, 14 auferre -um . . . patri (291 p. 162, 2 *et alibi*). 338 p. 333, 22 expellere -um. Ter. Andr. 570 amico -um restitueris (Haut. 492 Cic. Cluent. 22 *passim*). Cic. Cluent. 22 recuperandi -i spes. Ter. Haut. 756 ut abeat ab se -us. Cic. inv. 1, 109 cum diducaris . . . ut a parente -o, a fratre familiari. S. Rosc. 45 alterum a se non dimittebat. Argvm. Plaut. Merc. 2, 1 mercatum asotum -um extrudit pater. Sen. contr. 10, 4, 15 qui exponant -os (*et passim*). Cic. prov. 18 utinam -ii ne degenerassent a gravitate patria.

E *educare sim.*: Cic. Cluent. 27 cum . . . alter . . . eius -us . . . Teani . . . apud matrem educaretur. Brut. 211 -os non tam in gremio educatos quam in sermone matris (*Corneliae*). Nep. Dion 4, 3 -um . . . sic educari. Att. 1, 2 omnibus doctrinis . . . -um erudivit (Sen. epist. 88,20 liberalibus studiis). Liv. 42,19,4 regem educendum (*sic cod. Vind.*) -um Romam misisse. Sen. contr. 2, 1, 31 dubitanti an -um tolleret. 2, 6, 5 emendare -um (*et alibi*). contr. exc. 5,3 quidam duos -os pancratiastas instituit. Val. Max. 7, 7, 5 ex octo -is, quos in adulescentiam perduxerat.

F *pluralis* -ii *de masculis*: Plavt. Amph. 480. 1070. 1088 Bacch. 974. 1168. 1204. 1206. 1210 Capt. 367 *et passim*. *cf.* Lavd. Murdiae (Corp. VI 10230) 3 omnes -os aeque fecit heredes, partitione filiae data. Plavt. Amph. 1070 geminos -os pueros. Varro ling. 9, 55 -um et filiam . . . apte discerni marem et feminam. Papin. dig. 33, 7, 12, 43 -is maribus (Sab. Gell. 7, 7, 8. Inst. Iust. 4, 8, 7 in -is familias masculis et feminis). Tert. nat. 2,12 -os virili sexu. castit. 13 *al.* *de mixtis masculis et feminis* (*cf.* Qvint. inst. 9, 3, 63 medium . . . iungit . . . diversos sexus, ut cum marem feminamque '-os' dicimus. *non recte*: Diff. Suet. p. 277 '-i' masculino genere ponuntur, 'liberi' in utroque sexu. *in iure*: Pavl. dig. 50, 16, 84 -ii appellatione omnes liberos intellegimus. *v. Funck, Archiv VII 91sqq.*): Plavt. Epid. 212 -os suos quisque visunt. Varro rust. 2, 10, 9 -os habere. Rhet. Her. 4, 39, 51 -ii parvi. Cic. Verr. 6, 117 *parentes* prohibentur adire ad -os. 6, 120. epist. 9, 22, 3 patres rogant -os. Bell. Hisp. 18, 4 uxorem et -os in oppido reliquerat. Sen. benef. 3, 29, 1 clem. 1, 13, 5. Pavl. Fest. p. 125 quae sine -is est. p. 133 orba est quae patrem aut -os . . . amisit. Petron. 110,7 quam cito *mulieres* etiam -orum obliviscerentur. Svet. Cal. 38, 1 Calp. decl. 12, 9. Scaev. dig. 36, 1, 79 heredibus institutis -is utriusque sexus. Min. Fel. 30, 2. 3. 31, 4 Tert. nat. 1, 16. Vvlg. gen. 3, 16 in dolore paries -os. *et passim*. *ex titulis adnoto ex. gr.* Corp. II 5072 Iulian⟨us et⟩ Rufina -i. III 12478 reliquerunt heredes bonos -os superstantis vii, sex quidem -os et unam filiam. 15159. VI 9257. 9661. IX 668. 1511. X 226. 380. 3011. XII 5194. XIII 4167. 6772. 6806. 7678. XIV 3457. *nota*: Rvric. epist. 2, 3 p. 374, 14 -orum coniunctione (*i. -i mei cum filia tua*).

G filii *generaliter pro posteris* (*cf.* Cic. Tusc. 1, 81 nepotes et -ii. 1, 85 multi -ii filiae, nepotes neptes. Verg. Aen. 6, 864 -us anne aliquis magna de stirpe nepotum. *et sim.* Call. dig. 50, 16, 220 Papirius . . . ait praedio cum vilico . . . et -is legato nepotes quoque ex -is contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat: '-ii' enim appellatione saepe et nepotes accipi multifariam placere. . . . natura nos quoque docet parentes pios . . . -orum appellatione omnes qui ex nobis descendunt continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros quam -ii appellare. *cf. et* Ivlian. dig. 50, 16, 201. Avg. loc. hept. 1, 107 p. 523 -um . . . dici et avi et proavi et ultra maioris alicuius eum qui ex illo propagatur, usitatissimae locutionis est): Cic. p. red. in sen. 37 Scipiones, Metellarum (-orum *trad.*) -ii. Mur. 69 infimorum hominum -os. Tert. idol. 12 -is et posteritati providendum. Vvlg. Ios. 14,9 erit possessio tua et -orum tuorum in aeternum. IV reg. 10,30 -ii tui usque ad quartam generationem (15,12 *al.*). filii Adam, filii Israel *similia passim in* Vvlg. *et ap.* Eccl. *nota*: Vvlg. gen. 45, 10 -ii -orum tuorum (*item* Tob. 9, 11. 14, 15 *al.*).

H *de aetate minoribus monendis vel docendis* (*cf.* Cic. epist. 10, 5, 3 *te* sic moneo ut -um. Cic. fil. Cic. epist. 16, 21, 3 Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut -um esse coniunctissimum. Ascon. Mil. p. 38, 22 St. quid sit . . ., ut enarrandum sit, vestra aetas, -ii, facit. Plin. nat. 34, 66 -os et discipulos reliquit *Lysippus*): Fronto p. 191 N. -i (*ad discipulum*). p. 192. 194 mi -i. Apvl. met. 2, 20 -us meus iste Lucius. Comm. instr. 2, 21, 1 Vvlg. Ios. 7, 19 ait Iosue ad Achan (*filium Zare*): -i mi. I reg. 3, 6 -i mi (*Heli ad Samuelem*). II par. 29, 11 -ii mei, nolite neglegere. psalm. 33, 12 venite, -ii, audite me (*de plurali plura apud Finck, Archiv VII p. 93*). *et saepius; nota* IV reg. 8, 9 -us tuus Benadad rex Syriae misit me. 16, 7 servus tuus et -us tuus ego sum. Marc. 2, 5 -i. *sic saepe apud Christianos, ut* Hier. in Is. 5 pr. -um nostrum . . . diaconum.

J *generaliter vel proverbialiter dicta*: Naev. com. 111 regum -ii (*cf.* Petron. 57, 4 eques Romanus es? ego regis -us. Avr. Fronto p. 33 N. Vvlg. iud. 8,18 unus ex eis quasi -us regis). Rhet. Her. 4, 54, 67 salsamentari -o. Cic. Phil. 13, 23 cariorem populo Romano -um scurrae quam C. Caesarem. Verr. 2, 151 Gracchi . . . aut Saturnini aut alicuius hominis eiusmodi . . . -um. Hor. sat. 1, 6, 38 tune, Syri, Damae aut Dionysi -us (*i. libertinus*)? Liv. 9, 46, 10 libertinorum -is (Svet. Claud. 24, 1 *et al.*). Vell. 2, 28, 4 senatorum -i. Val. Max. 1, 1, 1 decem principum -i. Tert. spect. 30 fabri aut quaestuariae -us. Svet. Cal. 22, 1 et 'castrorum -us' . . . vocabatur. Plavt. Epid. 673 ille . . . Volcani iratist -us: quaqua tangit, omne amburit. Varro Men. 239 Metamelos Inconstantiae -us. Hor. sat. 2, 6, 49 'Fortunae -us' omnes *me appellant* (*cf.* Phaedr. 4, 12, 5 veniente Pluto, qui Fortunae est -us. *proverbialiter* Petron. 43, 7 plane Fortunae -us, in manu illius plumbum aurum fiebat). Ivv. 13, 141 tu gallinae -us albae, nos viles pulli nati infelicibus ovis. Catvll. 37, 18 Celtiberiae -i, Egnati. Cic. Att. 1, 13, 4 huic terrae -o nescio cui committere epistulam tantis de rebus non audeo. epist. 7, 9, 3 Cn. Cornelius . . . summo genere natus, terrae -us. Pers. 6, 59 terrae est iam -us (*cf.* 6, 57 progenies terrae). Petron. 43, 5 nescio cui terrae -o (*incertum* Fronto p. 37 N. terrae, ut dicitur, immo cellae -os). Min. Fel. 21, 7 ignobiles et ignotos terrae -os nominamus (Lact. inst. 1, 11, 55). Tert. nat. 2, 12 volgo generis incertos terrae -os iactitamus. apol. 10, 10 Symm. epist. 1, 3, 3 Serv. georg. 1, 9 *cf. et* Schol. Iuv. 4, 98. *aliter* Vvlg. Ezech. 30, 5 -ii terrae foederis. Inscr. Wünsch defix. tab. Att. praef. p. XXVII (Audollent tab. devot. 140) 17 vince peroccide -um mares (*i.* maris) *i. hominem durum; cf. Wünsch ad l.* Vvlg. I reg. 20, 31 -us mortis (*viὸς θανάτου*) est *i. morietur* (I reg. 26, 16 II reg. 12, 5 *al.*). Matth. 23, 15 -um gehennae (Facvnd. defens. 12, 5 p. 850^{B} Traiano, -o gehennae. *v. etiam p. 759, 6*). Vvlg. II reg. 2, 7 estote -ii fortitudinis (*i. fortes*). 3, 34 -is iniquitatis (7, 10 I par. 17, 9 psalm. 88, 23 *al.*). Iob 41, 25 -os superbiae. prov. 10, 5 -us confusionis. *et similia passim in* Vvlg. *et* Eccl.; *nota* Luc. 16, 8 -ii huius saeculi prudentiores -is lucis . . . sunt. Rom. 9, 8 -ii carnis *et* -ii promissionis.

non de hominibus: Varro Men. 271 venti . . . phrenetici septentrionum -ii. ling. 9, 43 parentes *et* -ii *de verbis*.

K *sententiae et proverbialia*: Plavt. Amph. 992 ut -um bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. Asin. 836 nolo ego metui, amari mavolo, mi gnate, me abs te. :: pol ego utrumque facio ut aequom est -o. Poen. 444. Ter. Haut. 991 matres omnes -is in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Ad. 74 hoc patrium est, potius consuefacere -um sua sponte recte facere quam alieno metu. 707 hoc est patrem esse aut hoc est -um esse? Varro Men. 238 lex Maenia est in pietate, ne -ii patribus luci claro suggillent oculos. Cic. p. red. in sen. 37 *frater* in me pietate -us inventus est (p. red. ad Quir. 8). Verr. 3, 48 proximum, paene alterum -um. p. red. in sen. 35 in -i loco fuisset. dom. 36 ut is . . . -i tibi loco (Planc. Cic. epist. 10, 24, 5 Sen. dial. 6, 1, 5 *et al.*) per aetatem esse potuerit. epist. 9, 20, 3 patriam eluxi . . . gravius . . . quam ulla mater unicum filium. ad Q. fr. 1, 3, 3 ego . . . suavitate fratrem prope aequabam, obsequio -um, consilio parentem. ad Brut. 1, 12, 2 quam sit acerbum, parentum scelera -orum poenis lui. Pvblil. P 1 probus libertus sine natura est -us. Nep. Alc. 2, 2 se pernoctasse cum Socrate neque aliter ab eo surrexisse ac -us a parente debuerit. Dion 2, 1 neque eum secus diligeret ac -um. Liv. 1, 50, 9 nullam breviorem esse cognitionem quam inter patrem et -um. Sen. clem. 1, 14, 1 numquid aliquis sanus -um a prima offensa exheredat? dial. 6, 12, 3 aliquem . . . numerum tantum nomenque -i expleturum. Cvrt. 5, 2, 18 eum . . . -i . . . pietate prosequebatur. Qvint. decl. 279 p. 139, 25 caritate -i neglecta. Plin. epist. 2, 20, 6 qui sibi per salutem -i peierasset. Apvl. apol. 14 scio . . . -orum cariores esse qui similes videntur. Tert. nat. 2, 12 omnem patrem -is antiquiorem. Vvlg. II reg. 1, 26 sicut mater unicum amat -um suum, ita ego te diligebam.

L ***Christiana***: Tert. idol. 18 *Christus* -us hominis. Vvlg. Matth. 9, 6. 10, 23 *et passim*. *cf.* Hier. epist. 21, 2, 5 ut -us dei hominis -us nasceretur. dei -us: Tert. idol. 18 bapt. 13 Vvlg. Matth. 4, 3. 6. 8, 29 tibi, Iesu, -i dei. proprium suum -um primogenitum et unigenitum: Tert. scorp. 7. patris et -ii et spiritus sancti: Tert. orat. 25 bapt. 6. 13 *et passim, etiam nude* -us *pro Christo*: Vvlg. Matth. 11, 27 *al.* -us David: Vvlg. Matth. 9, 27. 12, 23. 15, 22 *al.* -ii dei (*Iudaei*): Vvlg. gen. 6, 2. 4 deut. 14, 1 Esth. 16, 16 *et al.* -ii dei (*Christiani*): Tert. pudic. 2. Vvlg. Matth. 5, 45 ut sitis -ii patris vestri, qui in caelis est. *passim etiam de angelis.* Iudaei . . . apostatae -ii pronuntiantur: Tert. pudic. 8 p. 234, 24. -ii Adam (*homines*): Vvlg. gen. 11, 5. -ii Abraham (*Iudaei*): Tert. pudic. 10. -us ancillae (*Ismael*): Vvlg. gen. 21, 10. 13. -ii Heth (*i. propago*): Vvlg. gen. 23, 10 *et saepius; similiter multa, creberrimum* -ii Israel: Vvlg. gen.

[Vollmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

36,31. 46,8 exod. 1,1 *et sescenties; etiam* Is. 11,14 -os orientis. -ii hominum *i. q. homines* (*opp.* deus): VVLG. I reg. 26,19 (II reg. 7,14 III reg. 8,39 *et passim; sing.* -us hominis: Iudith 8,15 Iob 16,22 *et al.*) -ii diaboli: VVLG. III reg. 21,13 (*syn.* viri diabolici). act. 13,10. *i. q. pagani*: COMM. instr. 2,16,7. PS. AMBR. laps. virg. 9,39 -o serpentis. *v. etiam p. 758,37.* -ii transmigrationis: VVLG. I Esdr. 6,20 (*cf.* 6,19). 8,35 *et al.* -ii institorum *i. q. institores*: VVLG. Iob 28,8. *nota*: VVLG. Mich. 1,16 -os deliciarum tuarum (*τὰ τέκνα τὰ τρυφερά*). Zach. 4,14 -ii olei (*τέκνα τῆς πιότητος*: *sensus est* 'oleo illiti'). Marc. 2,19 -ii nuptiarum (*οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος*). AMBR. incarn. 4,23 ecclesiae -us (Abr. 2,9,62 AVG. serm. 26,1 *et passim.* 120,1 -ii matris ecclesiae). *nota*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 1,10 *imperator* -us est, non praesul ecclesiae. GREG. M. moral. 3,512 verae fidei -os praedicando generare neglegimus. *i. q. adolescens*: VVLG. II reg. 5,4 -us triginta annorum erat David cum regnare coepisset (iud. 2,8 *cf.* AVG. loc. in hept. 7,3 p. 620,22).

M ***de bestiis*:** COLVM. 6,37,4 eiusmodi admissarius nepotibus quam -is utilior est (IVV. 13,141 *v. p. 758,22*). ITALA Matth. 23,37 (PS. Cypr. Iud. incred. 1) sicut gallina colligit -os suos (*τὰ τέκνα*, VVLG. pullos suos) sub ascellas suas. SCHOL. Iuv. 6,270 *tigridis.* 10,231 *hirundinis.* VVLG. psalm. 28,1 afferte domino -os arietum. 28,6 -us unicornium. prov. 30,17 -ii aquilae. eccl. 38,26 -is taurorum. Zach. 9,9 super pullum -um asinae (*πῶλον νέον*). *inde* Matth. 21,5. AVG. serm. 188,3 *leaenae et tigridis* (*syn.* catulos). ANTHIM. 45 tecones (*pisces*) dicuntur esse -ii esocum. ISID. orig. 12,1. 21. 12,7. 26.

cf. Onomast. *Vollmer.*

***fīlix,** -icis *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de etymologia*: CAPER gramm. VII 106,2 felicem non filicem dicere debemus... unde et felix (*sic C*[1] *M*, filix *B, C corr.*), quam ita credo dictam, quod sit minus felix arurae (arvis *M*). ISID. orig. 17,9,105 -x a singularitate folii dicta. *de prosodia: paenultimam brevem testatur* PRISC. gramm. II 165,12. *de scriptura et formis*: fel- *passim scriptum in codd.* (*cf. l. 28. 79 et* filicatus, filico), *ut* VERG. georg. 2,189 *M* (fil- *rell. et* PRISC. gramm. II 165,12). 3,297 *codd.* (*praeter γβc*) *et* NON. p. 389,18 (*pars codd.*). PAVL. FEST. p. 86 *bis codd. plurimi.* *nom. sing.* filex (*nusquam* felex) *scriptum* HOR. sat. 1,3,37 (*pars codd.*). VITR. 7,1,2 COLVM. 11,2,62 *A* PLIN. nat. 18,45 *F*[2] GLOSS. III 301,9 NOT. Tir. 104,95. *ceteris locis semper* -ix *invenitur; testantur* PRISC. gramm. II 165,12 PHOC. gramm. V 421,7. *formae primae declinationis*: feclae (*gen. sing.*) PELAGON. 252. 338 *sqq.* filicas (*acc. plur.*) ORIBAS. syn. 3,14. GLOSS. *v. l. 42 sq. cf. Thomas, Mél. Havet 1909 p. 510. [hinc francog. dial.* feuze. *M.-L.]* *formae vulgares vel corruptae in* GLOSS.: filices. filice. filcis. filce. III 627,62 felce. ficile (PALLAD. 6,3,1 *G*). fegla. facla. III 574,3 filices *correctum ex* ficlices. filetis. DIOSC. 4,184 W. *φίλις. φίλικεμ.* *de notione*: *est nomen herbae*: PRISC. gramm. II 167,5 -x *ἄγρωστις.* DIOSC. 4, 184 W. *πτέρις . . . Ῥωμαῖοι φίλις ξανάρια.* GLOSS. *ἄγρωστις βλάκνα* (*i. βλῆχνον*). *πτέρις.* feran (*anglosax., rectius* fearn). *alia interpretamenta partim ad vocem graecam πτέρις redeuntia, partim obscura v. Thes. gloss. emend. s. v.* *legitur inde a* VERG. [*loc. dub. et corr.*: VEG. mulom. 2,48,4 radicem -is (*ubi* PELAGON. 202 fici. VEG. mulom. 3, 28,17 *om. codd., ubi* CHIRON 894 fici). 2,47,3 -is radicem *A* (*rell.* salicis *cf.* silex VITR. 7,1,2 *S.* silicem PLIN. nat. 36,187 *h.* silices PALLAD. 6,11,1 *p.* silerem AVG. c. Faust. 22,70 p. 667,2 *b in marg.* GLOSS. III 548,52 silce)]. [*val.* ferece, *it.* felce, *prov.* feuze. *M.-L.*]

de generibus -um: PLIN. nat. 27,78 -is duo genera nec florem habent nec semen. pterim vocant Graeci, alii blachnon, cuius ex una radice complures exeunt -es ... hanc marem existimant. alterum genus thelypterim Graeci vocant, alii nymphaeam pterim (*v.* filicteron). 27,80 fecere medici huius quoque herbae discrimen; optima Macedonica est, secunda Cassiopica (*v. p. 760,18*). GLOSS. III 574,27 -x arborea polipodia (*v. p. 760,22 et* filicula).

in agricultura: odio est agricolis: VERG. georg. 2,189 *qui locus* -em curvis invisam pascit aratris (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 13,26,2 AVG. c. Faust. 22,70 p. 667,2). HOR. sat. 1,3,37 neglectis urenda -x innascitur agris. COLVM. 2,2,13 -is *pernicies est* frequens exstirpatio, quae vel aratro fieri potest... celerius etiam, si eodem tempore stercores et lupino vel faba conseras. namque constat -em sationibus et stercoratione facilius interimi. 11,2,62 -x ... aut carex, ubicunque nascitur, Augusto mense recte exstirpatur, melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculae exortum (*cf.* PALLAD. 8,1). PLIN. nat. 18,45 -x biennio moritur, si frondem agere non patiaris .... aiunt et circa solstitium avolsas non renasci nec harundine sectas aut exaratas vomeri harundine imposita. similiter et harundinem exarari -e vomeri imposita praecipiunt (*cf. p. 760,13. 16*). PALLAD. 2,10,1 ubi ager immundus est, ut ... radicibus -is ... spatia liberentur. 2,10,3. 6,3,1. 3 BOETH. cons. 3 carm. 1,3. *comburitur propter superstitionem*: MACR. sat. 3,20,3 arbores, quae inferum deorum avertentiumque sunt, eas infelices nominant: al⟨a⟩ternum, ... -em *cqs.* (*cf.* RVRIC. epist. 1,17 p. 369,30 infelicium felicum proceritas). *radix estur a suibus* (*cf.* PLIN. nat. 27,79): HIER. adv. Iovin. 2,7 p. 294[c] sues ... qui ... radicibus -um ... ali solent. *pro stramento est in stabulis*: VERG. georg. 3,297 multa duram stipula -umque maniplis sternere supter humum. COLVM. 7, 3,8 ut semper quam aridissimis -bus vel culmis stabula constrata sint (*cf.* PLIN. nat. 27,80 folia *-is* cimicem necant, serpentem non recipiunt; ideo substerni utile est in locis suspectis). *alio in usu est*: COLVM. 2,14,6 licet -em sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere et permiscere cum purgamentis cohortis (*ut pro stercore sit. cf.* PLIN. nat. 17,54 ubi non sit pecus, culmo ipso vel etiam -e stercorare arbitrantur). 12,15,1 crates pastorales culmo vel carice vel -e textae.

in aedificatione: substernitur in pavimentis faciendis: VITR. 7,1,2 coaxationibus factis, si erit, -x, si non, palea substernatur, uti materies ab calcis vitiis defendatur. PLIN. nat. 36,187 *pavimenta* -e aut palea substerni melius esse. PALLAD. 1,9,3 stratis super (*sc. tabulatis*) paleis vel -e. 6,11,1.

in medicina: medicamentum est (*cf.* PLIN. nat. 27,79. 80): CELS. 5,26,35 eadem ... offensa *quae in arundine* etiam in -e est (*quod utraque aspera est*). sed usu cognitum est utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita ac superimposita est (PLIN. nat. 24,85 harundinis radix contrita imposita -is stirpem corpore extrahit, item harundinem -is radix. *cf. p. 759,73*). SCRIB. LARG. 136 biles purgat et -is radix. 140 -is Macedonicae (*v. p. 759,60*) aridae contusae et cribratae p. ʒ VIII. 244. SER. SAMM. 511 PELAGON. 194. 201. 252. 338 *sqq.* VEG. mulom. 2,48,3. 4 (*?* 2,47,3. 3,28,17 *v. p. 759,50*). MARCELL. med. 26,98 (28,1. 30,5. 34,38). 28,71 -em in qualibet arbore innatam (*de* -e *arborea v. p. 759,61*). PS. APVL. herb. 76. ORIBAS. syn. 9,5 eup. 2 P 13. *laedit corpus* (*v. l. 13*): ORIBAS. syn. 3,14. 7,17.

metaphorice: de re invisa, quae deleri solet: PERS. 4,41 non ... ista -x (*sc. pili corporis, qui evelluntur*) ullo mansuescit aratro. *de homine nequam*: PETRON. 45,9 Hermogenis -em (*i. nequam filiam. cf.* filico).

deriv.: filicatus. filicina. filico. filictum. filicula. *Bauer.*

fīlo, -āvī (-ātum), -āre [*a* filum. *Th.*]. *de notione*: SCHOL. Ter. p. 117,15 'subtemen nebat' i. e. fila deducebat, -bat. *cf.* GLOSS. *s. v.* neo *et Loewe, Prodr. p. 409.* GLOSS. IV 343,33 f⟨i⟩laverant necerant (*i. nev-*). [*it.* filare, *francog.* filer, *hisp.* hilar. *M.-L.*]

i. q. in fila deducere: proprie: PS. ARNOB. confl. 2,22 *lana* netur aut -atur aut torquetur. VEN. FORT. vita Germ. 16,50 puella quaedam -ans. vita Radeg. 30,72 glomus, quem sancta -verat. *translate: i. q. longa linea eicere*: VEN. FORT. Mart. 3,112 sanguine concreto stillans, velut ubere caprae, turgida plaga necem vomuit de vulnere -ans. *cf.* SVLP. SEV. dial. 2,2,6 (*de eadem re*) ut solet ex uberibus caprarum ... pastorum manu pressis longa linea copiosi lactis effluere.

comp.: exfilare. *Lackenbacher.*

filobotomus *v.* phlebotomus.

filoflores *nomen herbae apud* DIOSC. 3,115 (= *gr. φιλοφαρές sive φυλλοφερές* DIOSC. 3,105 W.).

†**filonico** *corrupt. tit. fab.* NOVIVS Atell. (fullonicum *conicitur*).

lucerna **filoninberin** GLOSS. II 523,7 (*φελόνιν, βίρριν = birrus? Götz*).

filtortus (-um*?*), -ī *m. (n.?). vox dubiae originis et significationis, cf. H. Geffcken, Lex Salica (1898) p. 184.* LEX Sal. 47 de -is (feltortis *codd. 1 g. 2*, filtorto *3*). capit. 2,1 ille qui eas (*res in alode patris inventas*) intertiavit suo -o (*sic 1 g*, feltroctum *1 a*).

filtrum (-us*?*), -ī *n. (m.?).* GLOSS. V 584,5 centones -a. *cf. supra p. 751,77 et p. 456,56* felte. *Jchm.*

***fīlum,** -ī *n.* [*orig. inc. sunt qui cf. esse censeant c. lituan.* ginsla, gysla '*vena*' *aut c.* fibra. *Th. cf. p. 763,66*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5,113 -um quod minimum est hilum; id enim minimum est in vestimento. ISID. orig. 19,29,5 -a dicta vel quia ex pilis animalium sunt vel quia lanificium -is tenuibus constat pilorum, id est quasi -orum. *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 578,26 -um generis neutri, pluraliter -a. *de formis*: PHOC. gramm. V 426,29 hoc -um: hi -i 'traxerunt in arte magica vertigine -i' (= LVCAN. 6,460) et haec -a dicuntur. -us: ARNOB. nat. 1,59 p. 41,5 non item *dicitis* fil[i]us (*ed. princ.*, pileus *Pithoeus*) et fil[i]um (*ed. princ.*, pileum *Pithoeus*). VEREC. in cant. 5,5 GLOSS. II 538,13. 550,26. -i: *v. p. 762,16* VEREC. in cant. 5,5. i *longa*: CARM. epigr. 98,5. 436,8. 1114,4. *de notione*: NON. p. 313,12 -um dicitur deducta res quaeque ad tenuitatem. AVG. loc. hept. 1,48 p. 515,20 quod Graecus habet *σπαρτίον*, quod latine -um intellegitur. GLOSS. *μίτος. τολύπη. τροία. μήρινθος. κάνναβις. νῆμα. ἔναμμα.* NOT. Tir. 97,60 -um. *legitur inde ab* ENN. *et* VARRONE. [*loc. corr. et dub.*: OV. epist. 12,3 fata *G*, facta *P*, -a *vulg.* SEN. dial. 1, 5,9 fato *A*, -o *Koch.* PLIN. nat. 16,86 folio, -o *Tolet.* TERT. idol. 3 an argento an -o (*margo ed. Gang.*, figulo *AB*) formetur idolum. *ceterum saepissime confunditur in codd. cum formis vocis* filius.] [*val.* fir, *it.* filo, *francog.* fil, *hisp.* hilo. *M.-L.*]

A ***proprie*:** **1** *-um, quod ad varios usus adhibetur*: **a** *ad pendendum:* ENN. ann. 152 hac noctu -o pendebit Etruria tota (*proverbialiter, item*: OV. Pont. 4,3,35 omnia sunt hominum tenui pendentia -o. VAL. MAX. 6,4,1 tenui -o suspensa rei publicae salus. AMM. 14,5,4 a cuius salute velut -o pendere statum orbis terrarum. CORIPP. Ioh. 3,338 cur, Lachesis, hominum tenui pendentia -o fata tenes? *cf. Otto, Sprichw. p. 136*). LVCIL. 535 vix uno -o hosce (*i. testes*) haerere putares. PLIN. nat. 20,215 radicem *porcillacae* -o suspensam. PALLAD. 8,6,2 velamina ...-o inserta suspendunt. SIDON. epist. 2,13,7 -o equinae saetae ligatus *mucro Damoclis.* CARM. de pond. 144 *ad*

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

librae lances suspendendas. VEN. FORT. vita Radeg. 30, 72. *de hamo:* CLAVD. carm. min. 49, 21 pendula -a.

b *ad nendum texendumque:* **α** *de Parcis* (*v. p. 760, 80*): CATVLL. 64, 312 dextera *Parcarum* ... leviter deducens (*v. vol. V p. 279, 69 sqq.*) -a supinis formabat digitis. 64, 317 *lanea morsa* in lēvi (*v. l. 33 et p. 762, 19*) fuerant extantia -o. VERG. Aen. 10, 814 extrema ... Lauso Parcae -a (lina *P*) legunt. OV. met. 2, 654 triplices ... deae tua -a resolvent. Pont. 1, 8, 64 nerunt fatales fortia -a deae (CLAVD. 20, 461 -a tibi neverunt ultima [*v. l. 21. 22. cf. 25. 26*] Parcae. CARM. epigr. 436, 8 Parcae ... nevere super vobís vítalia fíla. *v. l. 41. p. 762, 8*). OV. fast. 6, 757 *Clotho dolet* -a teneri (EPICED. Drusi 444 stant rata non ulla -a tenenda manu; reneri *et* renenda *Salmasius, sed v. et l. 28*). CARM. epigr. 1011, 5 (*ante a. 63*) huíc precor in ⟨longum extendan⟩t sua -a so⟨rores⟩. SEN. apocol. 4, 1, 9 mutatur vilis pretioso lana metallo, aurea formoso descendunt saecula -o (*cf.* CALP. ecl. 4, 140 date perpetuo caelestia -a metallo). SEN. Herc. f. 182 *Parcae non* sua retro -a revolvunt. LVCAN. 6, 703 repetita ... -a sorores tracturae (MART. 6, 3, 5 *Iulia velut Lachesis* tibi niveo trahet aurea pollice -a). LVCAN. 9, 838. frg. 1, 3 multa ... delatis (dil- *Bährens*) haeserunt saecula -is. SIL. 1, 282 rupto ... -o (CARM. epigr. 1523, 4 [*saec. II*]. ANTH. 478, 2. CORIPP. Ioh. 2, 83 ni fata dedissent ... ultima [*v. supra l. 9*] rumpere -a. CARM. epigr. 1114, 4 *v. l. 28. 31*). SIL. 3, 96 ducant cui -a sorores (4, 28 ducentes ... ultima [*v. supra l. 9*] -a ... senes. *v. l. 37 sq.*). STAT. silv. 1, 4, 64 tendatis iam -a, *coli*! 1, 4, 123 nectite ... candentia -a, sorores! 5, 1, 157 tenduntur dura sororum licia et exacti superest pars ultima -i. CARM. epigr. 587, 1 ultima clauserunt Parcarum stamina -o Principii ... diem. 627, 7. *c. gen.: dearum*: STAT. Theb. 1, 632 mors -a sororum ense metit (MART. 11, 36, 4 rupta sororum -a). silv. 3, 1, 171 Parcarum -a tenebo (*v. l. 11.* CORP. VI 21521 [*aet. Flav.*] CLAVD. 3, 157). CARM. epigr. 492, 5 (*saec. III*) dearum. *hominum*: STAT. Theb. 6, 380 *huius Amphiarai* extrema iam -a colu. CARM. epigr. 494, 2 cuius ... ruperunt -a sorores. **β** *in ipsa nendi texendique actione*: VARRO ling. 5, 114 volvendo -o. ELEG. in Maecen. 1, 74 (*de Hercule*) lenisti morsu levia (*v. supra l. 5*) -a parum. OV. epist. 9, 77 crassa ... robusto deducis pollice -a (met. 4, 36 SEN. Phaedr. 324 HIER. epist. 130, 15). OV. met. 4, 54 lana sua -a sequente. 4, 396. 6, 577 purpureas ... notas -is intexuit albis. 14, 265 -a sequentia ducunt (*v. l. 22 sq.* SEN. epist. 90, 20 HIER. epist. 128, 1 CLAVD. 8, 586. 10, 18 DRAC. laud. dei 1, 323). PAVL. FEST. p. 83 extra vestimentum -o contextum. p. 90 -um quo textrices diurnum opus distinguunt. CLAVD. 20, 374 pollice -a turbant. 22, 333 tincta ... murice -a contulimus pensis et ... nevimus (*v. l. 8. p. 762, 8*) auro.

γ *in veste, linteis sim.:* OV. met. 6, 68 lentum -is immittitur aurum (*cf.* APVL. met. 4, 8 vestis ... intextae -is aureis [*v. l. 18. p. 763, 11. 17.* CAPITOL. Pert. 8, 2 ANTH. 390, 1]. VOPISC. Aurelian. 45, 5 absit, ut auro -a pensentur. 46, 1 aurum per varios brattearum, -orum et liquationum usus perire. HIER. epist. 22, 16, 2 attenuata in -um metalla. 64, 15, 3 auri laminae ... mira tenuitate tunduntur, ex quibus secta -a torquentur. VVLG. exod. 39, 3 incidit ... bracteas aureas et extenuavit in -a. CLAVD. 1, 182 -a ... concreto cogit squalere metallo. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 94 miscetur ... ostro mollitum in -a metallum). MANIL. 4, 131 nunc tenuare levi -o, nunc ducere telas. PLIN. nat. 19, 9 *in Retovinis linteis* nervositas -o aequalior paene quam araneis. 19, 12 *in thorace Amasis* CCCLXV -is singula -a constare. 19, 18 *linum* in -o politur. SIL. 3, 375 *Saetabis superba* Pelusiaco -um componere lino. IVV. 7, 134 Tyrio stlattaria purpura -o. FRONTO p. 22 N. *vestem* colore muliebri, -o tenui (*cf. p. 762, 4. 27*) aut serico. OPTAT. 3, 9 p. 94, 6 *sartor* -a compungit. VEN. FORT. vita Germ. 59, 158 vita Pat. 3, 11. GLOSS. III 270, 15 vestis polimita ... panno tenuium -orum constat, qui multitudinem -orum continet bene textorum, a *πολύς* multus et *μίτος* -um, sicut linitensilis (*fort.* levidensis. *cf.* CIC. epist. 9, 12, 2 *p. 764, 8* ISID. orig. 19, 22, 19 *p. 763, 12*) pannus, qui habet pauca -a, de quo Cicero in epistulis (*cf. l. 60*). *c. gen.*: PLIN. nat. 28, 80 bitumen in Iudaea nascens sola hac vi superari -o vestis contactae (*edd. vett.*, vesticontecte *codd., an* vestis infectae? *Mayhoff*) docuimus (*spectat ad* 7, 65 *bitumen* ad omnem contactum adhaerens praeterquam -o ⟨vestis⟩, quam [quem *codd.*] tale virus infecerit). PS. CYPR. pudic. 12 staminum. VVLG. gen. 14, 23 a -o (*σπαρτίον*) subtegminis. iud. 16, 12 telarum.

c *ad retia, funiculos similesque res conficiendas*: GRATT. 25 tenui nascentem iungere -o limbum. PLIN. nat. 19, 11 singula earum *plagarum* stamina centeno quinquageno -o constare. HIER. tract. in psalm. I p. 242, 21 (*trop.*) si unum peccatum fecero, non tam funiculus est, quam quasi unum -um est; si autem -um unum est, cito rumpitur ... si autem plura peccata fuerint, ... de pluribus peccatis quasi de pluribus -is funiculus fit. VVLG. iud. 16, 9 -um de stuppae tortum putamine (*στρέμμα στυππίου*).

d *ad consuendum: labra vulnerum*: GRATT. 358 *labra* tenui ... includere -o. CELS. 7, 16, 4 in duas acus -a coicienda *sunt*. 7, 16, 5. 7, 22, 4 *membrana* -o comprehensa. 7, 25, 3 (*in infibulatione*) cutis acu -um ducente transsuitur eiusque -i capita inter se deligantur. *ibid.* exempto -o fibula additur. *vestes*: PS. VEN. FORT. vita Leob. 20, 66 *tunicam* de novo -o resarciens *eqs.* ISID. reg. monach. 20, 1 -a diversa pro consuendis vestibus fraternis habebit.

e *ad collum circumligandum*: CATVLL. 64, 377 hesterno collum ... circumdare -o. HIER. vita Pauli 17 uno -o villarum insuunt praedia. *cf.* TERT. cult. fem. 9 uno lino decies sestertium inseritur.

f *ad errantem ducendum* (*de Ariadnes -o*): CATVLL. 64, 113 regens tenui vestigia -o (VERG. Aen. 6, 30 caeca regens -o vestigia. *nota*: HIER. in Zach. lib. 2 praef. Christi caeca regimus -o vestigia). OV. epist. 4, 59 *Theseus* ducentia -a secutus. 10, 72. 103. 104 met. 8, 173 fast. 3, 462. SEN. Phaedr. 650 longa curva -a collegit via. 662 tibi -a potius nostra nevisset (*v. p. 761, 8*) soror. STAT. Theb. 12, 676 silv. 2, 6, 26 CORIPP. Ioh. 4, 609.

g *ad movendum*: APVL. mund. 27 quando *in ligneolis hominum figuris* -um membri, quod agitari volent, traxerint (*Arist. π. κόσμ. 398*^{b}*, 15 διὰ μιᾶς ὀργάνου σχαστηρίας*).

h *in arte magica*: CIRIS 372 ter ... novena ligans triplici diversa colore -a (PETRON. 131, 4 licium ... varii coloris -is. NEMES. ecl. 4, 68 versicoloria -a). LVCAN. 6, 460 quos non concordia mixti alligat ulla tori blandaeque potentia formae, traxerunt torti magica vertigine -i (*cf.* COMMENT. *ad l.* -a ... dixit magicae vertiginis rhombum, qui sono quodam deos concitat). AMM. 29, 1, 31 pensilem anulum ..., sartum ex Carphathio -o perquam levi (*v. p. 761, 5*). *nota medicorum usum*: MARCELL. med. 29, 45 -um (filium *cod.*) praecantabis. *ibid.* -um (filium *cod.*) mundita recondes. 29, 52 de novem coloribus ... facies ... singula -a. *ibid.* ipsa -a in se counata torquebis.

i *in clysterio*: PAVL. FEST. p. 78 eudiaeon lineum -um (filium *MJ*; eud. ⟨foramen tenue ut⟩ lineum -um *Mercklin*) quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod *κλυσμός* emittitur.

2 *quod araneae aliaeque bestiolae pariunt: de araneis*: LVCR. 3, 383 neque aranei tenuia -a obvia sentimus (HIER. in Os. 8, 5 *sq.* p. 84 PS. RVFIN. in Os. 8, 7 CLAVD. MAM. anim. p. 88, 13). OV. am. 1, 14, 7 pede ... deducit aranea -um (PLIN. nat. 11, 83. 30, 129). SEN. epist. 121, 22 PLIN. nat. 10, 206. 11, 80 MIN. FEL. 24, 1 HIER. tract. in psalm. I p. 109, 16. AVG. epist. 162, 7 *aranea* -um textrinae suae corpore velut integro parit. *de aliis bestiolis*: OV. met. 15, 372 solent canis frondes intexere -is agrestes tineae (LACT. Phoen. 107 -o ad saxa tenentur *tineae*). SEN. Phaedr. 389 -a *bombycum* ramis ultimi Seres legunt (PLIN. nat. 6, 54 Seres ... perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus feminis nostris labos, redordiendi -a rursusque texendi. 11, 78. COMMENT. Lucan. 10, 142 bombyces aput Seres nascuntur, qui resolvuntur in -a. *adde*: AMM. 23, 6, 68 cum *Seres* ad coemenda -a ... fluvium transierint). PLIN. nat. 11, 65 *papilio* -a ... araneosa ... alarum maxime e lanugine obtexit.

3 *pars herbarum, radicum, fructuum*: MORET. 89 exiguo coriandra trementia -o. OV. fast. 1, 342 croci (5, 318). PLIN. nat. 13, 33. 16, 128. 17, 87 radicum -is (*Mayhoff*, eius *codd.* IVVENC. 2, 746). 25, 3 herbarum. 25, 53 *veratri*. MART. 8, 33, 13 lenta minus gracili crescunt colocasia -o (13, 57, 2 [*poeta de colocasia loquitur*] improba cum morsu -a manuque trahes). 11, 52, 6 porris -a resecta suis (13, 18, 1 -a Tarentini graviter redolentia porri edisti. IVV. 14, 133). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 71 quod Graeci appellant, inter corticem quercus inhaerens, pertetam nervorum -a teneriora.

4 *lyrae: i. q. fides*: OV. met. 10, 89 -a sonantia movit (STAT. Ach. 2, 157 -a sonantia plectro cum quaterem. BVC. Eins. 1, 23 loquentia [ENNOD. carm. 2, 90, 2]. SIL. 11, 434 resonantia pollice -a. CASSIOD. var. 2, 40, 14 canentia). OV. fast. 5, 106 septena ... -a dedisse lyrae. SEN. Ag. 360 tibi -a movent docta puellae carmine molli (*v. l. 50. 61 sq. 63* STAT. Ach. 1, 187 AVIEN. Arat. 624 PAVL. NOL. carm. 27, 73). STAT. Theb. 10, 310 digitos inter sua -a trementes (SCHOL. *ad l.* ut morientis digiti citharae -a pulsarent). silv. 5, 1, 27 SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 75. ENNOD. carm. 1, 2, 3 dulcia temporibus famulantur -a secundis. 1, 8, 36 quicquid Apollineo loquebamur pectine, cessi oblitus linguae, quam mihi -a dabant. VEN. FORT. carm. 7, 1, 2. *c. gen.; lyrae, citharae sim.*: OV. am. 1, 8, 60 tractat inauratae consona -a lyrae (ars 2, 494 movit inauratae pollice -a lyrae. met. 5, 118 VAL. FL. 1, 409 STAT. Ach. 1, 573 MART. 12, 94, 5 movi. LACT. Phoen. 50 CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 14). PS. CENS. frg. 12, 4 nervorum. AMBR. obit. Theod. 10 -a chordarum citharae ... fides dicantur (PS. LEO M. humil. 23 CASSIOD. in psalm. praef. 4 p. 15^{B}).

5 *variarum rerum: cerei*: MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 tenuisve cerei -a. IVV. 3, 287 candelae ... dispenso et tempero -um. PRVD. cath. 5, 15 -a favis scirpea floreis presso melle prius collita fingimus. *mellis*: PLIN. nat. 11, 89 *thymosum mel* tactu praetenuia -a mittit. *chartarum*: PLIN. nat. 37, 103 *lychnides* chartarum -a (filia B^{1}, folia *d h*) ad se rapere.

6 *t. t. medic.: cf.* VEG. mulom. 2, 82, 4 si coxam eiecerit vel emoverit, quod a mulomedicis dicitur -um laesisse. GREG. TVR. glor. conf. 57 laxatis digitorum -is (VEN. FORT. vita Albin. 10, 27 vita Pat. 13, 39). VEN. FORT. virt. Hil. 5, 15 nervorum -a contracta. *i. q. vena sanguinis*: PAVL. PETRIC. visit. nepot. 26 *ut non* posset sollers tactus deprendere venas subtracto pulsu -o languente latentes. *cf.* Mart. 2, 522 -a ... venarum rupto pereuntia pulsu.

B ***metonymice*: 1** *i. q. vitta*: VARRO ling. 5, 84 flamines quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant -o, f⟨i⟩lamines dicti (PAVL. FEST. p. 87 flamen Dialis dictus, quod -o [filio *MP*] assidue veletur; indeque appellatur flamen, quasi filamen. SERV. Aen. 8, 664 [= ISID. orig 7, 12, 18 *sq.*] flamines in capite habe-

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bant pilleum; ... quod cum per aestus ferre non possent, -o tantum capita religare coeperunt; ... unde a -o, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. verum festis diebus -o deposito pillea necesse erat accipere. auct. Aen. 10, 270 GRAMM. suppl. 113, 13. *cf.* DIONYS. ant. 2, 64, 2 PLVT. Num. 7). TIB. 1, 5, 15 velatus -o ... vota novem Triviae ... dedi (LIV. 1, 32, 6 capite velato -o. PAVL. FEST. p. 23 *v. etiam p. 762, 82*). **2** *fere i. q. textura, vestis*: OV. ars 3, 267 pleno velamina -o. 3, 445 toga ...-o tenuissima. met. 6, 34 incepta ...-a relinquit (fast. 2, 755 remisit). LVCAN. 10, 141 candida Sidonio perlucens pectora -o, quod Nilotis acus compressum pectine Serum solvit (ADNOT. *ad l.* stolam dicit). SIL. 15, 698 sacras vestes atque aurea -a reddidit exanimo. ISID. orig. 19, 22, 19 levidensis *vestis dicitur*, quod raro -o sit leviterque densata. **3** *i. q. limbus* (*cf.* GLOSS. II 363, 41 -um λῶμα): IVVENC. 3, 130 vestis ... attingere -a extrema exoptant. SEDVL. carm. pasch. 3, 122 nititur aversi vel -um tangere Christi. **4** *fere i. q. tapetum(?)*: VEN. FORT. carm. 3, 18, 10 stravissent plantis aurea -a tuis.

C ***tropice*:** ENN. ann. 253 deducunt habiles gladios -o gracilento. HOR. epist. 2, 1, 225 tenui deducta poemata -o (PROP. 4, 1, 72 quo ruis imprudens ... dicere fata, Properti? non sunt a dextro condita -a colo (AVSON. Mos. 396 mollia subtili nebunt mihi carmina -o Pierides. MACR. sat. 5, 2, 8 quod totum Homericis -is texuit *Vergilius*. *de oratione*: AVSON. 419, 61 cum ea, quae ad grates agendas pertinebant, summatim et tenuiore -o, sicut dicitur, deducta libaverim). TERT. pudic. 10 p. 240, 3 age tu funambule pudicitiae et castitatis ..., qui tenuissimum -um (filium *cod.*) disciplina⟨e⟩ eiusmodi veri avia pendente vestigio ingrederis. VEREC. in cant. 5, 5 omnes actus nostri -a sunt quaedam; haec -a dum in unum collegerimus, teximus telam *eqs.* CASSIOD. in psalm. praef. 10 p. 17ᴬ ante fores psalmorum tamquam sacrata vela pendent, per quae ... rarescentibus quibusdam -is facile eorum penetralia contueris. *in comparatione i. q. res tenuissima*: COLVM. 10, 375 asparagi corruda simillima -o. PLIN. nat. 21, 30 foliorum exilitate usque in -a attenuata. SERV. Aen. 1, 367 *Dido* corium in -a (filia *P*) propemodum sectum tetendit.

D ***translate*:** **1** *i. q. linea*: MANIL. 1, 562 -a ... dispositis vicibus comitantia caelum, per quae dirigitur signorum flammeus ordo. 1, 581 quattuor ... gradibus sua -a reducit *circulus* ab aestu. 1, 600 -a trahunt *circuli* alti cursum comitantia caeli (1, 666). 1, 662. 674. 685. 851 arida cum gracili tenuatur semita -o. PLIN. nat. 17, 74 differuntur *cypressi* ... dodrantali -o.

2 *i. q. ordo*: MACR. sat. 7, 4, 2 ut ... ceteris ex -o consultationis eius interrogandi constitueretur exemplum. BOETH. herm. sec. 2, 3 quendam quodammodo ordinem -umque et dispositione disciplinarum gradus ediderunt (in Porph. comm. pr. 1, 22 p. 66, 18. 1, 23 p. 70, 11 in Porph. comm. sec. 3, 4 p. 208, 11 in Porph. dial. 1 p. 38ᶜ). in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 24 recte ... et -o lineae quodam hic ... liber primus legentibus studiorum praegustator ... occurrit. 2, 12 p. 107, 5 constitutivas illas *differentiarum formas* diximus, quae sub eodem -o positae *eqs.* in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 136, 1 ut via et -o quodam procedat oratio (in top. Cic. 1 p. 271, 42 ut sine ullo errore ad argumentorum inventionem via quadam et recto -o atque artificio veniretur).

3 *fere i. q. sors, fatum* (*cf. p. 761, 3 et* HIER. in Is. 23, 9 p. 229 non fatorum, ut stulti putant, sic -a deducta sunt): OV. trist. 5, 10, 46 *Lachesis* tam grave sidus habenti -a dedit vitae non breviora meae. EPIST. Sapph. 82 data sunt vitae -a severa meae. SIL. 7, 479 currit ... immobile -um. CARM. epigr. 633, 2 -o et sorte crudeli. *c. gen.*: HOR. carm. 2, 3, 16 dum ... sororum -a trium patiuntur atra (*cf.* PORPH. *ad l.* OV. am. 1, 3, 17 quos dederunt annos mihi -a sororum. SIL. 17, 361 nil -a sororum adversus porco. CARM. epigr. 1248, 5 quod si mutari potuissent -a sororum. *adde*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 174, 20 urgemus morantia -a Parcarum). STAT. silv. 1, 4, 7 damnosa ... -a senectae exuit. MART. 10, 5, 10 cum supremae -a venerint horae. CARM. epigr. 98, 5 trino annórum fílo.

4 *i. q. figura, forma, habitus, qualitas* ['fīlum, -ī *n. i. q. figura' quidam peculiarem vocem arbitrantur a* fingere *ductam, cf. Joh. Schmidt, Die Pluralbildungen der idg. Neutra 144. Th.*]: **a** *rei corporeae*: LVCR. 2, 341 debent ... non omnibus omnia *exordia rerum* prorsum esse pari -o similique affecta figura. 4, 88 formarum vestigia certa, quae volgo volitant subtili praedita -o. 5, 571 forma ... solis debet ⟨f⟩ilumque videri. 5, 581 prius omnia, quae longe semota tuemur aera per multum, specie confusa videntur quam mi⟨nui⟩ -um. 5, 589 mutare videtur ... -um. **b** *hominis*: PLAVT. Merc. 755 satis scitum -um (filium *P*) mulieris. LVCIL. 816 -um non malum (*affert* NON. p. 313, 16 -um: oris liniamentum). VARRO ling. 10, 4 eo ... similiores sunt *homines*, qui facie quoque paene eadem, habitu corporis, -o (GELL. 1, 9, 2 de totius corporis -o atque habitu. APVL. Socr. 11 p. 144 *daemones* -a corporum possident rara. AMM. 14, 11, 28 *erat* forma conspicuus bona, decente -o corporis). PETRON. 46, 3 ingeniosus est et bono -o (*sc. morum*). GELL. 14, 4, 2 forma atque -o (filio *pars codd.*) virginali. APVL. met. 4, 23 virginem -o (filio *codd.*) liberalem. IVL. VAL. 1, 7 p. 12, 16 *Alexander* facie diversus, sed suo modo et -o (filio *vel* filii *codd.*) pulcherrimus. 2, 26 p. 93, 18 -o (filio *P*) oris ... admirabilis. ARNOB. nat. 3, 13 *deos* -o et atterminatis (*P*, etiam att. *ed. pr.*, etiam terminatis *Reifferscheid*) humano. 6, 13 p. 225, 4 artifices ... certabant -um (filium *P*) capitis ... in simulacra traducere. **c** *orationis, carminis sim.* (*v. p. 763, 19 sqq.*): CIC. de orat. 2, 93 *oratores* retinebant illum Pericli sucum, sed erant paulo uberiore -o. 3, 103 *silva rerum est* formanda -o ipso et genere orationis (Lael. 25 aliud quoddam -um orationis tuae). orat. 124 argumentandi tenuè -um. epist. 9, 12, 2 munusculum ... levidense (levi dense *H*, leve dense *D*, levi densae *M*, *fort.* levidensi *cl. p. 761, 60*) crasso -o (*i. oratiunculam pro Deiotaro*). COLVM. 10, 227 gracili connectere carmina -o. GELL. 3, 3, 3 -o atque facetia sermonis. 16, 19, 1 vocum ... -o tereti et candido fabulam scripsit Herodotus (*cf.* NEMES. ecl. 2, 11 quod non tam tenui -o de voce sonaret). 20, 5, 10 brevitatis elegantissimae -um tenuissimum. AVSON. 336, 67 trinum dicendi genus est: sublime, modestum et tenui -o (HIER. epist. 49, 2, 4 ut ita dicam, tenue dicendi -um [filium *pars codd.*]). SYMM. epist. 1, 1, 2 elaboratam soloci -o (filio solacii *F*) ... cantilenam. MACR. sat. 5, 13, 11 inspecto ... utriusque (*Homeri Vergiliique*) -o. 6, 3, 9 ille ... stilus Enniani saeculi auribus solus placebat et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori -o acquiesceretur.

deriv.: filare. filamentum, filatura. filatim.

comp.: ?bifilum. trifilis.

fīlus, -ī *v.* filum *p. 760, 62.* *Lackenbacher.*

[**?fimacium,** -ī *n. v.* famactum *Jchm.*]

✱**fimbria,** -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 79 fiber ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis -⟨i⟩ae et in iecore extremum fibra, fiber dictus. PAVL. FEST. p. 90 fiber genus bestiae quadripes ... quo nomine extremae orae fluminis appellantur. unde et fibras iocinerum et -as vestimentorum dicimus. *de formis*: BEDA gramm. VII 272, 15 -a genere feminino et -um dicitur neutro. GLOSS. Plac. V 69, 18 -um. generis neutri: item feminini -a (23, 17). GLOSS. II 72, 10 -a κροσσοί. CARM. epigr. 1405, 12 -a parentum altera flamma cremas (*cf. Büch. adn.*). *de significatione*: NON. p. 109, 21 -ae sunt omnis extremitas. AVG. serm. ed. Mai 103, 2 quoniam -a vestimenti et minima pars est et novissima. *v. l. 64.* PS. RVFIN. in psalm. 44, 14 -ae ad ornamentum ponuntur in vestimentis. *v. l. 65.* CASSIOD. in psalm. 44, 15 -ae sunt finitima vestium, quae in stamine colligatae tanquam capillorum segetes dependent; per quas hominum vita significatur extrema. EVCHER. instr. 2 p. 149, 10 -as catenulas. ISID. orig. 19, 24, 20 -ae vocatae sunt orae vestimentorum, hoc est fines. HIER. in Ezech. 3, 8, 3 p. 83 pro cincinno Septuaginta transtulerunt κράσπεδον, id est -am: quorum alterum in capillis, alterum in vestibus accipi solet. AVG. loc. hept. 2, 122 p. 562, 23 et pones super rationale iudicii -as catenata. et hic Latini nonnulli soloecismum caventes -as catenatas interpretati sunt. Graecus autem habet τοὺς κρωσσοὺς τὰ ἁλυσιδωτά. *cf. infra l. 72.* GLOSS. V 295, 4 filistrus (filtrus *Götz*) -a. *legitur apud* CIC. (Pis. 25) VARRONEM (ling. 5, 79) PAVL. FEST. (p. 90) CELS. (2, 6, 6) PETRON. (32, 2) PLIN. nat. (7, 171. 11, 220. 37, 37) APVL. (met. 11, 3) *et frequentius apud posteriores, singularis inde a* TERT. (virg. vel. 17) IREN. (1, 3, 3 *al.*) *et saepius, maxime apud* ECCL. [*val.* fringhia, *francog.* frange. *M.-L.*]

GLOSS. κράσπεδον. -ae extremitates.

I *i. q. capillamentum*: **A** *de capillis hominum, i. q. cirrus, crines crispi, cincinnus*: CIC. Pis. 25 erant illi ... madentes cincinnorum -ae. PS. AMBR. act. Seb. 21, 78 qui in lenocinio sui moliendo capitis -as committit. **B** *de pilis bestiarum*: AVG. serm. ed. Mai 188, 3 num vides leaenam vel tigrim post catulos suos ... sequi ... usque ad tactam -am filiorum suorum. **C** *de herbis*: SER. SAMM. 803 nimios reserati vulneris amnes feniculi cinis astringit vel -a porri. *nota de fibris venarum*: PLIN. nat. 11, 220 venaĕ in praetenues postremo -as (fibras *det. codd.*) supter totam cutem dispersae.

II *de vestimentorum extremitatibus* (GLOSS. θύσανος, κρόσσός, κροσσὸς ἱματίων): *i. q. limbus, cirrus, margo sive incisus sive sine incisuris* (*cf.* VARRO ling. 5, 79 *v. supra l. 26.* PAVL. FEST. p. 90 *v. l. 28.* PS. RVFIN. in psalm. 44, 14 *v. supra l. 37.* CASSIOD. in psalm. 44, 15 *v. supra l. 38.* ISID. orig. 19, 24, 20 *v. supra l. 41*). PETRON. 32, 2 circa cervices laticlaviam immiserat mappam -is hinc atque illinc pendentibus. APVL. met. 11, 3 palla ... ad ultimas oras nodulis -arum decoriter confluctuabat. ITALA exod. 28, 22 (Aug. quaest. hept. 2, 116) facies super rationale -as complectentes (κρωσσοὺς συμπεπλεγμένους, VVLG. catenas cohaerentes). COMM. apol. 283 facere licet unam -am. TREB. trig. tyr. 30, 14 gemmis dependentibus per ultimam -am. HIL. in Matth. 14, 19 ut ex veste tota -ae, ita ex domino nostro ... sancti spiritus virtus exiit (*cf. p. 765, 32*). HIER. epist. 52, 13, 2 nolo te dilatare -as. tract. in psalm. I p. 248, 26 longum est dicere ... de -is. c. Ioh. 11 pedes deosculans, -as vellens *turba*. VVLG. num. 15, 38 ut faciant tibi -as per angulos palliorum. deut. 22, 12 funiculos in -is facies per quattuor angulos pallii tui. psalm. 44, 14 omnis gloria eius filiae regis ab intus, in -is aureis (AVG. civ. 17, 16 p. 239, 9 D. epist. 36, 22 in psalm. 44, 29 c. Faust. 16, 11). Matth. 23, 5 magnificant -as (κράσπεδα. ISID. eccl. off. 2, 16, 7. *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 3 dilatat continuo -as suas). AMM. 14, 6, 9 ut longiores -as tunicaeque per-

[Simbeck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spicue luceant. RVFIN. hist. 7, 18, 2 si ... aereae -ae summitatem contigerit *herba*. SVLP. SEV. Mart. 8, 4 -ae vestimento eius detractae. dial. 1, 25, 2 obsessos ... -arum virtute curabat. PAVL. NOL. epist. app. 2, 13 p. 445, 26 per extremitates vestimentorum -as habeant. CYPR. GALL. num. 433 -a conserto cunctis hyacinthina nodo nectitur. VEN. FORT. Mart. 2, 13 -a quin etiam quod nobilis attigit umquam sparsit abundantem modica de veste salutem. ORIG. in Matth. 18, 10 ex phylacteriis et -is ... manifestum est, qui sunt qui diligunt ab hominibus vocari Rabbi. 18, 11 -am aliquam facientes in aliqua parte vestimentorum. *bis.* *accedit gen. vestimenti, vestis sim.*: PLIN. nat. 37, 37 quia vestium -as rapiat *sucinum*. IREN. 1, 3, 3 cum tetigisset -am vestimenti eius (*ibid.* tetradis, quae per -am manifestata est. 2, 20, 1 *bis.* 2, 23, 1 HIL. in Matth. 9, 7 cum ... usque in vestium -as operatio divina procederet [*cf. ibid.* ut etiam in -is eius humanae salutis operatio contineretur]. 14, 19 oblati -as vestimentorum contingere optabant. AMBR. paenit. 1, 7, 31 VVLG. Matth. 9, 20. 14, 36 Marc. 6, 56 Luc. 8, 44 AVG. doctr. christ. 2, 3, 4. GREG. M. dial. 2, 4 quod eundem monachum ... quidam niger puerulus per vestimenti -am foras traheret. epist. 11, 56* p. 339, 15 mulier, quae fluxum patiebatur sanguinis, vestimenti eius -am tetigit. ORIG. in Matth. 13, 3 tangunt -am vestimenti eius et sanantur. ISID. ort. et obit. 135 *al.*). RVFIN. hist. 7, 18, 2 usque ad stolae illius aerei indumenti -am (*μέχρι τοῦ κρασπέδου*). SVLP. SEV. dial. 1, 20, 2 cilicii sui -is corpora obsessa curabat. *per breviloquentiam quandam additur gen. hominis vel pronomen possess.*: AMBR. patr. 9, 38 cuius inopia ditat, sanat -a. VVLG. Zach. 8, 23 apprehendent -am (*κρασπέδου*) viri Iudaei. VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 quatenus possim ... -am aut sacerdotum aut martyrum ... peccator attingere. FVLG. Virg. cont. p. 86 si vel extremas tuas praestringere contingerit -as. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 499, 24 CASSIAN. conl. 13, 15, 4 VEREC. in cant. 4, 14. GREG. TVR. Franc. 7, 22 quod ego eum velem a sancti antestitis -is separari. *mystice*: HIL. in Matth. 9, 6 spiritus sancti de Christi corpore modo -ae exeuntis (*cf. p. 764, 76*). AMBR. virginit. 16, 100 -am eius (*Christi*) attinge. *ibid.* si pari devotione divini sermonis extremam saltem -am comprehendas. *huc addiderim locutionem tropologicam et mysticam de apostolo Paulo, qui* -a vestimenti domini *appellatur*: AVG. in psalm. 44, 22 audi Paulum illum minimum, -am de vestimento, quod tetigit mulier in fluxu sanguinis (serm. ed. Mai 25, 3 quaeramus quid sit -a vestimenti *domini* ... vestimentum domini intelleguntur apostoli adhaerentes ei ... ergo Paulus apostolus ... est -a vestimenti domini, quia ipse erat novissimus apostolorum).

latiore sensu i. q. filum, floccus, licium sim.: CELS. 2, 6, 6 si manibus quis ... in veste floccos legit -asve deducit (*in morbo letali*). PLIN. nat. 7, 171 -arum curam (*i. signum letale*). TERT. virg. vel. 17 -am aut villum aut quodlibet filum cerebro superponunt. ORIBAS. syn. 5, 5 p. 49 aqua ... mollem spungiam sive lanam aut latum pannum fimbris (febris *La*) sunt imponenda, ut lapsi fluoris excipiantur. *adde i. q. ligamen, tropice*: AMBR. Abr. 1, 3, 10 amputavit -am (*v. l.* fibram) discordiae, ne contagium serperet.

deriv.: fimbriatus. *cf. Onomast.*

fimbriātus, -a, -um [*a* fimbria. *Th.*]. QVINT. inst. 8, 3, 32 nec a verbis modo, sed a nominibus quoque derivata sunt quaedam, ut ... ab Asinio -um et figulatum.

i. q. fimbrias, cirros habens, cirratus: **1** *de fronte hominis*: TITIN. com. 112 quasi hermaphroditus -um frontem gestas. ITIN. Alex. 6 fuit fronte plerumque nuda, quamvis pinguius -a. **2** *de vestimentis sim.*: SVET. Iul. 45, 3 usum enim Iulium ferunt lato clavo ad manus -o (*cf. Ihmii adn. et Marquardt, Privatleben der Römer p. 545 adn.*). SCHOL. Iuv. 2, 124 -ae sive vittatae vestes. ISID. orig. 19, 24, 14 lacerna pallium -um. PAVL. FEST. p. 288 rica est vestimentum quadratum, -um. **3** *de herbis, i. q. foliorum, radicum sim. fibras habens*: PLIN. nat. 17, 67 *stolones* avelluntur partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum -o corpore. 18, 53 milio comae granum complexae -o capillo curvantur. 21, 92 -is foliis. 25, 48 radice -a ceparum modo. 25, 138 radice ad nucis abellanae figuram -a. 27, 105 radix ... multis capillamentis -a. *nota de flagro*: APVL. met. 8, 28 quod *flagrum* semiviris illis proprium gestamen est, contortis taenis lanosi velleris prolixe -um.

fimbrium, -iī *n. v. p. 764, 31sqq.* *Simbeck.*

fimētum, -ī *n.* [*a* fimum. *Th.*]. *i. q. sterquilinium*: PLIN. nat. 1, 24, 171 herba de -is (24, 171 herba quae gignitur super -a ruris). 10, 153 quaedam *ova* ... sponte natura⟨e⟩ gignunt, ut in Aegypti -is. 17, 57 -a sub diu concavo loco et qui umorem colligat ... fieri iubent *eqs.* *Bauer.*

(?) charitin **fimirium** (fimarium *cod. alter*) GLOSS. III 172, 59. *Jchm.*

***fimum** (-us), -ī *n.* (*m.*) [*orig. inc., nisi cf. est c.* foetere. *Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 17, 2, 3 dictus -us, quod fiat †mus (*sic T*; quod f. m. *om. DK.* ⟨i⟩mus *an* ⟨hu⟩mus?). *scribitur* fem-: CHIRON 698 p. 219, 18 MISC. Tir. p. 50, 14 GLOSS. III 456, 21. 558, 8. 622, 28. *ad hanc scripturam pertinere videntur corruptelae codicum his locis*: PLIN. nat. 2, 236 -o (faeno, fano, feno, foeno *trad.*). 28, 243 -i (feminum *vel* femininum *trad.*). CHIRON 698 p. 219, 19 -i (fenici *trad.*). VEG. mulom. 2, 121, 3 fenum *P.* MISC. Tir. p. 58, 3 -um (feminum *trad.*). *de genere et de formis: formam* -us *masculinam, semper singularem praescribunt grammatici*: CHAR. gramm. I 32, 1 masculina semper singularia ... hic -us (DIOM. gramm. I 327, 18 EXC. Bob. gramm. I 548, 4 PHOC. gramm. V 427, 25 IDIOM. gen. gramm. IV 578, 70 GRAMM. suppl. 84, 29 BEDA gramm. VII 273, 16). *pluralis nusquam invenitur.* *forma* -um *neutrius generis solemnis est ante Christianorum tempora.* *forma* -us *masc. generis legitur*: PLIN. med. 3, 5 *g d.* 3, 30 *d.* PALLAD. 4, 10, 20 SERV. georg. 1, 1 (*cf.* ISID. orig. 17, 2, 3). VVLG. III reg. 14, 10 HESYCH. in lev. 4, 11 p. 825[B]. GLOSS. II 353, 28 hic -us (*cf.* PLIN. nat. 28, 177. 235. 30, 77 -us *pars codd.*). -us *nom. et acc. neutr. generis*: PLIN. med. 3, 23 SER. SAMM. 350. 599. 714. 954. *genus fem. traditur*: APVL. met. 7, 28 liquida -o strictim egesta (*sed* 4, 3 -o fistulatim excusso). *cf.* PLIN. nat. 18, 145 -o addita (*pars codd.*). 19, 121 -o ingesta (*pars codd.*). *de notione: est stercus hominum vel animalium*: GLOSS. stercus quod a ventre purgatur. stercus animalium. stercus boum. stercore bubulum. -o boum stercore (CHAR. gramm. I 32, 1 stercus. ISID. orig. 17, 2, 3 idem *quod stercus* et -us est, qui per agros iacitur [*cf.* SERV. georg. 1, 1]). *κόπρος. βόλιτον ἤτοι βόλβιτον* (PAVL. FEST. p. 32 ex -o quod Graeci appellant *βόλβιτον*. IDIOM. gen. gramm. IV 578, 70). *ὄνθος* (EXC. Bob. gramm. I 548, 4). *χέσμα* (GLOSS. IV 76, 17 -um pecuniae *errore scriptum*; pecuniae *ad verba antecedentia pertinet*). *discerni videntur* -um *et* stercus COLVM. 4, 8, 3 (*opponuntur* -um *et* columbinum stercus). CHIRON 698 ab stercore equalis (*i. equilis*), quod -um vocatur. *cf. infra l. 43.* *de usu: legitur inde a* CATONE *et* LVCIL. (1018). *habent singulis locis* VARRO (stercus *12ies*) LIV. PHAEDR. (stercus *ter*) TAC., *binis* SEN. phil. (stercus *ter*) APVL., *trinis* CATO (stercus *25ies*) VERG., *passim scriptores rei rusticae inde a* COLVM. (stercus *non rarius*) *et rei medicae inde a* PLIN. nat. (*qui* stercus *rarius usurpat*); *deest apud* CELS. SCRIB. LARG.; *legitur in* VVLG. *septem locis* (*quibus* ITALA *fere* stercus), *25ies* stercus. [*loc. dub.*: CORP. IV 6769 fimu.] [*francog. vet.* fiens. *M.-L.*]

1 *generaliter*: LVCIL. 1018 hic in stercore humi fabuliisque, -o atque sucerdis. VERG. Aen. 5, 333 pronus in ipso concidit immundoque -o sacroque cruore. 5, 358 udo turpia membra -o (*cf. Homer. Il. 23. 775 sqq.*). SEN. nat. 3, **26**, 7 circa Messenem et Mylas -o (-um *trad.*) quiddam simile ... mare profert (*cf.* PLIN. nat. 2, 220). COLVM. 6, 6, 4 *bovi* manu per anum inserta -um extrahere (6, 30, 10 eximere). PLIN. nat. 8, 40 *bonasum* reddente⟨m⟩ in *fuga* -um, interdum et trium iugerum longitudine (*cf.* SOL. 40, 10). 31, 55 Arethusam ... -um redolere per Olympia. PAVL. sent. 5, 4, 13 (= dig. 47, **11**, 1, 1) si quis -o corrupto aliquem perfuderit. VVLG. exod. 29, **14** vituli et corium et -um combures (*sim.* lev. 4, 11. 8, 17. 16, 27 num. 19, 5. ITALA [Lugd.] *ubique* stercus). III reg. **14**, 10 sicut mundari solet -us usque ad purum. Ezech. 4, 15 dedi tibi -um boum pro stercoribus humanis. COD. Theod. 7, 1, 13 (*a. 391*) ut nullus ... immundo -o sordidatis fluentis commune poculum polluat. PS. AVR. VICT. epit. **8**, 4 caeno -oque et ceteris turpioribus dictu purgamentis (*cf.* SVET. Vit. **17**, 2 stercore et caeno).

2 *usus speciales*: **a** *in agricultura*: CATO agr. 28, 2 arbores ... oblinito ... -o summas (46, 2 *passim. cf.* SEN. epist. 86, 17 *caput arboris* -o tinctum [PALLAD. 2, 15, 16 *al.*]. COLVM. 11, 3, 23 *brassica* liquido -o ... illita. *al.* 11, 3, 25 radix -o liniri debet. *al.*). 40, 2 argillam vel cretam coaddito, harenae paululum et -um bubulum, haec una bene condepsito. VARRO rust. 16, 16 vitiles *alvos* -o bubulo oblinunt intus et extra, ne asperitate absterreantur. VERG. georg. 2, 347 quaecunque premes virgulta per agros, sparge -o pingui. COLVM. 2, 5, 2 disiectum ... -um inarari et obrui convenit, ne solis halitu vires amittat. 2, 10, 15 *lens* -o arido (9, 15, 5 *al. cf.* PALLAD. 3, 4 cum -i ariditate) permisceri debet et ... spargi (*cf.* PLIN. nat. 17, 61 *bacas lauri* -o [fumo *codd.*] ad satu⟨m⟩ praeparatas. 17, 63 *serendas amygdalas* -o ... diluto maceratas. PALLAD. 2, 14, 4 semina ... -o allinunt). 2, 14, 4 *asinus* bene confectum atque idoneum protinus arvo -um reddit. 2, 17, 2 loca ... -o iuvanda sunt (*cf.* 3, 11, 4 solum ... -o ... stercorari. 10, 82 armenti ... -o saturet ieiunia terrae. PALLAD. 12, 7, 20 *locus* -o satiatus). 4, 22, 3 *mergus* -o satiatur (PALLAD. 12, 3. *cf.* COLVM. 5, 9, 13 -o pabulandae sunt oleae). 9, 14, 1 fumus immittatur *in alveos purgandos* factus incenso bubulo -o. 9, 14, 2. 14. 9, 15, 5. PLIN. nat. 17, 48 *marga* -i desiderat quantulumcunque. 17, 247 cupressus et aquas aspernatur et -um (19, 83 odit. *al. opp.* 19, 69 *cucurbites* amant rigua ac -um. *al.* 19, 110 cum *porrum* -o ... gaudeat. *al.* PALLAD. 2, 14, 5 *nasturcium* -um non desiderat). 18, 134 *lupinum* adeo non eget -o, ut optimi vicem repraesentet. *nota: generatim de laetamine usurpat* HIER. in Ioel. 1 p. 172 ut *stipula et fenus* non solum esui, sed et -o inutilia sint. **b** *in medicina*: PLIN. nat. 8, 152 *contra rabiem canum* gallinaceo ... -o immixto canum cibis. 22, 104 *laser* alopecias ... replet cum vino ... ac murium -o et aceto. 22, 123 *farina quaedam* ad duritias cum -o columbarum. 22, 125 aerina *farina* strumas et panos concoquit cum -o columbino et lini semine decocta in vino. 28, 91 -i (fumi *V*) *camelini* cinere crispari capillum cum oleo. 28, 227 -um asinini pulli, quod primum edidit a partu, datum ... e vino medetur. *ibid.* eadem et ex equino pullo (*cf.* 28, 239. 253) ... vis est. *sic passim apud* PLIN. (*praesertim libris* 28, 29, 30) *et alios medicinae scriptores.* **c** *varii usus*: LIV. 38, 18, 4 *Axylon terram qui incolunt*, -o bubulo pro lignis utuntur. COLVM. 7, 5, 8 vas *medicamentum quoddam continens* in sterquilinio defoditur ac toto anno -i vapore concoctum mox promitur. PLIN. nat. 16, 222 *materias*

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o illitas siccari, ut afflatus non noceant. TAC. Germ. 16 *specus subterraneos* multo insuper -o onerant.

3 *tropologice*: TERT. pudic. 6 p. 230,11 *caro* nova emergit iam non ex seminis limo, non ex concupiscentiae -o (fumo *trad.*), sed ex aqua pura et spiritu mundo. HESYCH. in lev. 4, 11 p. 825^{B} *peccata generis humani* -us domini verisimiliter dicuntur.

deriv.: fimetum.

fimus, -ī *m. v. p. 766, 6 sqq.* **fimus** *n. v. p. 766, 10.*

✖**fīnālis,** -e *adi. a* finis. GLOSS. -is ἐμπροθέσμως (-ος?). -es ἐμπροθέσμους. *est latinitatis recentioris.* [*loc. dubiae interpretationis*: DOSITH. gramm. VII 428, 4 larvali habitu. imaginaria forma. -i habitu (ferali *sive* funerali *Stangl*).]

1 *i. q. finem faciens, in fine situs, terminalis, extremus*: **a** *de fine loci alicuius*: CHALC. comm. 66 circulus -is . . . horizon Graeco nomine, limitans mundum (71 MACR. somn. 2, 5, 9. *omisso subst.* circulus CHALC. comm. 66. 67). AVG. lib. arb. 2, 8, 22 p. 1252 *quodvis corpusculum habet* alias *partes* -es, aliam mediam. MART. CAP. 6, 611 -e promunturium (*i. in fine orbis situm. cf.* CASSIOD. var. 2, 5, 2 -bus locis). BOETH. mus. 4, 12 p. 335, 2 -is *chorda tetrachordi* (*syn.* ultima, extrema, *opp.* princeps). *speciatim: t. t.* GROM., *i. q. finem agrorum faciens*: SIC. FLACC. grom. p. 103, 14 Th. terminos -es (GROM. p. 365, 18 L. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49, 1). p. 107, 14 si arbores -es observabuntur (*al. passim.*, GROM. p. 270, 5 L. arbores -es vel terminales). p. 112, 1 *fossas* -es esse (p. 112, 3 utrum *fossae* propriae an -es sint. p. 112, 25 fossas . . . -es observari. *al. cf.* LIB. col. I p. 217, 10 L. rivi. *al.*). p. 113, 6 macerias (p. 113, 9 *syn.* 9 quae fines praestant). LIB. col. I p. 241, 2 arcas. *al.* p. 243, 16 signa. *al.* p. 249, 31 lapidum (INST. Iust. 4, 17, 6 *al. cf.* GROM. p. 357, 6 petra). **b** *de fine temporis vel actionis*: PS. AMBR. paenit. 10 p. 984^{B} exitus -is (*i. finis vitae. cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 24 p. 251, 4 -is luminis [*i. diei supremi*] metam). AVG. civ. 17, 8 p. 223, 14 D. -is illa mutatio (*i. in fine mundi. cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 369 -e malum). ALC. AVIT. carm. 3, 116 -em promit sententia *dei iudicantis* legem (*i. quae finit causam*). **c** *t. t.* GRAMM., *i. q. finiens partem aliquam sermonis, orationis: i. q. finiens sententiam*: DIOM. gramm. I 437, 16 *distinctio* (θέσις) summo loco ponitur, cum sensum terminat, et vocatur -is a nobis, a Graecis τελεία. *i. q. finiens metrum, colon sim.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 36, 28 syllabam (37, 20. 63, 2 SERV. gramm. IV 457, 5 *al.*). 74, 11 *portiunculas* (*i. cola, commata versus heroi*) -es seu novissimales (τελικά; *opp.* initiales, communes). *i. q. finiens verbum*: SERV. gramm. IV 449 (*titulus*) Servii Honorati de -bus (*sc. syllabis. idem titulus* FIN. METR. gramm. VI 229 de -bus [metrorum *additum in codd.*]. FRG. Bob. gramm. VI 625 de -bus syllabis). Aen. 11, 659 *accentus* in -em (*sc. syllabam*) transfertur. *al.* (*syn.* ultima, *opp.* principalis [PRISC. gramm. II 464, 4], praepositiva, postpositiva [*ibid.* III 112, 3]). EVTYCH. gramm. V 448, 4 ex -i terminatione. 614, 18 -e ἄλφα in ε mutant (PRISC. gramm. II 458, 25 i -i conversa in e). *i. q. finiens syllabam*: MACR. exc. gramm. V 616, 38 *litterae v* nec -i esse . . . nec incipere . . . fas erat. *speciatim: syllaba* -is, *i. quae terminationis est, non stirpis*: MACR. exc. gramm. V 606, 2. 633, 16. 639, 31. **d** *t. t. philos.: spectat ad illum perfectionis gradum, quem 'finem' vocant philosophi, i. q. summus, extremus* (*cf.* CIC. fin. 3, 55 *bona* ad illud ultimum pertinentia; sic enim appello, quae τελικά dicuntur; nam hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intellegatur). *subest interdum per ambiguitatem etiam significatio rei, quae in fine mundi ultimo donatur, v. l. 30*: AVG. civ. 8, 8 p. 332, 22 D. -i . . . bono . . . quo cuncta . . . referrent atque id quo referendum esset, non ultra quaererent (*ibid.* p. 332, 27 -e *bonum*, . . . id est propter se ipsum appetendum. 19, 1 p. 350, 24). 19, 4 p. 359, 18 illa -i beatitudine (p. 362, 23. 19, 10 p. 370, 19 beatitudo -is, ipse perfectionis finis, qui consumentem non habet finem). 19, 11 p. 371, 14 *pacem* (19, 27 p. 403, 31).

2 *latiore sensu de rebus, quae aliquo modo ad finem quendam pertinent*: **a** *t. t. gromaticorum et Ictorum: i. q. pertinens ad finem agrorum*: APVL. met. 6, 29 in causa -i de proprietate soli, immo viae herciscundae (COD. Theod. 2, 26, 2 quoniam *causa* non -is, sed proprietatis est. *cf.* PAPIN. dig. 10, 1, 11 in -bus quaestionibus [ἐν ταῖς περὶ ὅρων ζητήσεσιν. CALL. dig. 47, 21, 3, 2 SYMM. epist. 4, 71, 1 COD. Theod. 2, 26, 2]. COD. Theod. 2, 26, 4 -is iurgii. 2, 26, 5. BOETH. in Cic. top. 4 p. 1117^{A} -ia litigia. CASSIOD. var. 3, 52, 1 contentio. COD. Iust. 8, 44, 10 lis). APVL. Plat. 2, 7 duabus . . . de causis utilitatem hominum iustitia regit . . . quarum . . . secunda -is est. GROM. p. 325, 11 L. expositio litterarum -ium (p. 364, 2. *cf.* p. 364, 3 -es titulos). p. 332, 12 per ipsam viam sine dubio -is causa dirigatur (p. 363, 11. 364, 5. 365, 8. 26). *adde*: SIDON. epist. 6, 6, 1 bonitas conditoris habitationem potius hominum quam caritatem -bus claudit angustiis (*i. quas fines terrarum praebent*). **b** *t. t. rhet. et gramm.: i. q. pertinens ad finem versus, verbi*: DIOM. gramm. I 496, 9 -is necessitas (*i. quae est in fine versus*). PRISC. gramm. II 402, 15 -es . . . accentus (*i. in ultima syllaba positos*). *i. q. pertinens ad finem* (τέλος) *artis rhetoricae*: PRISC. rhet. 6, 16 p. 555, 11 amoveas misericordiam per capitula, quae -ia dicuntur id est utili, iusto, honesto (τελικὰ κεφάλαια. *cf.* p. 556, 4. 11, 33 p. 559, 30). *i. q. pertinens ad eum statum, qui finis vocatur, finitivus*: DON. Ter. Eun. 960 causa -is.

3 *i. q. finitus, finem habens, finibus circumscriptus*: SIDON. epist. 7, 14, 3 corpulentiam per spatia quamvis porrecta -em. 8, 14, 1 laus . . . stringi spatiis non est contenta -bus. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 112, 22 habet certum magnitudinis modum, quidquid -e est. p. 113, 1. 115, 8.

adv. **fīnāliter.** FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 5 p. 250^{B} ut vita eo, quod finis dicitur, quandoque putetur -r abolenda (*i. morte finienda*).

deriv.: finalitas.

✖**fīnālitās,** -ātis *f. a* finalis. *i. q. qualitas syllabae finalis sive ipsa syllaba finalis, extremitas, terminatio* (GRAMM. suppl. 3, 10 -s . . . ipsa ultima terminatio intellegitur). *frequentant* GRAMM.

SERV. Aen. 1, 116 *'ibi' et 'ubi'* ratione -is plerumque producuntur in versu (3, 91. 464 georg. 2, 70). MACR. exc. gramm. V 643, 39 praeteritum perfectum et futurum sub diversa -e (FRG. Bob. gramm. V 557, 1 *al.*). 644, 22 participia et nomina . . . quae . . . -em solitam verborum . . . amiserint. EVTYCH. gramm. V 447, 13 alter *libellus* indicio -is speciales exsequitur regulas (*est liber* de -bus p. 467, 17). 452, 25 *verba quaedam* -em non in 'iculum', sed in 'ulum' converterunt. *al.*

Bauer.

✖**findo,** fidī, fissum, -ere [*i. q. ind.* bhinádmi *'findo', cf. c. got.* beitan *'mordere', fortasse c. gr. φείδεσθαι. Th.*]. *formae*: fend-: ACT. Arv. a. 224, 5 *v. infra l. 76.* SYMPH. 189 *v. p. 769, 18. ind. praes.* findeat: CHIRON 664 *v. p. 769, 14. perf.* fidi *testatur* PRISC. gramm. II 459, 23. 467, 5. 517, 13 findo . . . fidi facit, licet quidam fissi putaverunt. 519, 19. *legitur tribus tantum locis*: CELS. 8, 4, 6 AMM. 18, 8, 12 NOT. Tir. 74, 85. GLOSS. -it διασχίζει. *legitur inde a* PLAVTO *v. p. 769, 19. confunditur passim in codd.* -o *cum* scindo, fundo, fissus *cum* fessus. [*loci dubii et corr.*: GERM. 254 findere *codd. deteriores pro* tangere. PANEG. in Mess. 173 *v. vol. IV p. 213, 24.* MART. CAP. 9, 930 chromaticum modulandi genus per ipsam funditur (finditur *codd.*).] [*it.* fendere, *francog.* fendre, *hisp.* hender. *M.-L.*]

g *libri, epistulae, orationis sim.* (*cf. p. 791, 21*): Cic. off. 3, 115 sit iam huius loci -is. Varro ling. 7, 110 huic libro faciam -em (9, 115. Nep. Hann. 13, 4 libri. *al.* Colvm. 8, 17, 16 haec ... pastio -em praesenti disputationi faciat). Hor. sat. 1, 5, 104 Brundisium longae -is chartaeque viaeque est (*v. p. 791, 62*). Ov. epist. 19, 242 *ut epistula* clausa ... consueto sit tibi (sibi *Heins.*) -e (Sen. epist. 4, 10 ut -em epistulae imponam). fast. 1, 724 cum ... suo -em menso libellus habet (trist. 2, 550 volumen). Plin. nat. pr. 20 orsi a -e Aufidi Bassi (Plin. epist. 3, 5, 6. *cf.* Avr. Vict. Caes. tit. a -e Titi Livi. Hier. epist. 57, 9, 3 in Malachiae -e). 27, 143 in -e *herbarum* (*i. descriptionis herbarum. cf.* Avg. civ. 15, 14 p. 86, 5 D. in -e diluvii ita legitur. *ludit in ambiguitate*: Liv. 31, 1, 1 me quoque iuvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad -em belli Punici pervenisse). Stat. silv. 1, 3, 34 quid primum mediumve canam, quo -e quiescam? Qvint. inst. 4, 2, 50 reficietur ... iudex *in audiendo* priorum -e et se velut ad novum rursus initium praeparabit. 4, 2, 132 narrationis (4, 3, 5 *al.*).

h *partis alicuius orationis: sententiae, enuntiati sim.*: Cic. orat. 187 quoad *circumitus* perveniat ad -em et insistat (Qvint. inst. 9, 4, 55 rhythmi ... ad -em usque decurrunt). Qvint. inst. 8, 2, 14 nec traiectio ⟨ne ultra⟩ modum †hyperbato -is *sermonis* differatur (8, 5, 13). 9, 3, 77 *ὁμοιοτέλευτον*, similem duarum sententiarum ... -em (9, 3, 78. 79 Diom. gramm. I 447, 17). 9, 4, 61 sensus omnis habet suum -em (11, 3, 110). *versus*: Qvint. inst. 9, 4, 75 'quo me vertam nescio' qui trimetri -is est. *ibid.* peius cludit *sententiam* -is hexametri. 9, 4, 102 -em versus damnamus in -e orationis. *sim. al. passim. verbi* (*i. q. ultima syllaba, littera, terminatio sim.*): Qvint. inst. 9, 4, 36 si omnia verba suo -e cludantur (*i. nusquam synaloephe fiat*). 9, 4, 98 *medius spondeus pentametri* alterius verbi -e, alterius initio constat (12, 10, 31 *sim. al. passim*). Diom. gramm. I 406, 4 adverbia varios habent -es. Serv. gramm. IV 409, 1 *genetivus singularis* quinque -bus terminatur. 427, 1 usque ad tres syllabas a -e ascendit accentus. *ibid.* tertia a -e syllaba (*sic passim. cf. p. 792, 79*).

II ***translate et tropice:*** **A** -is *rerum incorporalium, i. q. extremus gradus, usque ad quem res profertur, quem quasi -em statuit usus, natura, ratio sim.*: **1** *generaliter*: Ter. Hec. 96 -em statuisse orationi militem (Cic. Verr. 4, 177 audaciae. Liv. 26, 1, 10 huic generi militum senatus eundem quem Cannensibus -em statuerat militiae). Cic. Verr. 4, 220 si vos semel in iudicando -em aequitatis et legis transieritis, scitote vos nullum ceteris in aestimando -em impietatis et avaritiae reliquisse (epist. 5, 12, 3 qui semel verecundiae -es transierit [Ov. epist. 16, 67 pudoris]. Lvcr. 3, 60 transcendere -es iuris). Mur. 65 videntur vestri praeceptores ... -es officiorum paulo longius, quam natura vellet, protulisse (Sull. 64 si ... longius, quam -is cotidiani officii postulat, L. Caecilium pietas ... propulisset). Sull. 11 nondum ad propositum mihi -em honoris perveneram (Planc. 60 honorum populi -is est consulatus). har. resp. 4 illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem ... non posse arceri oti -bus. fin. 1, 44 *sapiens* naturae -bus contentus (Hor. sat. 1, 1, 50 intra naturae -es viventi. *cf.* Cic. off. 1, 92 qui ... sese ... suarum rerum -bus continerent. Hor. sat. 1, 1, 106 est modus in rebus, sunt certi denique -es, quos ultra citraque nequit consistere rectum). Lvcr. 5, 1432 quae sit habendi -is (*i. iustus modus. cf.* Cvlex 84). *de temporis terminis*: Cic. Tusc. 1, 32 isdem ... ut -bus (*i. eodem initio et eodem exitu*) nomen suum, quibus vita, terminaretur (Cato 82 si isdem -bus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus. Lvcr. 3, 592 -es dum vitae vertitur intra *anima*. Sen. benef. 5, 6, 3 hominem vitae ac mortis peritum, utriusque -es tenentem). Varro rust. 2, 1, 18 *conceptus et partus* praegnationis primi et extremi -es. Val. Fl. 7, 361 *flos non* longi languescit -bus aevi (Stat. Theb. 6, 141 his in -bus aevi [*sc. in pueritia*]. silv. 5, 1, 260 expletis humani -bus aevi). Stat. silv. 4, 2, 59 patriae bis terque exire senectae ... -es. Gell. 3, 2, 14 de dierum temporibus et -bus (*cf.* 3, 2 tit. terminis).

2 *speciatim*: **a** *voluntatis (affectuum, industriae, consilii sim.) iustus modus*: Lvcil. 1331 virtus *est* quaerendae -em rei scire modumque. Cic. Verr. 5, 14 difficile est -em facere pretio nisi libidini feceris (Tusc. 5, 20 *numquam* -em inveniet libido. Liv. 42, 23, 7). fin. 1, 45 inanium ... cupiditatum nec modus ullus nec -is inveniri potest (2, 21 -es cupiditatum [*vertit Epicuri τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν*]. Porph. Hor. sat. 1, 2, 111. *cf.* Lvcr. 6, 25 *Epicurus* -em statuit cuppedinis atque timoris. Sen. epist. 39, 5 *naturalis modus cupiditatum* habet suum [suam *b*] -em, inania et ex libidine orta sine termino sunt). Tusc. 2, 3 qui ... quem ... sperandi sibi, eundem bene dicendi -em (*v. p. 795, 80*) proponerent. Lael. 56 constituendi ... sunt, qui sint in amicitia -es et quasi termini diligendi (59. 61). off. 1, 52 vulgaris liberalitas referenda est ad illum Enni -em 'nihilominus ipsi lucet' (*cf.* Sen. benef. 1, 15, 2 benignitatis -es introrsus referre et illi minus laxum limitem aperire). 1, 102 ei *appetitus* ... -em et modum transeunt. epist. 4, 9, 3 qui -is istius consili? (6, 22, 2 cum consili tui ... eum tibi -em statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset). Ov. ars 1, 282 legitimum -em flamma virilis habet (*sed* -i *amoris [v. p. 791, 57] modum amoris opponit* Ov. Sen. contr. 2, 2, 10 facilius in amore -em impetres quam modum). Sen. benef. 7, 7, 5 multi ... -es (*sensu proprio*) aliis abstulerunt, sibi nemo constituit. Ivv. 6, 444 imponit -em sapiens et rebus honestis (*opp.* nimis cupit).

b *t. t. philos.: bonorum (et malorum), rerum expetendarum sim. (aliarum rerum v. infra l. 71), i. q. summus gradus, qui cogitari potest, summa perfectio, τέλος* (*syn.* extremum; perfectio [Cic. fin. 4, 37]; summa; summum; terminatio [Cic. fin. 5, 27]; ultimum; *cf.* Cic. fin. 3, 26). -is *nude positum est semper* -is *bonorum (cf. Madvig. Cic. fin. p. LXI*[1]). *saepe attingit notionem sub II B illustratam, ut sit* -is *id, quod petendum est potissimum in vita; cf.* Cic. fin. 4, 19, *ubi* artium -is *comparatur cum -e bonorum, et p. 795, 63. ludunt in ambiguitate verbi* Cic. leg. 1, 55 *sq.* Apvl. apol. 15 Avg. civ. 18, 54 p. 345, 24 D. 19, 10 p. 370, 19. 20. *titulus est libri Ciceronis, qui vocatur* de -bus (*cf.* Cic. Att. 13, 12, 3 illam *περὶ τελῶν σύνταξιν*. 13, 19, 4). Varronem *de -bus bonorum et malorum egisse testatur* Avg. civ. 19, 1 p. 346 *sq.* D. *definitiones*: Cic. leg. 1, 52 ad -em bonorum, quo referuntur et cuius apiscendi causa sunt facienda omnia. fin. 1, 29 extremum et ultimum bonorum, quod omnium philosophorum sententia tale debet esse, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam (1, 42. 2, 5 *et passim*). Sen. epist. 95, 45 proponamus oportet -em summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat. Avg. civ. 19, 1 p. 346, 20 *sqq.* D. illud ... est -is boni nostri, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter se ipsum; et illud -is mali, propter quod vitanda sunt cetera, ipsum autem propter se ipsum. -em boni ergo nunc dicimus, non quo consumatur, ut non sit, sed quo perficiatur, ut plenum sit; et -em mali, non quo esse desinat, sed quo usque nocendo perducat. Hil. trin. 11, 28 p. 418[A] -is non defectio est, sed consummata perfectio. p. 418[C] -is ... est indemutandae constitutionis mansura perfectio. Cassiod. in psalm. praef. 3 p. 14[D] -em duobus dicimus modis; primus est iste communis atque moralis, quando res aliqua ad extremum deducta pervenerit nec ulterius potest prodire, quae motus sui terminum probatur accipere. ... secundus dicitur -is perfectus atque perpetuus ... qui tunc nobis protendi magis ac dilatari incipit, quando ad eum mens devota pervenerit (*syn.* plenitudo). in psalm. 4 praef. -is modo non significat alicuius rei consumptionem, sed perfectionem spiritualium rerum.

Cic. fin. 1, 11 his libris quaeritur, qui[s] sit -is, quid extremum, quid ultimum, quo sint omnia bene vivendi recteque faciendi consilia referenda, quid sequatur natura ut summum ex rebus expetendis, quid fugiat ut extremum malorum (Avg. civ. 8, 10 p. 336, 4 D. de ... bonorum ... -bus appetendis malorumque vitandis). 1, 55 nullus in ipsis error est -bus bonorum et malorum. 2, 6 -em rerum expetendarum voluptatem esse. 2, 9 augendae voluptatis -is (*cf.* 4, 47 -em beate vivendi. Val. Max. 7, 1, 2 verum ... beatae vitae -em. Qvint. decl. 268 p. 94, 13 ad -em vitae beatae perveniri posse) est doloris omnis amotio. 2, 56 si *Epicurus* suum -em bonorum sequi volet (ac. 2, 139). 3, 48 crescere bonorum -em non putamus (*Stoici*). 3, 54 si hoc fingamus esse quasi -em et ultimum, ita iacere talum, ut rectus assistat (*sic inf. sequitur etiam* 5, 24 -is bonorum existit secundum naturam vivere. *al. cf. l. 59.* ut: 5, 25 *al.*). 4, 15 is ... -is bonorum ... a Xenocrate ... constitutus est (4, 25 constituere ... -em illum summi boni atque ultimi. 4, 27 *ille animus* -em ... sibi constitueret secundum naturam vivere. *al.*). 4, 42 naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut a principiis permanaret ad -es (-em *NV*). 5, 15 cognitis ... rerum (*sc. expetendarum et vitandarum*) -bus, cum intellegitur, quid sit et bonorum extremum et malorum. 5, 26 omnium rerum, quae natura vigeant, similem esse -em, non eundem. 5, 40 *non vitis, si animata erit*, eundem -em habebit, quem cultor eius habebat, sed volet *eqs.* ac. 2, 131 voluptatem ... et honestatem -es (-em *edd. nonnulli, sed v. Plasberg in adn.*) esse. Sen. epist. 71, 4. 76, 10 si omnis res, cum bonum suum perfecerit, ... ad -em naturae suae pervenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit, ... -em naturae suae tetigit (124, 23). *transfertur ad alias res*: Val. Max. 6, 3, 5 hoc aliquis in -e severitatis et saevitiae ponendum dixerit. Pers. 1, 48 recti -emque extremumque (Schol. veritatem) esse *tuam laudem*. Gell. 2, 6, 10 -is ... extremae malitiae (*opp.* absoluta virtus. *cf.* Tert. adv. Marc. 1, 22 p. 319, 29 malignitatis).

c *in computatione quantitatis*: -is *rei i. q. certa quantitas, certus numerus*: Lvcr. 2, 513 rebus (*sc. rerum figuris*) reddita certa -is utrimque tenet summam (*syn.* 2, 520 mucro). Varro ling. 5, 34 *actūs* -is minimus constitutus in latitudinem pedes quattuor ..., in longitudinem pedes *tot.* 9, 4 *dicam* de copulis multitudinis ac -is, utrum omnium verborum dicatur esse analogia an †usus (alicuius *propos. Götz*) an maioris partis. Hor. epist. 2, 1, 38 excludat iurgia -is (*sc. annorum, qui tibi ponendus est*). Liv. 4, 54, 6 quaesturam ... non honoris ipsius -e aestimabant (*cf. p. 790, 66 et* Avg. civ. 5, 20

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 231,8 D. *quidam virtutes* voluptatis -e metiuntur. *v. p. 798,49*). SEN. suas. 4, 1 non eodem vitae -e, aetate magna extra omnem fatorum necessitatem caput sit, quod gentibus futura praecipiat (SEN. epist. 93, 8 quaeris quod sit amplissimum vitae spatium? ... qui ad *sapientiam* pervenit, attigit non longissimum -em, sed maximum. STAT. silv. 1, 3, 110 -em Nestoreae ... egrediare senectae [*cf.* 4, 2, 59 *p. 793, 69*]. GAIVS dig. 7, 1, 56 -is [*sc. centum anni*] -is vitae longaevi hominis est [33, 2, 8 qui -is vitae longissimus est]. IVST. 17, 1, 12 vitae ...-em non annorum spatio, sed imperii terminis metiebantur). PLIN. nat. 37, 195 cum -is nominum non sit. VVLG. Is. 2, 7 non est -is thesaurorum eius.

d -is *verbi, i. terminus, quo vis verbi quasi circumscribitur, quo separatur ab aliis notionibus*: CIC. de orat. 1, 214 Crassus ... visus est oratoris facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui -bus immensis paene describere (1, 264 exiguis quibusdam -bus totum oratoris munus circumdedisti). fin. 4, 39 *Stoici* transsiliunt omnia et duo nobis opera pro uno relinquunt ... potius quam uno -e utrumque concluderent. ac. 2, 92 rerum natura nullam nobis dedit cognitionem -ium, ut ulla in re statuere possimus quatenus (*sc. vis verbi valeat*). Phil. 13, 1 eum ... ex numero hominum eiciendum, ex -bus humanae naturae exterminandum puto (*ut non iam homo appelletur*). VARRO ling. 5, 13 qua (*i. qua fini, quatenus*) cognatio eius erit verbi (*sc.* '*locus*'), quae radices egerit extra -es suas. HOR. carm. 1, 18, 10 fas atque nefas exiguo -e libidinum discernunt. SEN. clem. 2, 3, 1 quid sit clementia qualisque sit et quos -es habeat. benef. 5, 1, 1 hi ... sunt huius officii -es. epist. 88, 25. *inde t. t. rhet. et philos., i. q. definitio, ὅρος, ὁρισμός* (*inde a* QVINT.; *de* QVINT. inst. 2, 15 *v. l. 65*): QVINT. inst. 2, 17, 41 ille ... -is ... artem constare ex *eqs.* (*cf. p. 796, 5; seq. inf. l. 36*). 4, 4, 3 ubi res defendi non potest et de -e (*sic A*, iure *BP et* IVL. VICT. rhet. 13 p. 417, 2) quaeritur (*sequitur* quaerere an id, quod obicitur, sacrilegium sit). 5, 10, 54 ducuntur ... argumenta ex finitione (*gr.* ὁρισμός) seu -e (*gr.* ὅρος); nam utroque modo traditur. 7, 3, 20 duos ponere ... -es (*syn.* finitio). 7, 3, 25 in approbando refellendoque -e (*cf.* decl. 342 p. 349, 7 -is partis adversariae sic repelletur, *ubi* p. 349, 6 *syn.* finitio). PAVL. dig. 50, 16, 223 pr. (= sent. 2, 12, 6[a]) latae culpae -is est non intellegere *eqs.* PS. APVL. herm. p. 270 (*syn.* p. 271 definitio). FORTVN. rhet. 2, 6 p. 105, 31 *locus relationis* a -e. 2, 8 p. 106, 21 *locus iniectionis qualitatum* a ...-e incidenti (ὅρῳ ἐμπίπτοντι. *cf.* SVLP. VICT. rhet. 45 p. 341, 12). 2, 9 p. 107, 17. -is *i. q. status finitivus, constitutio definitiva* (*cf.* RHET. min. p. 590, 10 *Graeci* -em ὅρον ... appellant): SERV. Aen. 4, 333 controversia ... habet -em; nam purgat obiectam fugam nomine profectionis. 7, 367. auct. Aen. 4, 339 est quasi status -is latens, quid sint legitimae nuptiae. FORTVN. rhet. 1, 11 p. 89, 30 *syn.* finitivus status, definitio. AVG. rhet. 9 p. 142, 26 MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 21. SVLP. VICT. rhet. 39 tit. de -e (*nota* p. 336, 32 loci huius status [*sc* -is]: -is, contraria definitio *eqs. cf.* IVL. VICT. rhet. 4, 3 p. 389, 12 *sqq.*). MART. CAP. 5, 444. 452 IVL. SEV. rhet. 12 p. 361, 13. 15 p. 363, 1 tit. de -e. *al. passim.*

B -is *artis, i. id quo ars tendit, quod petit: hic usus proprius est rhetorum, qui ita vertunt gr.* τέλος; *hic illic transfertur ad alias res: definit*: QVINT. inst. 2, 15, 38 quem -em vel quid summum et ultimum habeat rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit (2, 17, 22); nam si est ipsa *rhetorice* bene dicendi scientia, -is eius et summum est bene dicere. *distinguit* -em *ab* officio CIC. inv. 1, 6 inter officium et -em hoc interest, quod in officio, quid fieri, in -e, quid confici conveniat, consideratur. ut medici officium dicimus esse curare ad sanandum apposite, -em sanare curatione, item oratoris quid officium et quid -em esse dicamus, intellegimus, cum id, quod facere debet, officium esse dicimus, illud, cuius causa facere debet, -em appellamus (*cf.* AVG. c. Iul. 4, 3, 21 p. 749. *at coniunguntur* CIC. inv. 1, 9 QVINT. inst. 2, 21, 3; *syn. sunt* 2, 15, 5 *et* 6). *distinguitur inter* -em *et* opus: RHET. min. 588, 29. *opponuntur* -is *et* eventus: QVINT. inst. 2, 17, 23 (*at cf. l. 72. 79*). *saepe hic usus contingit alias notiones vel cum eis confunditur, v. p. 794, 15 et* AVG. rhet. 2 p. 138, 3 *sqq. apud* QVINT. inst. 2, 15 (*v. p. 796, 5*), *ubi agitur de* -e (*gr.* τέλος) *rhetoricae, confundi videtur cum* -e *i. definitione* (*gr.* ὅρος).

RHET. Her. 3, 2, 3 omnem orationem eorum, qui sententiam dicent, -em sibi conveniet utilitatis proponere. 3, 4, 8 in huiusmodi causis -is est utilitas. CIC. inv. 1, 6 -is *facultatis oratoriae est* persuadere dictione. 1, 9. 2, 11. 12 ceteri utilitatis modo -em in suadendo ... exponi oportere arbitrati sunt. 2, 13 quorum ... generum -es et exitus diversi sunt. 2, 51 in illis *argumentationibus* ... -is est, ut *eqs.* (de orat. 2, 145 huius loci ... hic est -is ..., ut *eqs.* CELS. 3, 27, 4[A]. QVINT. inst. 12, 9, 6. *sequitur inf. l. 54. 57. p. 796, 8. cf. p. 794, 55*). inv. 2, 155. 156 quaedam *argumentationes* separatius ad -em, quo (part. 83 ad quem) referri omnem orationem oportet, adiungentur. de orat. 1, 188. part. 9 omnem collocationem ad -em accommodo quaestionis (11). fin. 4, 19 cum omnium artium -is is esset, quem natura maxime quaereret. ac. 2, 26 quaestio ... est appetitio cognitionis quaestionisque -is inventio (*opp.* initium, *syn.* exitus). Tusc. 2, 3 bene dicendi (*v. p. 793, 80*). top. 97 ut *narrationes* ad suos -es spectent. off. 1, 138 *domus* -is est usus, ad quem accommodanda est aedificandi descriptio. epist. frg. VIII 6 suasoris ... -is est utilitas eius, cui quisque suadet. VARRO rust. capit. p. 3, 5 G. agriculturae quod sit initium et quis -is

(1, 5, 1. *opp.* 1, 4, 1 principia. *syn. ibid.* meta). CELS. 1, 2, 7 exercitationis ... -is esse debet sudor aut certe lassitudo (SEN. epist. 83, 3). SEN. dial. 7, 20, 5 edendi mihi erit bibendique -is desideria naturae restinguere (epist. 85, 23). epist. 119, 4. QVINT. inst. 2, 15, 3 est ... frequentissimus -is rhetoricen esse vim persuadendi (*v. p. 795, 65. de acc. c. inf cf. p. 795, 28*). 2, 15, 4 -em artis temere comprehendit (2, 17, 22 *sqq.* 2, 18, 1 *sqq. et al.*). 2, 17, 41 ad -em utilem vitae (*πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ*). HIER. epist. 54, 9, 5 *comici* -is est humanos mores nosse atque perscribere. AVG. civ. 15, 17 p. 94, 31 D. *terrena civitas* hic (*sc. in mundo*) habet eum, quem intendit et appetit, -em. *nota*: AVG. c. mend. 7, 18 p. 489, 6 qua causa, quo -e, qua intentione quid fiat (p. 489, 8 nullo bonae causae obtentu, nullo quasi bono -e, nulla velut bona intentione. *cf. p. 799, 55. his locis est fere i. q. consilium, cuius usus perrara sunt exempla. prava coniectura a nonnullis legitur* TAC. ann. 14, 64 quae ad ⟨eum⟩ -em memoravimus, ut *eqs., ut significet* '*eo consilio*'. *cf. p. 797, 52*).

iuncturae et locutiones selectae:

-is (*significatione sub I B illustrata*) *subiectum est verbis*: abest: OV. met. 9, 633. adest: PLAVT. Trin. 3. *rei alicui*: OV. ars 2, 733 LIV. 2, 9, 3 *al.* *homini* adest -is *alicuius rei*: SALL. Iug. 9, 4 OV. trist. 3, 3, 30. astat: LVCR. 3, 1078. est: *absol.*: PLAVT. Trin. 2 CIC. Mil. 105 *al.* (CIC. Att. 4, 5, 2 -is [*sc. sit*]). *rei alicuius*: CIC. har. resp. 46. Tusc. 1, 9 *al. passim* (*gen. gerundii vel gerundivi* CIC. Att. 2, 20, 3 LIV. 3, 36, 1 *al.*). *rei alicui*: LVCR. 1, 746 (secandis corporibus. *cf.* 1, 844). OV. met. 4, 389 dictis. LIV. 1, 50, 8 *al.* *homini* est -is *rei alicuius* (*gerund.*): CIC. Att. 9, 4, 1 OV. Pont. 3, 7, 10 LIV. 2, 11, 10 *al.* *nota: seq. inf.*: LIV. 25, 11, 10 oppugnare (*P*, -andi ς). AVSON. Mos. 349. evenit: PLAVT. Merc. 652. stat: OCTAVIA 514. venit: *rei alicui*: LIV. 2, 45, 10 SIL. 17, 47.

obiectum est verbis: **1** *ad I A et II A* (*pauca etiam ad I B pertinent*): augere (-es): MON. Ancyr. 5, 10 (*ἐπηύξησα*) *al.* constituere: CIC. Quinct. 35 VARRO ling. 5, 34. 7, 9 *al.* declarare: AGENN. grom. p. 34, 15 Th. *al.* defendere (-es): CIC. Tull. 14 *al.* demere: dempto -e *i. sine -e*: OV. epist. 1, 50 trist. 3, 11, 2 SEN. Phaedr. 553. demonstrare: *v. vol. V p. 504, 41.* depopulari (-es): CAES. Gall. 6, 42, 3 *al.* derigere: *sensu proprio: v. vol. V p. 1234, 75. adde* CORP. IX 2827 (*v. p. 787, 59*). *sensu translato: vol. V p. 1239, 60.* designare: LIV. 1, 10, 5 VITR. 5, 7, 1. ducere: LEX Mamil. (grom. p. 264, 14). eximere: exempto (-a) -e *i. sine -e*: LVCR. 1, 976. 1007 (*plur.*) OV. am. 1, 9, 10. extendere (-es): MANIL. 3, 3. facere: HYG. grom. p. 92, 5 Th. *al.* incolere (-es): CIC. ad Q. fr. 1, 1, 25 HOR. sat. 1, 6, 2. observare: LIV. 42, 24, 8 SIC. FLACC. grom. p. 103, 8 Th. *al.* occupare (-es): CAES. Gall. 4, 8, 2 *al.* ordinare: SIC. FLACC. grom. p. 115, 6 Th. praeferre: SVEIVS carm. frg. 1, 6. praescribere: TER. Andr. 151 CIC. ad Q. fr. 1, 1, 11. praestare (*i. facere*): SIC. FLACC. grom. p. 103, 4 Th. *al.* proferre: CIC. Tull. 14 *al.* promovere: SEN. dial. 11, 10, 6. propagare: CIC. Mur. 22. *v. p. 788, 41.* protollere: LVCR. 5, 309. referre: *v. p. 793, 84.* regere: CIC. Mur. 22 *al.* (*v. p. 789, 73*) leg. 1, 55 (*v. p. 794, 18*). servare: HYG. grom. p. 89, 6 Th. *al.* statuere: CORP. I[2] 633. 634. 636 LEX Mamil. (grom. p. 264, 12). *al.* *in metaphora: rei alicui*: TER. Hec. 96 CIC. Verr. 4, 177 VARRO Men. 252 *al.* *rei alicuius*: CIC. epist. 6, 22, 2 LVCR. 6, 25 VARRO ling. 6, 71 *al.* *homini* statuere -em *alicuius rei*: PANEG. in Mess. 203 LIV. 26, 1, 10. superascendere: LIV. 1, 32, 8. terminare: CIC. off. 1, 33 *al.* transcendere: LVCR. 3, 60 *al.* transire: CIC. Verr. 4, 220 *al.* tueri: CAES. Gall. 4, 8, 2. 7, 65, 3 CIC. Deiot. 22 VARRO rust. capit. p. 3, 19 G. (*v. p. 789, 79*). VERG. Aen. 1, 564 *al.* *nota* CIC. fin. 4, 49 si qui Carneadeum -em *bonorum* tueri volunt. tutari: SALL. Iug. 110, 6 *al.* vastare (-es): CATVLL. 66, 12 CAES. Gall. 5, 22, 3 *al.* usurpare: AGENN. grom. p. 30, 16 Th.

ad I B (*semper fere sing.* -em): accipere: SEN. epist. 10, 5 *al.*; *rei alicuius*: MOD. dig. 42, 1, 1 AVG. civ. 18, 21 p. 283, 6 D. addere: MANIL. 5, 328 *al.* afferre: *rei alicui*: CIC. Verr. 2, 109 *al.* *rei alicuius*: CIC. Marcell. 1 *al.* *homini rei alicuius*: CIC. Phil. 5, 20 *al.* capere: VERG. Aen. 10, 106 LIV. 5, 51, 6 *al.* dirimere: BELL. Hisp. 25, 5 *v. vol. V p. 1260, 22.* dare: *rei alicui*: ACC. trag. 293 VERG. Aen. 1, 199 SIL. 13, 361 (*gerund.*). *rei alicuius*: ACC. trag. 577 VERG. Aen. 1, 241. 6, 76 (loquendi). LIV. 10, 47, 6. *homini* -em dare *alicuius rei*: ACC. trag. 37 LVCR. 5, 383 VERG. Aen. 10, 581. facere (*est vel i. q.* '*desino*' *vel i. q.* '-em *statuo*', '*facio, ut desinatur*'. *luditur in ambiguitate* PVBLIL. P 11 perdendi -em nemo nisi egestas facit): *absol.* PLAVT. Epid. 39 *al.* *rei alicui*: PLAVT. Asin. 605 TER. Haut. 34 CAEL. hist. 38 CIC. Verr. 5, 87 *passim* (*dat. gerundii*: PLAVT. Poen. 231 LIV. 1, 44, 2 *ex coniectura.* QVINT. inst. 9, 3, 99 exquirendis nominibus). *rei alicuius*: ACC. trag. 171 (*ex coniectura*). CIC. Tusc. 5, 1 *al.* (*gerundii*: TER. Andr. 821 Phorm. 23 CIC. inv. 1, 33 *passim*). *homini* (*rei l. 79*) -em facere *alicuius rei*: TER. Phorm. 22 -em faciam dicundi mihi (SEN. contr. exc. 4, 1 SEN. Tro. 786 epist. 87, 11). CIC. Tull. 6 nox tibi -em dicendi fecit. epist. 7, 3, 5 reliquis omnibus, ... mihi ipsi -em fecisse belli. Att. 4, 2, 4 *non* ei -is est factus *orationis.* VARRO rust. 1, 2, 11 *ovum sublatum* curriculi -em facit quadrigis. SALL. epist. Mithr. 17 pergentibus -em Oceanus fecit. *al.* in *aliquo, aliqua re*: TER. Ad. 997 *al.* (*v. p. 791, 31*). *aliqua re*: OV. met. 6, 102. *omittitur verbum* '*faciendi*': CIC. fin. 2, 17 -em ... interrogandi (*sc. fac*). 4, 1 -em ille (*sc. dicendi fecit*). nat. deor. 3, 94. ferre: *rei alicui*: VERG. Aen. 3, 145 *al.* *rei*

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alicuius: VERG. Aen. 7, 118. habere (*i. vel 'affero' vel 'accipio'*): *absol.* CIC. Tusc. 4, 79 PVBLIL. N 2. SALL. epist. Mithr. 12 Cretenses ...*non* -em (*sc. impugnandi*) nisi excidio habituri. OV. ars 3, 809 *al.* *rei alicuius*: CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 53). Cato 78 OV. Ib. 312 LIV. 22, 34, 7 *al.* (*gerund.* LVCR. 5, 826). imponere: *rei alicui*: VERG. Aen. 2, 619 LIV. 4, 24, 7 *passim.* *rei alicuius*: VAL. MAX. 1, 8, 2 QVINT. decl. 329 p. 293, 17. parare: LVCR. 1, 551. ponere: *absol.* SEN. benef. 5, 18, 1. *rei alicuius*: OV. trist. 4, 8, 5 LVCAN. 5, 314 *al.* *rei alicui*: LVCAN. 10, 42. *dub.*: SEN. Ag. 609 vitae. reddere: *rei alicuius* (*gerund.*): LVCR. 1, 561. 584. *rei alicui*: LVCR. 2, 513 (*accedit gerundivum* 1, 577).

abl. -e, -bus *i. q. intra -em, -es, usque ad -em, -es. usus ortus est ex praep.* fine (*v. p. 798, 43*), *praesertim ex iuncturis male intellectis* ea fine, qua fine. -e: OV. am. 3, 6, 20 (*v. p. 790, 49*). epist. 4, 76 -e coli modico forma virilis amat. *al.* (HYG. fab. 82 p. 82, 18 media -e corporis. *v. p. 787, 63*). -bus: CIC. Pis. 37 (*v. p. 788, 43. locis et illic et hic allatis saepe etiam ablativus qualitatis, quem vocant, intellegi potest*). ad Q. fr. 1, 1, 11 eos... dumtaxat -bus his praestabis, quos ante praescripsi. LIV. 29, 13, 5 *ut* maritimam oram, quibus -bus senatus censuisset, tutaretur. 32, 34, 4 quibus -bus Graecia sit (MANIL. 2, 699 his -bus esse dodecatemorium). MANIL. 1, 541 quantis ... ferantur -bus astra. *al. de* APVL. flor. 15 p. 51 *v. p. 798, 65*.

✖**ad finem** (*v. etiam locutiones Christianas infra l. 63*) *i. q. fine praep.*: **1** *cum genetivo substantivi, i. q. rei alicuius fine (v. p. 798, 43), usque ad rem aliquam*: **a** *de loco*: SISENNA hist. 59 mediam ad -em ripae (*v. p. 787, 35.* VITR. 3, 1, 2 ad -em medium superciliorum. *cf.* HYG. fab. 82 *l. 15*). LIV. 36, 18, 4 ab dextro *cornu* ... ad ipsum munimentorum -em ... elephantos ... posuit. SIL. 3, 654 ad -em caeli medio tenduntur ab orbe... campi (*dubitari potest sitne intellegendum 'usque ad caelum' an 'ad extremum caelum', similiter aliis locis multis*). **b** *de tempore*: VELL. 2, 17, 1 vir qui neque ad -em victoriae (*i. usque ad partam victoriam*) satis laudari neque post victoriam abunde vituperari potest. **c** *translate*: PAPIN. dig. 22, 2, 4, 1 quod ... deductum est, ad -em centesimae non ultra duplum debetur (24, 3, 42, 1 sumptus ad -em superflui servari. 24, 3, 42, 2 ad -em ... debitae quantitatis compensationem opponere [*cf.* VLP. dig. 50, 13, 1, 12 usque ad probabilem quantitatem]. 49, 17, 17, 1 ad -em peculii ... legata praestare. *cf.* fine *p. 799, 10*). 38, 12, 2 cum heres legitimus ad -em quinti gradus extitit. TERT. idol. 17 p. 50, 17 *patriarchae* regibus idololatris usque ad -em idololatriae (*i. usque eo, ut ipsa idololatria non fieret*) apparuerunt.

2 *cum pronominibus*: ad eum -em, quem ad -em, *i. ea fine, qua fine (v. p. 799, 23), eatenus, quatenus* (GLOSS. IV 383, 29 quem ad -em quatenus): **a** *de loco*: CAES. Gall. 2, 19, 5 quem ad -em porrecta [ac] loca aperta pertinebant. LIV. 38, 20, 4 placide acclives ad quendam -em colles. **b** *de tempore*: CIC. Verr. 1, 16 mansit in condicione atque pacto usque ad eum -em, dum *eqs.* (6, 75 quem ad -em *piratam vivum tenuisti?* dum *eqs.* nat. deor. 2, 129. NEP. Epam. 2, 5 exercebatur ... ad eum -em, quoad ... posset. DON. Ter. Andr. praef. p. 37, 19). Catil. 1, 1 quem ad -em sese... iactabit audacia? (*syn.* quo usque, quamdiu. Cael. 11 epist. 9, 26, 1. VARRO Men. 294 quam ad -em? SIL. 15, 36 quem tandem ad -em? TAC. ann. 14, 52. 64 dona ... decreta que⟨m⟩ ad -em memorabimus? [*cf. p. 796, 14*]. APVL. met. 8, 23. VVLG. Iob 18, 2 usque ad quem -em? CLAVD. 28, 407 carm. min. 41, 1). CAES. civ. 2, 32, 11 quem ad -em adhuc res processit. HYG. astr. 3, 40 quae ... pertinent, ad hunc -em nobis erunt dicta.

c *translate*: CIC. de orat. 1, 154 oratione aliqua lecta ad eum -em, quem memoria possem comprehendere. VARRO ling. 9, 36 cur similitudo et sit in oratione et debeat observari et quam ad -em quoque. PAPIN. dig. 34, 4, 25 praestari... actiones ad eum -em ..., quo praedium fuerat comparatum (*v. l. 33*). AVG. civ. 4, 31 p. 185, 28 D. ad eum -em illa scribere ac perscrutari, ut *eqs.*

locutiones Christianae: (usque) ad -em, in -em, in -e. *i. q. gr.* εἰς τὸ τέλος *sim.; significat 'usque ad -em actionis cuiusdam vel vitae (cf. p. 792, 7. 27) vel mundi'; inde fere i. q. 'omnino, prorsus', vel 'in aeternum, sine -e'* (*syn.* usque ad consummationem [VVLG. I Esdr. 9, 14]). ITALA Ios. 3, 16 (Lugd.) quoad usque ad -em (omnino VVLG.) deficeret. 10, 20 usque in -em (usque ad internecionem VVLG.). Ier. 18, 7 (Rufin. Orig. in num. 16, 4 p. 694[C]) in -em loquar (*explicat* RVFIN. *per* 'ex definito loquar'. LXX πέρας; *recte* VVLG. repente; *cf.* 18, 9 subito *et* HIER. in Ier. 4, 18, 7 p. 233, 12. 18 R.). Matth. 24, 13 (Cypr. Fort. 11 p. 335, 20) usque ad (VVLG. in) -em. VVLG. deut. 31, 30 ad -em usque. Iob 20, 7 quasi sterquilinium in -e (לְנֶצַח, *quod alibi vertitur* in aeternum, in perpetuum) perdetur. 34, 36 probetur Iob usque ad -em. psalm. 9, 7 inimici defecerunt frameae in -em. 9, 19 non in -em oblivio erit pauperis (in aeternum HIER. psalt. sec. Hebr.). *ibid.* patientia pauperum non peribit in -em (in perpetuum HIER. psalt. sec. Hebr.). 12, 1 usquequo, domine, oblivisceris me in -em (εἰς τέλος. penitus HIER. psalt. sec. Hebr.). 37, 7 curvatus sum usque in -em (ἕως τέλους. nimis HIER. psalt. sec. Hebr.). Matth. 10, 22 qui ... perseveraverit usque in -em (*cf.* HIL. trin. 11, 28 p. 418[B]) *et passim.*

nota: in -em *suprascriptio est psalmorum* (*velut* psalm. 4) *frequens in* ITALA *et* VVLG. *est hebr.* לַמְנַצֵּחַ, *i. ei qui praecinit* (victori *vel* pro victoria HIER. psalt. sec. Hebr.; τῷ νικοποιῷ *vel* ἐπινίκιος *Aquila, Theodotion, Symmachus.* εἰς τὸ τέλος LXX, *quasi esset* לָנֶצַח). *varie interpretari student* ECCL.

✖**sine fine,** sine ullo fine (*cf. Wölfflin, Arch. 1, 364*): GLOSS. sine fine: ἄνευ τέλους. ἀτελεύτητος. ἀορίστως. SCHOL. Pers. 3, 24 J. sine intervallo, incessanter. *legitur inde a* LVCR. 2, 92. LAVREA epigr. 9 *passim, imprimis apud poetas* (*frequentat* OV.); *in prosa oratione inde a* LIV. 9, 26, 9 VITR. 10, 2, 11. *coniunguntur* sine -e *et* sine modo: LVCR. 2, 92 SEN. contr. exc. 5, 5 *al.* *adhibentur eodem sensu*: exempto -e, dempto -e (*v. p. 796, 33. 38*); nulla cum -e: OV. met. 13, 755; -e nullo: OV. Pont. 1, 1, 74 SEN. Herc. f. 166 *al.* [*loc. dub.*: CATVLL. 61, 158 *domus* tibi sine -e erit (*sic Avantius*; sine servit *trad.*; sine serviat *edd. plurimi*).]

1 *proprie*: **a** *de loco*: LVCR. 2, 92 *v. p. 790, 26.* VERG. Aen. 1, 279 imperium sine -e (*et de loco et de tempore*). AETNA 139 chaos ac sine -e ruina est. **b** *de tempore*: LAVREA epigr. 9 *Cicero* totum legitur sine -e per orbem. VERG. Aen. 2, 771 tectis urbis sine -e furenti. HOR. sat. 2, 7, 107 epulae sine -e petitae. PRIAP. 26, 4 vicinae sine -e prurientes (MART. 5, 78, 27). OV. am. 2, 10, 11 meos sine -e dolores (Pont. 1, 10, 23). epist. 3, 15 lacrimas sine -e dedi. **2** *translate*: LIV. 9, 26, 9 sine -e ulla quaestionis suae ius esse. OV. met. 7, 306 pretium ... sine -e. Ib. 207 sine -e beatum. TAC. hist. 4, 8 sine -e dominationem.

synonyma et coniuncta: calx: AVSON. 349, 20 (*v. p. 788, 1*). consummatio: *v. vol. IV p. 597, 24 sqq. 598, 2 sqq.* defectio: HIL. trin. 11, 28 p. 418[B] *al.* effectus: QVINT. decl. 348 p. 370, 26. eventus: LVCAN. 5, 68. excidium: SIL. 1, 12. exitus: CIC. inv. 2, 13 Cluent. 7 HIRT. Gall. 8 pr. 2 VERG. Aen. 2, 554 *al.* extremum: LVCR. 1, 964 *al.* fructus: *v. p. 792, 39. 42.* interitus: TERT. resurr. 35 p. 76, 23. lex: IVV. 2, 6, 635. limes: TERT. virg. vel. 17. margo: PLIN. epist. 5, 6, 9. meta: SIL. 10, 208. 13, 260 *al.* modus (*cf. Schmalz, Sprachgebr. des Asinius Pollio[2] p. 49*): PLAVT. Merc. 652 Poen. 231 LVCIL. 1331 CIC. Verr. 3, 118 *passim.* summa: LVCR. 2, 339 *al.* terminus: CIC. Quinct. 35 LVCR. 3, 1021 CORP. I[2] 633. 634. 636 *al.*

opposita: dilatio: LIV. 9, 45, 1. gradus: SEN. Herc. f. 208 Thy. 746 dial. 11, 11, 4. initium: VARRO rust. capit. p. 3, 5 G. *passim.* medicina: CIC. Att. 3, 7, 2. moderatio: CIC. Att. 10, 4, 1. modus: *v. p. 794, 6.* origo: LVCR. 5, 12, 13 *al.* ortus: LVCAN. 10, 302 (*v. p. 788, 17*). principium: LIV. 30, 40, 6 *al.* remedium: LIV. 10, 47, 6 CELS. 4, 11, 3 SEN. dial. 6, 20, 1.

compos.: affinis. arcifinius. confinis. confinius. definis(*?*). infinis(*?*). interfinium. quadrifinius. trifinius. *cf.* perfino.

deriv.: finalis. finio. finitimus.

abl. pro praep. **fīnī** *vel* **fīne** (*cf. Wölfflin, Archiv 1 [1884] 424. 580*). *de forma* (*cf. p. 786, 75*): -i *legitur in codd. apud* PLAVT. CATONEM VARRONEM *al., in* INSCR. *v. p. 799, 41.* -e *legitur inde a* LVCR. (4, 627), *saepe metro probatur.* *de notione*: FEST. p. 258 quatenus significat qua -e, ut hactenus hac -e (*cf.* PAVL. FEST p. 367). SERV. auct. georg. 3, 53 Modestus tenus pro -e accipit ut Sallustius (*v. l. 78*). *hic illic dubitari potest, utrum praepositionis an nominis vis praevaleat* (*cf. ex. gr. loca, quae attuli p. 792, 82. 793, 1. 794, 83. 797, 12*). *certe in iuncturis sub C allatis scriptores multi* -e *pro subst. gen. fem. habuerunt. cf. etiam p. 787, 36. 64. 66.* *de usu: legitur inde a* PLAVTO (Men. 859) *per totam latinitatem, sed raro. videtur sermonis vulgaris potius fuisse quam archaici.* [*loc. dub.*: LVCR. 1, 555 †summum aetatis pervadere -e (*sic B G*, -em *B corr., C*; -is *A*); *cf. p. 787, 38. an* summa*? (cf. p. 787, 36. 64).* MANIL. 1, 825 *cometis* in breve vivit opus coeptique (coeptaque *codd.; corr. Breiter*) incendia -e (-em *g*) subsistunt (*i. manent intra fines incipiendi; cf. p. 799, 20*). COLVM. 3, 21, 11 ultimis ordinibus in ea vineti -e, qua (-e vineti, quae *al.*) subiacet septentrionibus, ... cacumina ficorum ... depangere (*cf. p. 790, 56*). *malim* in ultimis ordinibus vineti ea fine, qua subiacet *vinetum* septentrionibus *eqs.* (*cf.* arb. 26, 4 ea...-e, qua adraseris surculos [*sic S*], *ubi* fines *AR*, quas *duo recc.*). HYG. astr. 3, 16 occidit *Delphinus* ... a capite ⟨caudae, *supplevi*⟩ -e (*sic D*[2], finem *D*[1], *om. rell.*, a capitis fine *edd., cf. de Olore* 4, 12 p. 110, 25 a capite ... ad caudam *et p. 799, 8*). APVL. flor. 15 p. 51 coma ... cervicem scapularum -i obumbrat (*trad.* finibus, *quod vix pro praepositione esse potest, nisi propter pluralem* scapularum *dictum esse putes*).]

I *i. q.* ***tenus, usque ad:*** *significat et 'usque ad rem aliquam' et 'usque ad finem rei', 'intra fines rei'. pendent substantiva casu abl. vel gen. (subst. antecedit* PLAVT. Men. 859 *al.; sequitur* LVCR. 4, 627 *al.), praeterea accedunt adverbia pronominalia*: **A** *cum abl.*: PLAVT. Men. 859 senem osse -i dedolabo ... viscera. CATO agr. 28, 2 *arbores* operito terra radicibus -i.

B *cum gen.*: **1** *de loco*: CATO agr. 113, 2 amphoras nolito implere nimium, ansarum infimarum -i. LVCR. 4, 627 voluptas est e suco -e palati. BELL. Afr. 85, 1 per mare umbilici -e ingressi terram petebant. SALL. hist. frg. 3, 52 -e inguinum ingrediuntur mare (APVL. met. 2, 16 inguinum -e laciniā remotā. EPIT. Alex. 90 pars superior inguinum -e puerilis). OV. met. 10, 536 per silvas... vagatur e genu (inde venus *N*[1]) vestem ... succincta (HYG. astr. 3, 12 Heniochus ... circulo aestivo genuum -e, praeterea ab umero sinistro usque ad zonam dividitur ab *orbe lacteo.* 3, 13. 4, 12 p. 110, 12 a pedibus genuum -e). Pont. 1, 4, 28 qui vix Thessalae -e (*i. usque ad finem, intra*

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fines Thessaliae) timendus erat. hal. 102 cercyros ... scopulorum -e (*i. intra scopulorum fines. cf.* PLIN. nat. 32,152 cercyrum in scopulis viventem) moratus. IVST. 13, 4, 21 (= OROS. hist. 3,23,12) Parapamesson -e Caucasi montis Oxyartes accepit (*cf. eodem sensu* 27,2,6 intra -em Tauri montis). 30, 4, 6 Asiam Orientis (-i *al.*) -e (-em *al.*) perdomitam (*cf.* POMP. TROG. prol. 30 pacata ... Asia Bactris tenus). HYG. astr. 1, 8 p. 27, 27 regiones *quaedam* ... -e arctici circuli ... non habitantur. 4, 12 p. 110, 27. 28 exoritur ... Hydra -e Crateris et Canis totus et navis Argo -e totius veli (*de* fab. 82 p. 82,18 *v. p. 787,63*).
2 *translate*: PAPIN. dig. 16,2,19 dabitur ei compensatio peculii -i (peculio tenus TRYPH. dig. 24, 3,53 *al.*), quod servus publicus habebit (*cf.* 20, 1, 1, 3 ut ... fructus ... compensarentur -i legitimae usurae [*opp.* 22, 1, 9 pr. supra modum legitimae usurae]. 35, 2, 15, 4 quod filio debetur, ... -i quadrantis ... compensabitur. 36, 2, 26 pr. fructibus -i relictae pecuniae non perceptis. 37, 7, 5 pr. cum ... filia patris voluntatem -i virilis partis retineat [*cf.* TRYPH. dig. 37, 5, 7 usque ad partem virilem]. frg. Vat. 294,2 quod vir uxori dedit, ...-i decimarum auferri non oportere. *aliis locis* PAPIN. *adhibet* ad -em *eodem sensu; cf. p. 797,33. 60 et Leipold, Sprache d. Juristen Papinianus p. 37*). COD. Iust. 4, 65, 27 si conventio placiti -e stetit (*i. si stipulatio facta non est. cf. p. 798, 56 et* COD. Iust. 3, 36, 15 si placitum ... usque ad pactum stetit).

C *accedunt adverbi pronominalia* eā(dem), hāc, quā: ea -i *i. eatenus (v. p. 798, 46), ad eum finem (v. p. 797, 42), eo usque. usus invenitur inde a* CATONE. *quatenus recte intellectus sit a scriptoribus temporum sequentium, dubito; cf. p. 787, 66. infra l. 42. 45. praeter alios male intellexerunt* CLAVD. carm. min. 53,80 *v. p. 787,71 et* AVG. civ. 5, 14 p. 219, 29 D. demonstrans, quo -e (*i. qua -e, quatenus, quem ad finem*) innotescere deberent. 19, 3 p. 354, 13 virtus ... omnibus ... simul ... utitur eo -e, ut omnibus delectetur atque perfruatur. epist. 231,5 p. 508,2 quae *laudes* me quo -e delectent. MART. CAP. 9, 888 quis modus erit? quonam ... -e *eqs.* PROSP. carm. de ingrat. 208 quo -e ... persistitis? **1** *de loco*: CATO agr. 21,3 cupa qua -i in modiolos erit. 149,1 qua vendas -i (-is *trad.*) *pabulum*, dicito. 154 *labrum* ad summum, qua -i culleum capiet, pertundito. VARRO frg. Non. p. 55,19 qua -i sit (*vid. significare 'intra quos fines porrigatur'*) antica et postica. COLVM. 5, 11, 5 ea ... -e qua adraseris surculos ... inserito (arb. 26, 4. *cf. ex. gr.* 8, 2 surculos ... demittito eatenus, qua adrasi sunt). APVL. met. 2, 10 qua -e summum cacumen capillus ascendit, ... savium impressi. HYG. astr. 4,12 p. 111,15 ad id *provenit* corpus *Centauri*, qua -e pedes eius sunt priores. **2** *de tempore*: CARM. epigr. 186,4 vitam ... ger(e)re, qua -i fata volebant. **3** *translate*: HEMINA hist. 35 (Non. p. 205, 16. 514, 16) qua -i (-em Non. p. 205; quare -i Non. p. 514) omnes res atque omnes artes humanitus †quae aguntur (NON. p. 205 *substantivum genere feminino prolatum putat*). TIRO Gell. 6, 3, 29 eo consilio atque ea -i (*certe Tiro pro subst. gen. fem. habuit*) facere velle aliquid, uti numquam id facias, quod velis. FRONTO p. 135 N. ea ... -e heres patri fuit, ut creditoribus paternis aegre satisfaceret. GELL. 1, 3, 16 quatenus quaque -i (quoque -e β) dari amicitiae venia debeat (*syn.* 1, 3, 9 *μέχρι πόσου*, quemnam usque ad modum. quatenus CIC. Lael. 61). 1, 3, 30 hac ... -i ames, tamquam *eqs.* (*seq.* hac itidem tenus oderis). 3, 16, 20 *tempus partionis non* semper eadem esse -i ..., sed alias ocius fieri, alias serius. 4, 1, 6 qua -i (quo fani *trad.*) id vocabulum dicatur (*i. intra quos fines. cf. p. 795, 22*).

II *i. q. causā, gratiā. coniungitur cum gen.; usus ortus est ex significatione recenti nominis 'finis', quam illustravi p. 796, 10*: AVG. de mend. 21,42 p. 464,5 nec ipsa veritas -e placendi hominibus enuntianda est. quaest. Simpl. 2, 3, 3 p. 144 non docendi magis quam decipiendi -e. civ. 5, 13 p. 218, 12 D. *studia* sectanda sunt -e veri boni, non ventositate laudis humanae. epist. 231, 4 p. 507, 9 si bona ... -e laudis humanae facerem.

fīnītē *adv. v. p. 786, 34.* *Bauer.*

***fīnītimus**, -a, -um [*a* finis, *cf.* aeditumus. *Th.*]. *de etymologia*: CIC. top. 36 *in 'postliminio'* 'liminium' illud productionem esse verbi (*sc. q. e.* 'post') vult *Servius*, ut in finitumo, legitumo, aeditumo non plus inesse 'tumum' quam in meditullio 'tullium'. GELL. 12,10,1 aeditimus verbum Latinum est et ea forma dictum, qua -us et legitimus. *de forma: saepe in codd.* -umus, *ut* RHET. Her. 4, 9, 13. 4, 10, 15 CIC. epist. 15, 4, 4 top. 36 CAES. (*v. lex. Meuselii s. v.*) SALL. Iug. 18, 12. 75, 5 Catil. 6, 4. LIV. 1, 21, 2 (*M P*). 4, 3, 4. 4, 12, 5 *al.* -imus *ex. gr.* MON. Ancyr. 5, 10 CORP. XII 75. *de notione*: GLOSS. proximus vicinus. proximus. ὅμορος, πλησιόχωρος. -um fine coniunctum. -i, vicini confines. accolae vicini proximi. vicini, confinis ⟨regionis?⟩ unius. affines, vicini, conlimitantes. -a termina *πέρατα, τέρματα.* *de usu: legitur inde a* RHET. Her. *per totam latinitatem. compar. et superl. desunt. pro superl.* -us maxime: *p. 801, 5. cf. Onomast.*

I *proprie* (*saepe accedit dat.*): **A** *i. q. confinis, vicinus, propinquus*: **1** *de rebus*: **a** *de oppido, regione sim.*: CIC. Verr. 6, 66 ex ... oppidis ... -is ... convenirent (leg. agr. 2, 96 Flacc. 74. BELL. Afr. 74,1 *oppidum* quod -um fuit Zetae. PLIN. nat. 5,23 PLIN. epist. 4, 11, 16 *al.*). Manil. 5 *regnum Ariobarzanis* -um est vestris vectigalibus. div. 1, 2 Pisidarum gens et his -a Pamphylia. 2, 89 stellae in his -isque partibus sint (CAES. Gall. 5, 1, 5 -am partem provinciae). Phil. 3, 15 Aricinum ... propinquitate paene -um ... municipium (CAES. civ. 1, 18, 4 -is municipiis. *al.*). 11, 34 in propinquis -isque provinciis (PLANC. Cic. epist. 10, 8, 3. CAES. Gall. 3, 2, 5 loca -ae provinciae. civ. 3, 73, 3 BELL. Alex. 34, 1 BELL. Afr. 8, 1 PLIN. nat. 14, 81. 120). CAEL. Cic. epist. 8, 5, 1 provinciae tuae -arumque regionum (CIC. nat. deor. 2, 96 CAES. Gall. 4, 21, 4 *al.* NEP. Dat. 4, 2 Eum. 8, 1 *al.*). CAES. Gall. 6, 12, 4 partem -i agri (VERG. Aen. 11, 206 LIV. 28, 22, 3 *al.*). 7, 7, 4 quae loca hostibus erant -a (OV. epist. 7, 120 rem. 626 AMM. 23, 5, 3). 7, 77, 16 respicite -am Galliam (*opp.* longinquae nationes). VERG. Aen. 7, 549 urbes (AETNA 613 LIV. 5, 40, 6 *al.*). HOR. carm. 3, 24, 38 mundi ... Boreae -um latus. OV. met. 14, 333 colunt Scythicae stagnum ... Dianae -osque lacus. Pont. 2, 9, 4 me tibi -i parte iacere soli. LIV. 7, 42, 8 Norbam et Setiam, -as colonias Romanas. 29, 5, 6 una castra ... intra fines, altera in -a terra Etruria (*cf.* HEGES. 4, 27 l. 32 terram -am sibi esse cognoscant *navigantes*). 45, 28, 3 Isthmus duo maria ⟨ab⟩ occasu et ortu solis -a ... dirimens. PLIN. nat. 10,77 -o Insubrum tractu (18, 215). 36,12 insulis. 36,190 pars Syriae ... -a Iudaeae (37, 121). APVL. met. 8, 15 villas. COD. Theod. 5, 14, 30 (*a. 386*) possessiones ... neque -as neque in iisdem locis ... constitutas. BACHIAR. repar. laps. 14 incende hordeum tibi -um. **b** *de gente, populo sim.*: CIC. prov. 5 gentibus (LVCR. 6, 643 LIV. 2, 53, 3 *al.* MON. Ancyr. 5, 9 *al., ex. gr.* CVRT. 7, 7, 3 Scytharum gens ... Sarmatarum ... non -a, sed pars est). CAES. Gall. 1, 18, 6 neque solum domi, sed etiam apud -as civitates (3, 7, 3 *al.* HIRT. Gall. 8, 3, 3 *al.* BELL. Alex. 66, 3 LIV. 1, 9, 1 *al.* SEN. contr. 10, 1, 8. TAC. Germ. 13 *opp.* sua gens. *al.*). SALL. Catil. 6, 4 reges populique -i (LIV. 1, 8, 6. 29, 1. 25 Ausetanos, ... vicinam gentem, ... et alios -os sibi atque illis populos. *passim*). STAT. Theb. 3, 386 -as adhibere manus. PANEG. 8 (5), 3, 2 nationes. AMM. 15, 8, 21 plebs universa cum -a vicinitate (*aliter l. 47*).
c *de rebus variis*: CIC. nat. deor. 2, 101 mari -us aer. Phil. 8, 3 tumultum Gallicum, quod erat Italiae -us. VARRO rust. 1, 16, 6 iugulandes magnae et crebrae -ae fundi oram faciunt sterilem. VERG. Aen. 8, 569 -o Mezentius ... huic capiti insultans (SERV. '-o' aut 'in -o', aut '-o capiti' [id est vicino *add.* SERV. auct.]). PROP. 4, 3, 59 in -o gemuit stans noctua tigno. OV. fast. 1, 429 herba (IVV. 12, 12). SIL. 13, 542 -a (*porta*) huic (*sc. portae*) ... patet. APVL. mund. 3 cum -is aetheris ... ardoribus. *al.* Plat. 1, 15 lienem ... iocineri -um. ARNOB. nat. 1, 57 vicinis et -is *sc. rebus* (*opp.* spatiorum longinquitate distantibus). *nota*: LIV. 22, 12, 10 certaminum ex tuto coeptorum -oque receptu (*Luchs*, -orum receptum quae *P*). *i. q. ad vicinos pertinens* (*cf. infra l. 66*): CIC. Planc. 70 *Opimius* praetor -o, consul domestico bello rempublicam liberarat (CAES. civ. 2, 38, 1 BELL. Alex. 42, 2 LIV. 4, 2, 12 *al., ex. gr.* 42, 11, 17 *opp.* Romana bella. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1. IVST. 1, 1, 7 *opp.* longinqua. *al. cf.* OV. trist. 4, 10, 111 -is ... circumsoner armis. 5, 2, 69 Marte *v. p. 801, 22*). VAL. MAX. 7, 4, 1 -is ... tropaeis ac triumphis.

tropice (*cf. II*): CIC. Brut. 156 artium studiorumque quasi -a vicinitas (*aliter l. 28*).

2 *de hominibus*: CIC. Planc. 22 summus ... -i Atinatibus. Deiot. 15 reges, quorum multi erant -i (epist. 15, 4, 4 *Cappadocia* reges ... habet -os. LIV. 42, 50, 6 PLIN. nat. 7, 11. *cf. l. 25 et* BELL. Alex. 65, 4 dynastas provinciae -os). epist. 15, 4, 10 *incolis Pindenissi* erant -i pari scelere et audacia Tebarani. CAES. Gall. 1, 5, 4 Latobrigis -is (suis *add. AQ, cf. p. 801, 44*). 1, 10, 2 ut homines bellicosos ... locis patentibus ... -os haberent. 1, 28, 4 ne ... Germani ... -i Galliae provinciae Allobrogibusque essent. 2, 2, 3 *Galli* -i Belgis erant. 5, 38, 1. 6, 2, 1 -os Germanos (7, 90, 5 a -is Bellovacis. HOR. epod. 16, 3 Marsi. OV. Pont. 1, 2, 78 -o ... Getae. LIV. 1, 8, 3 Etruscis. 8, 16, 2 *al.* PLIN. nat. 3, 135 Ceutrones. *al.*). 7, 64, 4 Haeduis ..., qui sunt -i [ei] provinciae. civ. 3, 31, 3 -is hostibus Parthis ... relictis (OV. Pont. 2, 7, 68. 3, 1, 8). OV. met. 6, 412 -i proceres coeunt. LIV. 4, 11, 2 apud -os socios hostesque. 10, 46, 7 sociis ... colonisque -is. 31, 2, 4. 33, 33, 6 -is aut propinquae vicinitatis hominibus aut terris continentibus iunctis. STAT. Theb. 11, 281 ubi ... Hypseus -usque Dryas? AVSON. 385, 22 Romanos -osque duces. AMM. 20, 10, 2 possessoribus -is. AVG. civ. 3, 10 p. 108, 2 D. homines. *huc addatur*: CARM. epigr. 624, 3 anno pene finito tecum me -a(m) vidi. *i. q. ad vicinos pertinens* (*cf. supra l. 39*): LIV. 37, 9, 7 legationes -as ab Elaeunte et Dardano ... audivit.

B *i. q. ad finem, terminum pertinens, finitivus*: FRONTIN. grom. p. 9, 8 Th. -a ... linea aut mensuralis est ... aut terminorum ordine servatur. AGENN. grom. p. 28, 8 Th. -ae similitudinis mon⟨u⟩mentum (29, 11). p. 29, 4 demonstratio -is argumentis ... fundata (29, 8). p. 34,10 arbores. LIB. col. II p. 252, 13 L. *ager finitur* -is signis (*cf. syn.* finalis. p. 255,7). p. 254,16 per alia -a documenta. p. 261,12 -is muris, viis. PS. BOETH. grom. p. 398, 15 *ager* extra clusus, quia ultra limites -os cluditur.

II *translate*: **A** *i. q. propinquus, similis, cognatus* (*saepe accedit dat.*): **1** *de rebus*: RHET. Her. 2, 16, 24 omnes hae tres partes purgationis inter se -ae sunt. 3, 13, 23 sermo est oratio remissa et -a cotidianae locutioni (*cf.* CIC. de orat. 3, 203 rogatio atque huic -a quasi percontatio. orat. 66 huic generi historia -a est. top. 38 locus ... -us notationi. 87. GELL. 1, 4, 8 verbum ei verbo ... -um). 4, 10, 15 in -a et propinqua vitia (4, 32, 43 rebus. CIC. inv. 2, 165 vitanda sunt non ea modo, quae his contraria sunt, ... verum etiam illa,

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae propinqua videntur et -a esse, absunt autem longissime. AVG. c. Iul. 4, 3, 20 *opp.* contrarius. *cf.* CIC. orat. 113 vicinam eius et -am dialecticorum scientiam). 4, 33, 45 facile est intellectu -a verba rerum dissimilium ratione abusionis esse traducta. CIC. Sull. 71 eius nomen -um maxime est huius . . . crimini. inv. 2, 165 unicuique virtuti -um vitium. *ibid.* pertinacia . . . perseverantiae -a est (*syn.* propinquus). de orat. 2, 185 *iudices* ad eos motus deducantur, si qui -i sunt [et de propinquis ac *M*, et propinqui his ac *J pars, secl. Kayser*] talibus animi permotionibus. 2, 272 est huic -um dissimulationi, cum *eqs.* 3, 168. orat. 182 id *genus* -um est numero . . ., compositio autem ab utroque differt. ac. 2, 68 -a sunt falsa veris *eqs.* rep. 1, 44 malum. *ibid.* Massiliensium . . . administrationi civitatis -us est . . . triginta ⟨virorum⟩ consensus et factio. 65. Tusc. 2, 35 *labor et dolor* sunt -a omnino, sed tamen differt aliquid. 3, 23 metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est -us (4, 64). off. 2, 8 haec nostra -a vestris. 2, 66. APVL. Plat. 2, 21 ignaviam . . . imbecillitati esse -am. BOETH. in top. Cic. 2 p. 294, 22 coniuncta . . . sunt, quae unicuique rei -am naturam tenent. **2** *de hominibus*: CIC. de orat. 1, 70 est . . . -us oratori poeta. COD. Theod. 8, 11, 1 (*a. 364*) quos his gradus honore et . . . honestate functionis convenit esse -os. **B** *i. q. propinquus, imminens*: **1** *de rebus*: CIC. de orat. 3, 100 omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium -um est. Ov. trist. 5, 2, 69 -a cinctus premor . . . morte (-o . . . Marte *v. l.*). CLAVD. 5, 56 iam non -o Martis terrore movetur. ARATOR act. 2, 1208 Publii . . . parentem -a de clade levat. PASS. Petr. 11 in -a absolutione existens. **2** *de hominibus*: HEGES. 5, 37, 2 excidio -us (*i. cui excidium imminet*).

syn.: finalis (*v. p. 800, 74*), propinquus (*supra l. 6. 8. p. 800, 1. 83*), similis (CIC. Tusc. 3, 23), vicinus (*l. 2. p. 800, 26. 37*).

opp.: contrarius (*v. l. 2*), distans (ARNOB. nat. 1, 57), domesticus (CIC. Planc. 70), longinquus (CAES. Gall. 7, 77, 16 IVST. 1, 1, 7). *ad* -um esse: abesse (CIC. inv. 2, 165), differre (CIC. Tusc. 2, 35).

masc. pl. pro subst. ✖**fīnitimī**, -ōrum. GLOSS. *v. p. 799, 72 sqq.*

i. q. vicini: RHET. Her. 4, 9, 13 si cum -is de finibus bellum gererent. VARRO ling. 6, 18 Ficuleates ac Fidenates et -i alii contra nos coniurarunt. CIC. Sull. 58 rep. 2, 15 de orat. 1, 37 epist. 15, 4, 4 LVCR. 4, 581. 5, 1020 CAES. Gall. 1, 2, 4. 2, 17, 4. 2, 28, 3. 2, 31, 5. 2, 32, 2. 3, 8, 3 *al.* SALL. Iug. 18, 12. 75, 5 VERG. Aen. 5, 106. 6, 378. Ov. met. 8, 117 *opp.* civis (SEN. dial. 5, 2, 3 AMM. 28, 6, 18). fast. 1, 30. 1, 552 -is hospitibusque. LIV. 1, 9, 1. 7. 14. 1, 15, 1 *al., ex. gr.* 4, 3, 4 -is externisque. 37, 53, 25 nullos accolas nec -os habere quam vos malo. VELL. 2, 108, 2 *al.* VAL. MAX. 3, 4, 2 *opp.* sui. SEN. epist. 59, 12 CVRT. 3, 2, 12 *al.* [*dub.* 6, 6, 20, *ubi codd. opt.* finibus]. AMM. 22, 7, 10 per -os longeque distantes. 28, 5, 9 -is universis. *al. passim. acced.* suus: CIC Manil. 9 se Bosporanis -is suis bellum inferre simularet. CAES. Gall. 2, 4, 6. 2, 16, 2. 5, 27, 2 COLVM. 1, 3, 7 (*antea* vicinos, conterminus). AMM. 18, 2, 13. *acced. genet. loci*: IVST. 44, 3, 9 Chalybes fluvii huius (*Chalybem dicit*) -i appellati.

neutr. pl. pro subst. **fīnitima**, -ōrum. GLOSS. *v. p. 799, 74.* **1** *i. q. vicinae regiones (saepe cum gen. part., dat. v. l. 57)*: LIV. 9, 37, 1 conciverat . . . non Etruriae modo populos, sed Vmbriae -a. 24, 29, 4 -a provinciae Romanae . . . vastare coepit. PLIN. nat. 6, 20 tenuere . . . -a . . . Cares. 37, 23 *crystallus* vilissima circa Alabanda et Orthosiam -isque (-isque montibus *codd. recc.; cf. Mayh. ad l.*). APVL. mund. 6 hinc patent -a Rubri maris. AVR. VICT. Caes. 33, 3 Asiae -a occuparent. AMM. 18, 8, 13 confluente ex -is virile et muliebre secus. 23, 6, 4 post -a cuncta . . . subacta (23, 6, 52). 27, 12, 17 ut . . . Sauromaces Armeniis -a retineret et Lazis. VEN. FORT. carm. 3, 4, 1 prope -a pelagi. **2** *i. q. finis, margo*: CASSIOD. in psalm. 44, 15 fimbriae sunt -a vestium.

neutr. sing. pro subst. **fīnitimum**, -ī. GLOSS. *v. p. 799, 72. i. q. vicina regio*: DICT. 4, 2 *Penthesilea* cum magna Amazonum manu reliquisque ex -o populis supervenit. HEGES. 5, 10, 1 in -o tumuli, quo sepultus iacebat . . . Iohannes. SERV. Aen. 8, 569 *v. p. 800, 32.*

✖**fīnītio**, -ōnis *f. a* finire. *de notione*: SERV. georg. 2, 398 'exhausti' . . . exhaustionis, -is. *de usu: vox a poetis aliena legitur inde a* VITR.

I *proprie*: **A** *spectat ad locum*: **1** *i. q. actio finiendi i. definiendi*: VITR. 8, 1, 1 *capita fontium* sic erunt experienda, uti procumbatur in dentes . . . et in terra mento collocato et fulto prospiciantur eae regiones; sic enim non errabit excelsius quam oporteat visus, cum erit immotum mentum, sed libratam altitudinem in regionibus certa -e designabit. *inde i. q. pars definiendo constituta*: HYG. astr. 1, 6 p. 24, 7 *sqq.* in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividitur. . . . deinde . . . sex partibus ex utraque -e sumptis circulus ducitur. p. 26, 10 si non in triginta partes . . . hemisphaerium dividatur, sed in alias quotlibet -es. **2** *i. q. circuitus*: VITR. 2, 8, 13 conspicitur . . . forum et portus moeniumque tota -o. **3** *i. q. locus definitus*: VITR. 10, 9, 1 cum finitum locum habeat in se rota ab eoque incipiat progrediens in solo viae facere versationem, perveniendo ad eam -em . . . certum modum spatii habeat peractum. **4** *i. q. finis, terminus: de finibus agrorum*: FRONTIN. grom. p. 15, 10 Th. agrorum extremitas flexuosa et inaequali[s] clauditur -e. AGENN. grom. p. 28, 27 Th. genus -is (HYG. grom. p. 91, 1. 3. 94, 12). p. 29, 6 aspectum . . . -is. HYG. grom. p. 91, 2 Th. sunt . . . arbores . . . loco -is. p. 94, 9 consuetudines -um. *de fine, parte extrema aliarum rerum*: HYG. astr. 1, 5 occasus *est* . . . erepta *species* ab oculis visa in -e mundi (*verba* in -e mundi *vulgo in initio cap. 6 posita huc referenda esse monuit Bursian*). 3, 20 p. 90, 3 inter huius (*Aurigae*) -em corporis et Arietis caudam stellae sunt septem. CHIRON 733 ibi venae -es habent. *de fine libri, enuntiati sim* : VITR. 3 praef. 4 ita -em primo volumine (volumini *Schneider*) constitui. 10 praef. 4 in hoc *volumine*, quod -em summam corporis habet constitutam. DIOM. gramm. I 466, 15 comma est iuncturae -o (*cf.* GRAMM. VI 273, 2 distinctio est temporis et sensus -o). *adde de extrema syllaba*: PROB. nom. gramm. IV 209, 1 dativo . . . et ablativo non sonat latina -o.

B *spectat ad tempus*: VITR. 9, 8, 10 *bulla* menstruis -bus imagines efficit horarum et dierum. *adde i. q. finis vitae, mors*: VVLG. Sirach 40, 2 dies -is (*ἡμέρα τελευτῆς*). CORP. IX 984, 9 usque in diem -is sues (*i. suae*). *fort. huc referend.* CORP. VI 26338, *v. l. 49.*

II *translate*: **A** *i. q. perfectio*: VITR. 2, 1, 8 quibus rationibus enutritae et progressae sint gradatim ad hanc -em *origines aedificiorum.* **B** *i. q. definitio*: **1** *generatim*: **a** *in arte musica, i. q. locus definitus, circumscriptus*: VITR. 5, 4, 1 *harmonicen* si volumus explicare, necesse est etiam graecis verbis uti. . . . itaque . . . quam apertissime ex Aristoxeni scripturis interpretabor et eius diagramma subscribam -esque sonituum designabo. 5, 4, 2 continuata vox neque in -bus (*ἐπ' αὐτῶν τῶν περάτων Aristox. harm. S p. 12, 6 Marq.*) consistit neque in loco ullo, efficitque terminationes non apparentes. *ibid.* cum flectitur immutatione, vox statuit se in alicuius sonitus -e (*ἐπὶ μιᾶς τάσεως ibid. S p. 12, 9*), deinde in alterius, et id ultro citro crebre faciendo ⟨non⟩ constans apparet sensibus. *ibid.* modulationis . . intervallis ea (*vox*) cum versatur, et unde initium fecit et ubi desiit, apparet in sonorum patentibus -bus (*τὰς . . . τάσεις . . . φανερὰς ibid. 10 p. 14, 12*). 5, 4, 8 *concentus* a numero nomina ceperunt, quod, cum vox constiterit in una sonorum -e ab eaque se flectens mutaverit et pervenerit in quartam terminationem, appellatur diatessaron, in quintam diapente. 5, 4, 9 non . . . inter duo intervalla, cum chordarum sonitus aut vocis cantus factus fuerit, nec inter tria aut sex (*sic Wilmanns*, in tertia aut sexta *trad.*) aut septem (septima *v. l.*) possunt consonantiae fieri, sed . . . diatessaron et diapente et ex ordine ad disdiapason convenientiae ex natura vocis congruentes habent -es. **b** *i. q. praeceptum, iussum, regula*: VITR. 5, 12, 7 de magnitudinibus *navaliorum* . . . -o nulla debet esse. FEST. p. 294 supellectilis recto casu et senis ratione dicebantur, quae nunc contraria videntur esse -i portionis (-is proportioni *Müller. seq. syn.* praeceptum). PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm I 141, 17 nec -em ullam in monosyllabis . . . grammatici temptant. PROB Gell. 13, 21 (20), 1 non -es praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris. GELL. 15, 9, 11 quo rescinderet -em fictam (ROMAN. Char. gramm. I 137, 17 contra -em. 142, 9 -o . . . eiusmodi | *praeced. syn.* regula]). TERT. pudic. 12 p. 242, 28 neque idololatriae . . . pax . . . redditur. de qua -e sua apostolos excidisse . . . non licet credere. LIB. col. II p. 261, 14 ea lege et -e. CORP. VI 26338 hos ab animo potuit disiungere nemo nisi -o fati (*v. l. 15*). *adde fere i. q. iudicium*: GREG. M. epist. 9, 68 nec haec amplius sine -e causa remaneat. **c** *i. q. significatio*: DIOM. gramm. I 403, 24 adverbio . . . sunt discrimina generalia tria, forma, modus, -o (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. I 181, 2 significatio, figura, comparatio). 403, 26 forma continet aut simplicem aut compositam; modus continet quantitatem, ut plus minus; -o continet summam. *i. q. status finitus*: CLEDON. gramm. V 50, 8 *pronomina* finita sunt secundum -em personae, ut ait Plinius (*cf.* 50, 5 certas personas). **2** *speciatim*: **a** *t. t. philos., rhet.*: VITR. 3 praef. 4 rationes . . . architecturae partitione distribui -busque terminavi. SEN. contr. 7, 5 (20), 11 haec -o (definitio *v. l.*) . . . ridicula est. SEN. clem. 2, 3, 1 -o . . . rem comprehendat (QVINT. decl. 247 p. 10, 10 haec . . . comprehendenda sunt -bus). 2, 3, 2 illa -o contradictiones inveniet. 2, 4, 2 extra -em nostram cadit. dial. 3, 3, 3 Aristotelis -o . . . a nostra abest. 7, 4, 1 -o summi boni. epist. 121, 10 -em . . . obscuram (*cf.* QVINT. inst. 7, 3, 20 an ambigua an contraria an communis. 7, 3, 24 falsam. 7, 3, 26 inanis. 7, 3, 35 certa. 7, 8, 1 infirma est. 12, 1, 44 sit . . . vera -o, oratorem esse virum bonum dicendi peritum. decl. 247 p. 10, 20 plenam. PHOEBAD. c. Arrian. 16 p. 25^{c} profana et sacrilega). epist. 121, 11 ab animalibus constitutionis -em intellegi dicerem, non ipsam constitutionem (*cf.* QVINT. decl. 247 p. 11, 7 in -e uxoris [*ibid.* uxor est, quae *eqs.*]). QVINT. inst. 5, 10, 54 ducuntur . . . argumenta ex -e (*i. gr. ὁρισμός*) seu fine (*i. gr. ὅρος*); nam utroque modo traditur. 5, 10, 61 diligentem -is comprehensionem. 7, 3, 19 et nostra confirmanda est et adversae partis destruenda -o (*cf.* decl. 247 p. 10, 21 *sq.* nec tam in subvertenda ea [*i. finitione adversae partis*] morari debemus quam in confirmanda nostra. sit ergo, ut non infirmandae -is genus sit: at convincenda nimis plena. 342 p. 349, 6 repellenda est . . . -o partis adversae [*syn.* finis]). 7, 3, 23. uterque -em alterius impugnat. 7, 10, 1 est . . . quaedam inter hos status (*-em et syllogismum*) cognatio. nam et in -e, quae sit voluntas nominis, quaeritur ⟨e⟩t in syllogismo, qui secundus a -e status est, qui⟨a⟩ spectatur, quid voluerit scriptor. 9, 3, 91 sive hoc nomine (*sc. figurae*) significatur comprehensa breviter sententia seu -o. 12, 2, 13 *dialectica pars* utilis et -bus et comprehensionibus. LACT. ira 17, 13

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae ratio esset irae, apparet ex -bus eorum *philosophorum*.
b *t. t. rhet., i. q. status finiticus, gr. ὅρος* (*cf.* QVINT. inst. 3, 6, 5 'an fecerit? ... quid fecerit?' quia ex his apparet illud coniectura, hoc -e quaerendum..., erit quaestio coniecturalis vel finitivi status): QVINT. inst. 3, 6, 33 ab Archedemo qualitas exclusa est, ... ab his repudiata -o. 3, 6, 47 *στάσιν ... ὑπαλλακτικήν*, ea -o est. 3, 6, 53 proprietatem, id est *ἰδιότητα*, quo verbo -o ostenditur. 3, 6, 66 tres rationales status: coniecturam, qualitatem, -em (*cf.* 3, 6, 37. 38. 46. 50. 51. 82. 86. 89. 103. 3, 8, 4. 5). 5, 10, 36 -is ... quaestiones (6, 4, 4). 5, 13, 19 aut ... coniectura excutiuntur, an vera sint, aut -e, an propria, aut qualitate, an inhonesta. 7, 3, 1 sequitur coniecturam -o. 7, 3, 2 interim a qualitate ad -em descenditur. ... -o igitur ⟨est⟩ rei propositae propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enuntiatio. 7, 3, 8 -em esse de eodem et de altero (*gr. περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ θατέρου*). 7, 3, 28 sit causae nostrae conveniens -o. ... huc pertinebunt probationes, quas Cicero (*top. 88*) dicit proprias esse -is (*sic Badius*, -es *codd.*). 9, 2, 105 idem valeant, quae videntur esse diversa, ut non is demum sit veneficus, qui vitam abstulit data potione, sed etiam, qui mentem, quod est in parte -is. 12, 2, 15 in tanta causarum ... varietate, cum alia coniectura quaerantur, alia -bus concludantur *eqs.* decl. 292 p. 162, 23 circa ius illud est, ut -e tractetur. *inter* 'virtutes orationis' *enumeratur* -o: QVINT. inst. 9, 2, 2.

syn.: ad II: finis (*v. p. 802, 78*), lex (LIB. col. II p. 261, 14), praeceptum (FEST. p. 294), regula (ROMAN. Char. gramm. I 137, 17). *Bacherler.*

✱**fīnītīvus**, -a, -um [*a* finitus, finire. *Th.*]. *distinguuntur* finitus *et* -us: DIFF. ed. Beck p. 57, 20 finitum est, quod iam finem accepit; -um, quod potest finiri, tamquam 'coactum' vel 'coactivum'. *est sermonis pedestris inde a* PALAEM. gramm. *et* QVINT.

i. q. finiens vel finitus, finalis, definitivus: **1** *generaliter: i. q. in fine rei positus, terminans rem*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 17 -ae litterae (MART. CAP. 3, 240 *littera f* nullum ... claudit -a sermonem). NOVELL. Iust. 10 praef. 1 nihil ... petentibus factum est -um, donec *eqs.* (*i. nullus finis factus est. οὐδὲ ... γέγονε πέρας*). 134, 3, 1 usque ad -um (*i. definitivum*) ... iudicium (*μέχρι τελείας κρίσεως*). **2** *speciatim*: **a** *t. t. rhet.*: status -us *i. constitutio definitiva, στάσις ὁριστική*: QVINT. inst. 3, 6, 5 erit quaestio ... -i status (3, 6, 31. 103. 12, 2, 19 FORTVN. rhet. 1, 13 p. 91, 5 IVL. SEV. rhet. 15 p. 363, 2 SERV. auct. Aen. 10, 68 *al.* CASSIOD. art. 3 p. 1197^{B} constitutio). 3, 6, 37 de nomine, id est -am (*sc. quaestionem.* 7, 3, 36 hic ... videri potest -a *quaestio.* SVLP. VICT. rhet. 39 p. 337, 8 -a quaestio est, an *eqs.* IVL. VICT. rhet. 3, 3 p. 377, 30 *al.*). SVLP. VICT. rhet. 38 p. 335, 29 circumscriptionum actiones ... -as esse (*i. ad statum definitivum pertinere*). EVGRAPH. Ter. Hec. 85 p. 264, 20 argumenta.
b *t. t. gramm.*: modus (CHAR. gramm. I 169, 7 *al.* DIOM. gramm. I 338, 16 *al.; sing. saepe pro subst.*: CHAR. gramm. I 171, 16 *al., cf. l. 49*), qualitas (PROB. frg. 85 Aist. CHAR. gramm. I 169, 7 *al.*), tempus (CHAR. gramm. I 173, 21 *al.*) *sim., i. q. indicativus, pronuntiativus, definitivus, ὁριστικὴ ἔγκλισις* (*cf.* GLOSS. *ὁριστικός* indicativus -us). -a *interdum pro subst.* (*ex. gr.* CHAR. gramm. I 171, 21 *al., cf. l. 51. 52*): PALAEM. Char. gramm. I 226, 12 'cum' iungitur modo -is, modo subiunctivis, velut 'cum ... dicebam', item ceteris -is temporibus. 226, 22 futuro ... -orum. *al.* 227, 24 species (DOSITH. gramm. VII 418, 14). CHAR. gramm. I 169, 12 verbum (170, 32 *al.*). 172, 32 futuro -o DIOM. gramm. I 349, 34 ex secunda persona -a (350, 10). 388, 20 sermo. coniunctiones: PALAEM. Char. gramm. I 226, 4 dum, postquam *eqs.* adverbia: CHAR. gramm. I 187, 32 temporis -a adverbia: hodie, cras *eqs.* (*opp.* infinitiva velut olim, aliquando *sim.*). pronomina, *i. finita*: CHAR. gramm. I 268, 22 cum -a pronomina pro qualitatis significatione ponuntur, ut 'hunc ...' pro 'talem'. DIOM. gramm. I 329, 32 declinationes pronominum -ae sive absolutae. 454, 6 si -um *pronomen* pro infinito ponamus, id est, si dicamus de absente 'hic fecit'. *species verbi, opp.* incohativa: DIOM. gramm. I 343, 29 verbi species ... -a, ..., ut perfectum admittat (*cf. antea* incohativa perfecto tempore definire). *dubium an huc pertineat*: 353, 9 'amor' verbum absolutum -um. -a *sc. ars, pars grammaticae*: DIOM. gramm. I 426, 17 horistice est -a, quae praecepta demonstrat. *nota i. q. compendiarius, abbreviatus*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 505, 8 *quae modo concessivo proferuntur, velut 'viceris'*, et -a dicuntur; ista enim omnia compendium nobis praestant.

syn.: absolutus (*supra l. 61*). *oppos.*: incohativus (*l. 64*), infinitus (*l. 61*), infinitivus (*l. 57*), subiunctivus (*l. 51*). *Bauer.*

fīnītor, -ōris *m. a* finio. *de notione*: NON. p. 11, 22 -es dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod finis dividerent. GLOSS. -es (enitores *cod.*) agri mensores.

I *subst.*: **A** *munus publicum, i. q. agrimensor*: PLAVT. Poen. 49 (*trop. in ioco*) *argumenti* regiones limites confinia determinabo: ei rei ego -r factus sum. CIC. leg. agr. 2, 32 -es (*sic A. Augustinus*, ianitores *codd.*) ex equestri loco ducentos ... constituit *Ti. Gracchus.* 2, 34 quaestori permittant, -em mittant, ratum sit quod -r uni illi (ulli *pars codd.*), a quo missus erit, renuntiaverit. 2, 45 cum illa delecta -um iuventute. 2, 53 ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto inter nostra atque hostium castra hasta posita cum suis formosis -bus auctionantem. **B** *is qui rei alicui finem, modum imponit*: PERS. 6, 80 inventus, Chrysippe, tui -r acervi. STAT. Theb. 8, 91 *Iuppiter* o cunctis -r maxime rerum, at mihi ... et sator. **C** *in arte rhet., i. q. definitor* (*qui causam definit*): IVL. VICT. rhet. 3, 3 p. 377, 34 semper sive in simplici sive duplici (*sc. quaestione finitiva*) -r eo, quod est, nititur: infirmat (infirmatur *trad., em. Christ*) differs (*sc. oratio, qua accusatoris definitio refutatur*) eo, quod deest.

II *quasi adi., t. t. astr.*: SEN. nat. 5, 17, 3 hunc circulum Graeci horizonta vocant, nostri -em, alii finientem (*cf.* MART. CAP. 8, 826 *unus e circulis* horizon vel -r perhibetur). LVCAN. 9, 496 nec sidera tota ostendit Libycae -r circulus orae (CENS. 17, 4 MART. CAP. 8, 836). MART. CAP. 8, 818 ex parallelis (*circulis*) primus est is, qui ... contingens confinia -is numquam mersus assurgit, qui septentrionalis circulus perhibetur (*cf.* 8, 822 circuli ... horizontis). 8, 826 *Galaxeas* confinio septentrionalis circuli natus in -em (*sc. circulum*) antarcticae regionis acclinans paene totum videtur permeare caelum.

opp.: sator (STAT. Theb. 8, 91). *Bacherler.*

fīnītumus *v.* finitimus *p. 799, 65. 67 sqq.*

fīnītus *v.* finio. *cf. Onomast.* **fīnix** *v.* phoenix.

finticis (fictilis GLOSS. III 612, 1) consolda GLOSS. III 590, 56. 612, 1. 624, 21, *ubi φιντικίς Bücheler coll.* DIOSC. 2, 58. *herbae nomen.*

?**fintinnio**, -īre. SVET. frg. p. 253 R. hirundinum [fintinnire vel] minurrire (*verba inclusa nituntur solo testimonio Hugutionis*).

fīo *v.* facio. **firctum** *v.* fertum. [*Vollmer.*

fircus *v.* hircus.

firmāmen, -inis *n.* [*a* firmare, *cf. c.* firmamentum. *Th.*]. *i. q. firmamentum*: OV. met. 10, 491 crura loquentis terra supervenit, ruptosque obliqua per ungues porrigitur radix, longi -a trunci. SEN. Herc. f. 1251 unicum lapsae domus -n ... temet, *o Hercule*, reserva. *dub.*: DESCENS. Christi rec. A 7 Iesus ... firma ima carcerum confregit, *ubi Loefstedt, Comm. z. Peregr. Aeth. p. 265, 1 coni.* firmamina.

✱**firmāmentum**, -ī *n.* [*a* firmare. *Th.*]. *pro masc. habet* ITALA psalm. 104, 16 (Veron.) omnem -um. *de notione*: PAVL. FEST. p. 99 herma a Graecis ponitur pro -o. HIER. nom. hebr. p. 49, 1 samech -um, quidam erectionem vel adiutorium sive fulturam putant (p. 160, 9). GLOSS. tuitio, munimen. solidamentum. *στερέωμα. βεβαίωμα. στήριγμα. de usu: legitur inde ab* AFRAN. com. 241; *deest apud* LVCR. CATVLL. VARRONEM SALL. NEP. VERG. HOR. TIB. PROP. VITR. PLIN. nat. PLIN. epist.; *frequentant* RHET. (*inde a* RHET. Her. *et* CIC.) *et* ECCL.

I *i. q. munimentum*: **A** *sensu strictiore*: **1** *pertinet ad structuras aedificiorum*: CAES. civ. 2, 15, 2 traversaria tigna iniciuntur, quae -o esse possint. LIV. 33, 5, 5 vallo ... Graeci usi sunt, sed usum nec ad commoditatem ferendi nec ad ipsius munitionis -um aptaverunt. SEN. benef. 3, 29, 5 innituntur fundamentis suis templa ...; tamen, quae in -um totius operis iacta sunt, latent. nat. 3, 27, 6 frustra titubantium fultura temptatur: omne enim -um in lubrico (-ca *Gercke, sed cf.* CIC. orat. 98) figitur et lutosa humo. 6, 9, 3 cum exustae trabes sunt aut corrupta, quae superioribus -um dabant, tunc ... fastigia concidunt. LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 6 pilas aut fulturas -i causa relictas. HIER. in Is. 26, 1 p. 344 pro eo quod nos vertimus, 'antemurale' (VVLG. ponetur ... murus et antemurale) Symmachus '-um' interpretatus est: ut ipsi muri munitionibus cincti sint et vallo fossaque et aliis muris, quos in aedificatione castrorum solent 'loriculas' dicere. LEX Sal. 12 add. 1 (*H*) domus si pro -o iberus (*signif. incert.*) habuisse putatur. *i. q. munitio*: ITALA Mich. 5, 11 (Weing.) auferam omnia -a tua (*ὀχυρώματα*, VVLG. munitiones). AVG. in Iob p. 519, 15 'sit mihi civitas sepulcrum, super cuius muros saliebam': societatem illam Babyloniae ..., de cuius tamquam -o et munimine superbiebat. **2** *pertinet ad structuras corporum*: SEN. dial. 4, 1, 2 in corpore nostro ossa nervique et articuli, -a totius. epist. 102, 25 ossa nervique, -a fluidorum et labentium (AVG. epist. 140, 36 quid sunt ossa nisi corporis -a?). GELL. 13, 23, 9 *Graeci* vincula et -a membrorum *νεῦρα* dicunt.

B *sensu latiore et translate*: **1** *generatim*: **a** *de hominibus* (*gentibus sim.*): AFRAN. com. 241 uxorem quaerit, -um familiae. CIC. Manil. 10 *partis* Sertorianae et Hispaniensis, quae multo plus -i ac roboris habebat. LIV. 29, 2, 10 legionem ex subsidiis in primam aciem -um ducit. 36, 18, 2 Macedonum robur ... velut -um circa ... munitiones constituit. VAL. MAX. 6, 1 pr. feminarum praecipuum -um, pudicitia. 7, 6, 1 mancipia velut praecipuum -um exercitui ... adiecit. SEN. contr. 2, 7 (15), 9 adversus omnes illecebras ... muliebribus ingeniis est veluti solum -um in nullam incidisse fabulam. VVLG. II reg. 22, 19 factus est dominus -um meum (psalm. 17, 3. 70, 3 PSALT. Rom. 30, 4). psalm. 24, 14 -um est dominus timentibus eum. Sirach 49, 17 -um gentis, rector fratrum. MAX. TAVR. hom. 69 ad ecclesiae solacium atque ... credentium -um. *adde i. q. amuletum*: DAMIG. lapid. 18 *lapis odontolycius* pro -o infantibus tutamen firmum praebet. **b** *de rebus*: CIC. Cluent. 5 parum -i et parum virium veritas habet. Mur. 58 -um (fundamentum *cod. Paris., prob. Clark*) ac robur totius accusationis (*cf.* SEN. dial. 3, 20, 7 *magnitudinis* -um roburque bonitas est). Planc. 23 ornamentum civitatis, -um reipublicae publicanorum ordine continetur (rep. 2, 17 Att. 1, 18, 3). Phil. 3, 13 *Gallia* -um imperii (SEN. dial. 6, 20, 4 Cn. Pompeium, decus ... -umque imperii). Tusc. 4, 7 -um ... disciplinae. Lael. 65 -um ... stabilitatis constantiaeque est eius ... fides. SEN. epist. 31, 3 unum bonum est, quod beatae vitae causa et -um

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est, sibi fidere. TAC. hist. 5, 8 honor sacerdotii -um potentiae assumebatur. TERT. anim. 38 p. 366, 11 animae ... habenti sua -a et propriae condicionis alimenta. CYPR. domin. orat. 1 -a corroborandae fidei (PRISCILL. tract. 3, 69 MAX. TAVR. hom. 80). MAR. VICTORIN. in Ephes. 3, 16/7 p. 1269A firmitas et -um et totus animae ad aeternitatem status 'in veritate' est. AMM. 21, 5, 3 virtutis vestrae ... -o confisus (VVLG. Sirach 34, 19 oculi domini ... -um virtutis, tegimen ardoris). 22, 16, 22 Solon Romano ... iuri maximum addidit -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 5 St. -um salutis. VVLG. I Tim. 3, 15 ecclesia ... columna et -um veritatis (AMBR. Iac. 2, 7, 34 *al. cf.* RVFIN. hist. 5, 1, 17 columna et -um ecclesiae). psalm. 104, 16 omne -um (*στήριγμα*) panis contrivit. AVG. pat. 17, 14 cupiditas mundi habet ... -um ex vinculo consuetudinis. gen. c. Manich. 1, 23, 28 omnia tamquam in -o in regni stabilitate fundata. in psalm. 109, 17 domini iuramentum promissionis est -um (civ. 17, 10 p. 228, 24 D. post ... promissionis validissima -a. *cf.* DON. Ter. Andr. 200 lege et omine: id est -um per humana et divina). in psalm. 120, 8 pro adiutorio consolationis non ad -um felicitatis. PROSP. in psalm. 103, 2 *sanctae scripturae* auctoritatem quasi -um in ecclesia sua posuit *Christus*. 103, 12 -a quaedam praeceptorum. CASSIOD. in psalm. 1, 6 *homo* quia sua levitate ad -um mandatorum se tenere non potuit, ... pulvis dicitur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349A vinculum quoddam atque -um eorum, quae facta sunt, divina ... potentia est. *i. q. fundamentum*: GELL. 17, 8, 2 cenae eius (*Tauri philosophi*) fundus et -um omne erat aula (= *olla*) una.

2 *speciatim, in argumentatione*: **a** *i. q. vis probationis*: RHET. Her. 2, 7, 11 *ostendamus* indignum facinus esse sine testibus coniecturam et suspicionem -i satis habere. CIC. inv. 1, 34 confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae fidem et auctoritatem et -um adiungit oratio. Flacc. 92 si ullum -um in illo teste posuisses. IREN. 2, 12, 8 ipso -o ipsorum dissipato. SCHOL. Cic. Bob. p. 105, 24 St. -um adicit huic argumentationi. **b** *i. q. probatio, argumentatio*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213, 40 fides est argumentum, quo crimen probamus ..., auctoritas est argumentum verius atque honestius ..., -um est creberrima argumentatio. IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 3 partes ... ita probabiles ..., ut nullum praeterea -um desiderent. SVLP. VICT. rhet. 37 p. 335, 2 fortasse poterit esse -um etiam ex verbis ipsius legis. HIL. in psalm. 118 heta 16 timorem in postremo, tamquam -um eorum, quae superius sunt dicta, nominari. FILASTR. 127, 3 utrumque si bona interpretatione profertur, rectae fidei -um ostenditur. 143, 1 *LXXII interpretes* ... ecclesiae catholicae -a certissima tradiderunt. AVG. c. Faust. 8, 2 argute ... videtur ... divinarum scripturarum -a compungere talium fabularum sordidus sartor. *t. t. artis rhet., i. q. continens* (*sc. ea orationis pars, quae argumentationem accusatoris* [RHET. Her. CIC. part. 103], *defensoris* [CIC. QVINT.] *continet, gr. συνέχον*): RHET. Her. 1, 16, 26 inventa ratione -um quaerendum est, id est quod continet accusationem, quod affertur contra rationem defensionis; ... id constituetur hoc modo: cum usus fuerit Orestes ratione hoc pacto: 'iure occidi, illa enim patrem meum occiderat', utetur accusator -o hoc modo: 'at non abs te occidi neque ... poenas pendere oportuit'. ex ratione defensionis et ex -o accusationis (*cf. p. 804, 78*) iudicii quaestio nascatur oportet. 1, 17, 27 *in coniecturali constitutione* nec ratio, qua re fecerit, quaeritur, fecisse enim negatur: nec -um exquiritur, quoniam non subest ratio. CIC. inv. 1, 18 erit videndum, quae quaestio, quae ratio, quae iudicatio, quod -um causae sit (*cf.* 1, 19 necesse erit quaestiones, rationes, iudicationes, -a reperiri). 1, 19 -um est firmissima argumentatio defensoris et appositissima ad iudicationem (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 14 p. 194, 4 *sq.*). part. 103 rationem appellemus eam, quae affertur a reo ad recusandum depellendi criminis causa, quae nisi esset, quid defenderet non haberet; -um autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non posset. 104 ex rationis ... et ex -i conflictione et quasi concursu quaestio quaedam exoritur, quam disceptationem voco. *ibid.* rationum et -orum contentio adducit in angustum disceptationem. top. 95 quibus ... hoc qua de re agitur continetur, ea continentia vocentur, quasi -a defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit (*cf.* QVINT. inst. 3, 11, 18 *sq.* Cicero ... in rhetoricis [*inv. 1, 19*] ... Hermagoran est secutus. in topicis [*95*] ... quibus id [*sc. κρινόμενον*] contineatur, continentia, quasi -a defensionis *vocat.* at in partitionibus oratoriis [*103*] -um, quod opponitur defensioni, quia continens, quod primum sit, ab accusatore dicatur, ratio a reo, ex rationis et -i quaestione disceptatio sit iudicationum). QVINT. inst. 3, 11, 1 intuendum ... Hermagorae videtur, quid sit quaestio, ratio, iudicatio, vel ut alii vocant, -um. 3, 11, 9 *συνέχον* ..., quod ... continens alii, -um alii putant.

II *apud* ECCL. *de caelo* (*gr. στερέωμα*): VVLG. gen. 1, 6 fiat -um in medio aquarum et dividat aquas ab aquis. 1, 7 fecit deus -um divisitque aquas, quae erant sub -o, ab his, quae erant super -um. 1, 8 vocavit ... deus -um caelum (AVG. civ. 12, 20 p. 543, 14 D. *cf.* MAR. VICTORIN. in Ephes. 4, 10 p. 1274B -um ..., quod appellatur caelum. HIL. in psalm. 135, 9 *caelum* totum -um nuncupans. Ps. HIL. libell. 5. RVFIN. Clement. 9, 3 interiectu -i huius, quod caelum appellatur. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 caelum istud quod intuemur proprie -um dicitur. Orig. in num. 26, 5 caelum istud visibile non ab initio caelum dictum est, sed prius -um. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 479, 17 -um ... quod caelum postea vocavit deus [*cf.* p. 479, 27. 481, 25]). gen. 1, 14 fiant luminaria in -o caeli (1, 15. 17. 20 Sirach 43, 9 Dan. 3, 56 *et passim apud* ECCL.; *nota pluralem* ASSVMPT. Moys. 12, 9 omnia ⟨caeli *add. Charles*⟩ -a). III reg. 8, 49 in caelo, in -o solii tui. Dan. 12, 3 fulgebunt quasi splendor -i. TERT. bapt. 3 p. 203, 6 ut -um caeleste (AVG. civ. 10, 27 p. 444, 2 D.) suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit deus. AMBR. hex. 2, 4, 16 a firmitate -um nuncupatum est vel quod divina virtute firmatum est; ... -um dicitur, quod non sit invalidum nec remissum (*cf.* AVG. gen. ad litt. 2, 10 p. 48, 12 -um ... non propter stationem, sed propter firmitatem aut propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum vocatum. EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894B scriptura consuevit illud corpus, quod est validum nimis et solidum, vocare -um. ISID. nat. 13, 1 circulum inferioris caeli ... solidavit nuncupans eum -um propter sustentationem superiorum aquarum). HIER. in Gal. 6, 15 p. 532 in sole et luna, -o et stellis. in Eph. lib. 3 praef. p. 634 qui iustus est, nisi fuerit eruditus, tam procul sit a sapiente iusto, quam est stellarum fulgor a lumine -i. AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 17 an ipse aer vocetur -um, merito quaeri potest. 2, 4 p. 37, 12 cum .. probasset et hunc aerem (*ubi aves volant*) caelum dici, nulla alia causa etiam -um appellatum voluit existimari, nisi quia *dividit vapores aquarum et aquas in terris fluitantes*. 3, 1 p. 63, 10 *aer* caeli nomen acceperit; sed nescio, utrum etiam -um possit vocari. 5, 5 p. 146, 20 -um, unde corporeus incipit mundus. gen. ad litt. imperf. 9 p. 481, 18 non ... omne -um caelum est (*antecedit* VVLG. gen. 1, 8 vocavitque deus -um caelum). COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 231 sequenti diae (*i. die*) fecisset -um caelum *deus*. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 145, 12 visibile -um ... caelo invisibili cedere. *trop.*: VVLG. psalm. 150, 1 laudate eum in -o virtutis eius. PROSP. sent. 120 sicut stellas caeli non extinguit nox, sic montes fidelium adhaerentes -o sanctae scripturae non obscurat mundana iniquitas. VEREC. in cant. 9, 34 possumus ... stellarum nomine sanctos agnoscere, qui in -o ecclesiae positi carnalibus scientiae lumen infundant. FACVND. defens. 12, 2 p. 835D *Leo* velut aeterna lege praefixus in quodam suae dignitatis et fidei -o, sic luce veritatis irradiat.

III *i. q. auctoritas, firmitas*: FILASTR. 119, 1 prioris legis -a decernit. 129, 9 saeculares homines ... pagana mendacia potius quam ... Christianae legis antiqua et vera arcana desiderant colere ac sequi -a. HEGES 1, 46, 1 nuncupetur rex Archelaus ita tamen ut ... ei (*Caesari*) arbitrium et -um omnium dispositionum suarum reservaret. COD. Theod. 4, 4, 5 (*a. 416*) nemo scriptis auferat robur et non scriptis ... ingerat -um.

syn.: *ad IA*: munimen (AVG. in Iob p. 519, 15). *ad IB*: adiutorium (AVG. in psalm. 120, 8), firmitas (*p. 805, 5*), fundus (GELL. 17, 8, 2), robur (*p. 804, 65. 78 sqq. cf. 77 vires*). *ad II*: caelum. *ad III*: robur.

opp.: *ad IB*: ratio (*p. 805, 46 sqq.*). *ad III*: mendacium.

firmātio, -ōnis *f.* [*a* firmare. *Th.*]. [*corrupt. et dub.*: PLIN. nat. 17, 258 similis fimi ratio (-o *trad.*). THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 1 p. 97, 12 *amen* affirmatione (ad -em *coni. Swete*, affirmative *Stangl*) dictum et ob maiorem positum firmitatem.] *i. q. confirmatio* (*v. vol. IV p. 218, 22 sq.*): MART. CAP. 5, 474 cum ... obieceris 'occidisti' ut doceas, argumentatione -e uteris, maxime cum negatur. *i. q. duritia, soliditas*: EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894B spissitudinis ... duritiem, quia spiritus ... efficit sonum tonitrualem, -em tonationis (*gr. στερέωσιν*) appellat. *i. q. probatio* (*cf.* firmo *p. 812, 12. 17 sq.*): NOVELL. Iust. 113, 3 ante ipsam personarum -em (*gr. βεβαίωσις. ibid.* circa ipsam personarum -em).

firmātor, -ōris *m. a* firmare. GLOSS. demorator: retentor, ligator, -r. *is qui firmat*: TAC. ann. 2, 46 missus ... Drusus ... paci -r (DICT. 5, 10 -es pactae pacis ad Troiam eunt decem lecti duces). PLIN. epist. 10, 29, 1 ut te *Traianum* conditorem disciplinae militaris -emque consulerem. CORP. III 12351 C. Messio ... reparatori disciplinae militaris, fundatori sacr. urbis, -i spe⟨ratrici⟩s fo⟨rtunae(*?*)⟩.

fem. **firmātrīx,** -īcis. LAVRENT. eleem. p. 115D dextera mea ... salvatrix animae meae, -x cordis, munimen corporis.

firmē *v.* firmus. **firmis,** -e *v. p. 812, 77 sqq.*

✱**firmitās,** -ātis *f. a* firmus. *plur.*: VITR. 2, 6, 1. GLOSS. robor. *βεβαιότης. εὐσθένεια. legitur inde a* PLAVTO (*bis*) *et* CIC. *apud prosae orationis scriptores.* [*francog. vet.* ferté. *M.-L.*]

I *i. q. robur, vigor*: **A** *de animantibus* (*i. q. gravitas, constantia*): **1** *spectat ad animum* (*cf. p. 807, 47 sqq.*): PLAVT. Most. 122 (*in comparatione hominum et aedium*) *parentes* fundamentum substruont liberorum; extollunt, parant sedulo in -em. CIC. ac. 2, 53 quaerimus gravitatis, constantiae, -is, sapientiae iudicium, utimur exemplis somniantium, furiosorum, ebriosorum. 2, 66 quid loquar de -e sapientis? fin. 5, 12 plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, -is et roboris. Phil. 1, 33 novi -em tuam. SEN. dial. 12, 17, 1 illorum imitari -em in perferendis doloribus. epist. 18, 3 argumentum -is suae capit, si ad blanda ... nec it nec abducitur. VVLG. II Petr. 3, 17 ne insipientium errore traducti excidatis a propria -e (*στηριγμοῦ*). AVG. civ. 14, 9 p. 21, 2 D. *cives civitatis dei* sicuti se infirmitas eorum -sque habuerit, metuunt temptari, cupiunt temptari. agon. 11, 12 humana creatura ... in pristinam -em revocabatur (*opp.* infirmitates). *adde in dicendo*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 11 iudicium

[Bachrler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suum, quod tanta -e ac magnitudine direxit in exturbando Antonio *Cicero*. *trop.* (*cf. 2*): Tac. dial. 23 sanitatem non -e (*sic Acidalius*; infirmitatem *et* infirmitates *trad.*), sed iciunio consequuntur *oratores quidam*. 2 *spectat ad corpus* (*cf. infra l. 30 sqq.*): Cic. fin. 5, 42 cum ... paulum -is accessit, ... animo utuntur parvuli. Lael. 46 ut quisque minimum -is haberet minimumque virium, ita *eqs.* Tusc. 2, 56 se intendat ad -em. Planc. Cic. epist. 10, 24, 3 exercitus numero amplissimus, -e exiguus. Plin. nat. 11, 283 remedium corpulentiae quam -i utilius. Plin. paneg. 15, 1 terras teneris adhuc annis viri -e lustrasti. Sol. 27, 18 -s *leonum* in capite praecipua. Lact. opif. 3, 11 pecudum -em. 3, 12 *prudentes nolunt* mutorum -em sine ratione (*ibid.* irrationabilem -em). 4, 17 infirmitas ... habet in se mortis condicionem, -s vero ubi fuerit, nec senectus locum potest habere nec mors. *adde* (*spectat ad potentiam*): Cic. epist. 11, 12, 1 si aliquid -is nactus sit Antonius.

B *de rebus corporeis*: 1 *spectat ad aedificia sim.*: Plavt. Most. 819 specta postes ... quanta -e facti. Caes. civ. 2, 11, 1 ictum -s materiae sustinet. Vitr. 1, 5, 3 muri frontes ... aeternam habeant -em (*cf.* Paneg. 5 [8], 6, 4 murorum ... -s [Hil. in psalm. 144, 13 Amm. 14, 8, 13. Pavl. Med. bened. 2, 3 ac stabilitas]. Amm. 21, 13, 2 moenium). 2, 6, 1 *pulvis cum calce et caemento mixtus* aedificiis ... praestat -es. 2, 8, 10 parietes *latere structi* ad hoc tempus egregiam praestant -em (Cassiod. var. 7, 17, 1 parietum -s roboratur). Petron. 97, 8 servus ... claustrorum -em (infirmitatem *trad.*) laxavit. Plin. nat. 36, 105 obnixa -s *cloacarum* resistit. Tac. hist. 2, 34 *ancorae* pontis -em continerent. Paneg. 7 (6), 13, 3 molium fundamenta ... fidam et stabilem -em habitura (Sol. 52, 43 fundamento extraordinariae -is). Amm. 24, 4, 10 propugnaculorum -e. Vvlg. II Macc. 10, 34 loci -e confisi (ἐρυμνότητι). Macr. sat. 3, 6, 8 continuam saxi, id est insulae (*Deli*), -em. 2 *de corpore* (*cf. p. 808, 27 sq.*), *membris*: Cic. Tusc. 4, 30 sunt ... in corpore praecipua, pulchritudo, vires, valetudo, -s, velocitas, sunt item in animo. 5, 40 qui ... poterit aut corporis -e aut fortunae stabilitate confidere? (Phil. 2, 63 gladiatoria [Sen. suas. 6, 3 Qvint. inst. 8, 4, 16. 9, 4, 23]. Nep. Alc. 11, 3 Epam. 3, 1. Vitr. 4, 1, 6 proportionem et -em et venustatem. Sen. dial. 5, 5, 1 Qvint. inst. 11, 3, 19 Plin. paneg. 4, 7. Sol. 27, 41 incredibili. Lact. opif. 3, 17. *ibid.* magnitudo virium). Sen. contr. 1 praef. 2 nervorum -em fatigaverit. Val. Max. 1, 7, 4 recuperata membrorum -e. 8, 7, 1 -em lateris ... quassatam (8, 7 ext. 1. Qvint. inst. 11, 3, 16 lateris pectorisve). Sen. epist. 92, 19 *dentium* sanitas -sque (Plin. nat. 18, 114. 23, 77). dial. 5, 36, 1 sensus perducendi sunt ad -em. Qvint. inst. 10, 7, 26 vocis -em (Gell. 2, 3, 4 -s et vigor vocis. *cf.* Mart. Cap. 5, 541 bonitas vocis constat ex claritate, -e, suavitate). 12, 15. 1 memoriae. Sol. 32, 24 cutis. Pallad. 4, 13, 4 ungularum. *fere i. q. sanitas*: Hier. epist. 54, 9, 10 si ... stomachi -s patitur..., aquam in potum sume. 3 *in universum*: Vitr. 1, 4, 3 calor ... excoquet e rebus -em.

C *de rebus incorporeis*: Cic. Sest. 95 ut eum ... tanta ... -e animi se in rempublicam fuisse paeniteat (Att. 12. 38, 3. 12, 40, 3 constantia et -s [*v. vol. IV p. 506, 60 sqq.*]. fin. 1, 40 Tusc. 5, 74 Val. Max. 4, 1, 13 Sen. dial. 2, 13, 1. Cvrt. 7, 9, 1 *opp.* corporis vigor. *al. cf.* Sen. dial. 2, 3, 4 certissima -s habeatur, quae omnes incursus respuit. 11, 5, 5 animum ... exploratae ... -is. Ps. Qvint. decl. 15, 4 animum ... accusatoria -e robustum. Apvl. Plat. 1, 18 -s mentis ... corporis viribus non sit inferior. Rvfin. hist. mon. 19 p. 442^{B} cordis). Tusc. 4, 31 in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia cum -e quadam et stabilitate virtutem subsequens ... pulchritudo vocatur. Lael. 19 *amicitia cum propinquis* non satis habet -is. Val. Max. 1, 7 ext. 3 *poetae Simonidis* admonitionem consilii -e roborarunt *dii*. Sen. epist. 74, 15 virium ... maior ... et aequabilior -s. Svet. Vesp. 7, 1 de -e imperii (*cf.* Paneg. 6 [7], 10, 2 *respublica* non caruit pristina -e. Avg. civ. 10, 32 p. 455, 3 D. regnum non temporali fastigio nutabundum, sed aeternitatis -e securum). Avr. Fronto p. 85, 14 N. accedit ... mihi -s ad deligendum (*i. diligendum*). Diom. gramm. I 469, 18 quotiens una pars orationis anapaestum et trochaeum receperit, ... nescio quomodo in utriusque confinio retentus spiritus ac restitutus affert quandam compositioni -em (*antecedit* mollem et quasi lubricam structuram. *cf. in argumentatione, i. q. vis probationis*: Schol. Cic. Bob. p. 114, 6 St. *orator* noluit id [*exemplum de Oreste*] in primo constituere nec in postremo, sed in medio, ut utrimque -em de exemplis verioribus mutuetur: cui ... quamvis ... levi ... -em pariat orator. *ibid.* 14 scriptorum peritia det exemplo quamvis minus idoneo -em. Theod. Mops. in I Tim. 3, 1 *verbum* ob maiorem positum -em). Cypr. epist. 60, 2 laudem virtutis et roboris -em. 67, 9 integram et sinceram fidei vestrae -em servetis (Arnob. nat. 5, 15 p. 187, 22). Arnob. nat. 1, 17 p. 13, 20 in ... virtutis -e (*cf.* Avg. civ. 2, 2 p. 55, 8 D. pudicitiae). Hil. trin. 7, 4 *veritas* -em naturae suae requirat. Amm. 21, 14, 3 ferunt ... theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salva -e fatali, huiusmodi quaedam velut actus rectura numina sociari. Rvfin. hist. mon. 1 p. 403^{D} quanta in humilitate -s et in elatione ruina quam maxima. Orig. princ. 2, 6, 5 propositi. Avg. civ. 16, 32 p. 176, 5 D. *animus* solidatur -e gratiae. 20, 12 p. 435, 28 *caeli* -e illi (*impii*) cruciabuntur ardentissimo zelo (*cf.* epist. 130, 7 caelesti -e persistens). Sacr. Leon. p. 367 credendi ... -em. Sidon. epist. 4, 25, 3 rigorem -emque sententiae sanioris.

II *i. q. soliditas, stabilitas, diuturnitas*: **A** *de rebus incorporeis*: Cic. fin. 3, 50 virtus stabilitatem, -em, constantiam totius vitae complectatur (nat. deor. 1, 99 oris ... habitus ad vitae -em nihil pertinet). Plin. nat. 20, 43 -em valetudinis custodiri. Ps. Apvl. Ascl. 31 stabilitas ... beneficio -is merito obtinet principatum. 32 stabilitatem ... habendo immobilem -em. Arnob. nat. 7, 49 p. 283, 11 res ... foris domique perfectae ineluctabili -e gentis nomen maiestatemque fundarunt. Amm. 17, 1, 3 *barbari* misere legatos cum verbis compositis, quae denuntiarent concordem foederum -em. Fvlg. myth. 3, 5 Cibebe ... quasi cidos bebeon id est gloriae -s (*cf.* Gloss. II 256, 51 βεβαιότης, certitas, -as). Avg. civ. 5, 20 p. 232, 6 D. *non gloriae humanae* servit soliditas quaedam -sque virtutum (*cf. p. 807, 75*). Leo M. epist. 112, 1 fides ... securae pacis perpetem obtineat -em. Capreol. epist. 1, 2 p. 847^{A} ea quae nunc pro catholica fide definita sunt, perpetuam -em obtinere valent (*gr.* βεβαίωσιν. *syn.* stabilitas). **B** *de rebus corporeis: de plantis, arboribus*: Colvm. 3, 14, 3 et calorem et frigus ceterasque tempestates propter -em facilius sustineat *viviradix* (*cf.* Plin. nat. 14, 40 tanta est contra frigora aestus tempestatesque -s *uvae ambrosiae*. 17, 10 frigora plurimum arborum -i conferunt). 4, 20, 1 id non solum ad speciem plurimum refert, sed ad ubertatem et -em (-em et libertatem *trad.*) perpetuitatemque *arboris*. Plin. nat. 14, 17 *uvis* addit duratricem illam -em austeritas picis infusa pediculo. 16, 230 *arboribus* his maior ad -em causa tempestivae caesurae. 29, 46 -s putaminum tanta..., ut nec vi nec pondere frangantur. Ps. Rvfin. in Am. 4, 11 torris magis semiustus ... quam in virenti consistens -e. *de vino*: Plin. nat. 14, 21 principatus datur Amineis (*vitibus*) -em propter senioque proficientem vini eius utique vitam. *de corpore*: Avg. civ. 8, 14 p. 342, 33 D. quid ... Apuleius, quod in daemonibus laudaret, invenit praeter subtilitatem et -em corporum? 8, 15 p. 343, 14 *bestiae* nos ... et valentia virium et annosissima -e corporum vincunt. **C** *de animantibus*: Cypr. ad Donat. 13 an ... putas ... illos ... inter ... opes largas stabili -e securos. Hil. in psalm. 134, 3 non vagi neque erratici, sed stantium -e stabiliti. Amm. 16, 12, 49 miles instar turrium fixa -e consistens (22, 1, 3). *adde i. q. securitas*: Itala I Thess. 5, 3 (Cypr. testim. 3, 89 p. 175, 8) cum dixerint 'pax et -s' (securitas *v. l.*; ἀσφάλεια, Vvlg. securitas), tunc illis ... adveniet interitus.

III *i. q. veritas, auctoritas*: **A** *generatim*: Itala Luc. 1, 4 (cod. e) ut agnoscas, de quibus edoctus sis sermonibus, -em (ἀσφάλειαν, Vvlg. veritatem). Tycon. 3 p. 22, 10 promissionum -em ... nesciunt. Amm. 26, 2, 10 *milites* -em factorum retinentes et fidem (*cf.* Avg. serm. ed. Mai 7, 2 prius in fundamento posita rerum gestarum -e significantiam debemus inquirere). 27, 12, 1 *rex Persidis* calcata fide sub Ioviano pactorum iniectabat Armeniae manum, ut eam velut placitorum abolita -e dicioni iungeret suae. Avg. serm. ed. Mai 161, 1 omnis tollitur dubietas, asseritur veritas, imponitur nobis omnis fidei -s. Zacch. 2, 17 p. 1139^{B} ut ... eluceret *error sectarum*, necessaria -s doctrinae sequentis accessit. Cael. Avr. acut. 2, 10, 64 *medicorum varie passionem quandam describentium* cuiquam ascribere -em. **B** *speciatim in iure*: Vlp. dig. 24, 1, 13, 1 plenissimam habeat -em *donatio* (Epist. pontif. 347 Migne 20, 681^{A} [*a. 418*] verba canonum, quae in pleniorem -em huic commonitorio inserimus. Lex Visig. Eur. 286 venditio per scripturam facta plenam ⟨habeat⟩ -em). Pavl. sent. 5, 7, 1 *per stipulationes* -s obligationum constringitur. Frg. Vat. 113 fretus coniunctionis -e. 273 donationes ... nullam -em habere (Ennod. opusc. 2, 76 p. 311, 7 haberet synodus -em. Lex Burg. lib. const. 43, 2 testamentum nullam habere ... -em. *cf.* Rom. 45, 1 testamenta ... capiunt -em). Epist. pontif. 294 Migne 20, 505^{A} (*a. 405*) satius ... fuerit ea, quae contra canones acta sunt, condemnari quam ullam -em obtinere. Ennod epist. 8, 1, 8 p. 201, 5 plenarii mihi documenti dirigite -em. Cassiod. var. 3, 35 nostri beneficii possides -em. 4, 37, 3 finitum iure negotium in sua manere -e (Cod. Iust. 1, 5, 5, 3. Lex Burg. lib. const. 87 permanere). 8, 25, 3 possessionis quietem et cunctis saeculis securam conferimus -em. Cod. Iust. 1, 2, 12, 1 pragmaticas sanctiones ... robore suo et -e vacuantes. 1, 2, 12, 2 liberalitati ... huic ... perpetuam tribuimus -em. 1, 27, 1, 43 (9) his *ordinatis* ... -em sui status in perpetuo habituris. 4, 46, 3 perpetuam emptionis accipiat -em. 7, 43, 3 -em sententia ... non habebit. 7, 43, 7 ea, quae statuuntur adversus absentes non per contumaciam, ... iudicatae rei -em non obtinere. 10, 21, 1 comparatoribus data -e perpetua possidendi. Lex Burg. praef. 14 ut definitio ... perpetuae pactionis teneat -em. Rom. 3, 1 -is robor accipiat. 35, 2 venditionem ... ius -is accipere, si ... documenti professio -em praecariae possessionis obtineat. Papyr. Marini 88 A 8 (*a. 572*) quae ad -em chartulae donationis pertinebant, rite adimpleta sunt. *nota fere i. q. ius*: Cod. Iust. 11, 66 (65), 1 possessiones ... nullo a nobis iure retrahi, sed propria -e possessas etiam ad posteros suos dominii perpetui durabilitate dimitti.

syn.: *ad I et II*: constantia, firmamentum (Mar. Victorin. in Eph. 3, 16 p. 1269^{A}), perpetuitas (*v. l. 21*), robur (Cic. fin. 5, 12), soliditas (Avg. civ. 5, 20 p. 232, 6 D.), stabilitas, vigor. *ad III*: fides (Amm. 26, 2, 10. 27, 12, 1), robur (Cod. Iust. 1, 2, 12, 1), veritas (Avg. serm. ed. Mai 161, 1).

opp.: *ad I*: infirmitas. *ad III*: dubietas (Avg. serm. ed. Mai 161, 1).

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae